T. LIVII PATAVINI
HISTORIARUM
AB URBE CONDITA
LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES,

CUM NOTIS INTEGRIS

LAUR. VALLAE, M. ANT. SABELLICI, BEATI RHENANI, SIGISM. GELENII, HENR. LORITI GLAREANI, CAR. SIGONII, FULVII URSINI, FRANC. SANCTII, J. FR. GRONOVII, TAN. FABRI, HENR. VALESII, JAC. PERIZONII, JAC. GRONOVII;

EXCERPTIS

PETR. NANNII, JUSTI LIPSII, FR. MODII, JANI GRUTERI;

NEC NON INEDITIS

JANI GEBHARDI, CAR. AND. DUKERI,

ET ALIORUM:

CURANTE

ARN. DRAKENBORCH,

QUI ET SUAS ADNOTATIONES ADJECIT.

ACCEDUNT

SUPPLEMENTA DEPERDITORUM T. LIVII LIBRORUM
A JO. FREINSHEMIO CONCINNATA.

EDITIO NOVA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

TOMUS QUARTUS. PARS POSTERIOR.

STUTGARDIAE,
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS WUERTEMBERGICAE.
LIPSIAE IN COMMISSIS APUD C. H. F. HARTMANNUM.
MDCCCXXII.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI, QUI SUPERSUNT, OMNES.

TOMUS QUARTUS.

PARS POSTERIOR.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI I.

EPITOME LIBRI OCTAVI.

Latini cum Campanis defecerunt, et, missis legatis ad senatum, conditionem tulerunt, ut, si pacem habere vellent, alterum ex Latinis consulem facerent. Qua legatione perlata, praetor eorum Annius de Capitolio ita prolapsus est, ut exanimaretur. T. Manlius consul fili-

Latini cum Campanis defecerunt] Ita passim editur. Monendum tamen, licet exigui sit momenti, unum tantum Leid. codicem vulgatae lectioni adhaerere; reliquos, Voss. duos, Berg. et Boenderm. praeferre *defecere*. Mox etiam *retulerunt* Voss. 1. *tulere* Voss. 2. et Berg.

Qua legatione perlata, Praetor eorum Annius de Capitolio ita prolapsus est, ut exanimaretur] *Qua legatione perlecta* Voss. 1. Tum verba *perlata praetor eorum* non comparent in Leid. Deinde *animus de Capitolio* Voss. 2. *Accius de Capitolio* Boend. *Actius de Capitolio* Berg. *Aruns de Capitolio* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Gronovius in pr. ed. *Arens Annius de Capitolio* dedit, praenomen se adjecisse e membr. Barberin. testatus. Id tamen recte in curis sec. omisit. Certe ipse Liv. hoc lib. c. 3, 9. eum *L. Annium* vocat. Insuper *ita clausus est, ut* Voss. 1. *ita lapsus est, ut* Leid. et Exc. Pithoei. *ita elapsus est, ut* Berg. et Boend. *ita elapsus, ut* Voss. 2. Simplici *lapsus* in historia hac referenda usus est Livius hoc lib. c. 6, 2. Denique *ut examinaretur* ed. Rom. anni 1472. et quaedam aliae, perperam transpositis literis. V. ad 37, 3, 2.

T. Manlius consul filium, quod contra edictum adversum Latinos, quamvis prospere pugnasset] *consul filium ejus, eo quod* Voss. 1. Berg. et Boend. *consul filium ejus quod*

um, quod contra edictum adversus Latinos, quamvis prospere, pugnasset, securi percussit. Laborantibus in acie Romanis, P. Decius, tunc consul cum Manlio, devovit se pro exercitu: et, concitato equo quum in medios hostes se intulisset, interfectus morte sua Romanis victoriam restituit. Latini in deditionem venerunt. T. Manlio in urbem reverso nemo ex juventute obviam pro-

Norv. Hearnii, et edd. principes, pro quo Ascens. *filium suum, quod* substituit: eam vero lectionem recentiores servarunt usque ad Gruter. qui in postrema ed. pronomen expunxit. Id vero deficit etiam in Leid. et Voss. 2. Praeterea *contra edictum ejus* Leid. Voss. 2. Berg. Hearnii N. et Exc. Pithoei. Tum *contra Latinos pugnaverat, quamvis* Voss. 1. *adversus Latinos pugnaverat, quamvis* Leid. Voss. 2. et Berg. *pugnaverat adversum Latinos, quamvis* Hearnii N. et Norvic. omnesque editiones usque ad ultimam Gruteri, in qua *pugnaverat* non male omittitur. *pugnaverat in Latinos, quamvis* Boend. *Pugnare in aliquem* apud Livium saepe obcurrit. Supra 3, 12, 3. *Se saepe vidente pugnasse in hostem.* hoc lib. c. 7, 15. ubi eamdem historiam narrat, *Adversus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti.* 9, 3, 2. *Omnia aequa ac plana erunt Romano, in perfidum Samnitem eunti.* 27, 18, 19. *In nuda hostium latera pugnabat.* 22, 43, 11. *In obcaecatum pulvere effuso hostem pugnaturi.* et alibi passim.

Laborantibus in acie Romanis] Voces *in acie*, quae deerant in prioribus, quas vidi, editionibus, et Hearnii Norvic. primus addidit Sigonius. In notis tamen nihil monuit. Sed exstant in omnibus scriptis meis.

P. Decius tunc cum Manlio devovit se. Vet. lib. *P. Decius devovit se.* Malim *P. Decius tunc cum Manlio consul devovit se.* SIG. *P. Decius devovit se*, reliquis omissis, Voss. 1. Boend. et Norvic. apud Hearnium. *P. Decius vovit se* Berg. *P. Decius tunc consul cum Manlio devovit se* Leid. et Voss. 2. quomodo praeferunt Gruteri ed. postrema, ejusque exemplo reliquae recentiores omnes. Priscis editionibus, *P. Decius tunc cum Manlio devovit se* praeferentibus, consentit Hearnii Norvic. Mox *ut concitato equo*, pro *et concitato*, Voss. 1. Deinde *in deditionem venere*, pro *venerunt*, Berg.

Minucia virgo Vestalis incesti damnata est] *Martia virgo* Berg. et Boend. Deinde *incestu damnata* Voss. 1. de qua constructione v. Voss. 7. Gramm. 26. Alterum tamen est in reliquis scriptis.

In oppidum Cales] Vet. lib. *in oppidum ex iis captum Cales.* SIG. *oppido existoles capto Cales* Berg. et Boend. *in oppido existales tales* Voss. 1. *in oppido exisculos capto Cales* Voss. 2. *in oppido ex hiscales capto Cales* Leid. Paullo ante *Auxonibus victis* Voss. 2. *Anxonibus victis* Hearnii Oxon. N.

Cales colonia deducta est. Item Fregellae colonia deductae sunt] Suspicor ab interprete verba illa esse *colonia deducta est*: et reliquisse auctorem: *Cales, item Fregellae coloniae deductae sunt.* J. FR. GRON. Gronovii conjectu-

cessit. Minucia virgo Vestalis incesti damnata est. Ausonibus victis, in oppidum ex iis captum Cales colonia deducta est. Item Fregellae colonia deductae sunt. Veneficium complurium matronarum deprehensum est: quarum plurimae statim epotis medicaminibus perierunt. Lex de veneficio tunc primum constituta est. Privernatibus, quum rebellassent, victis civitas data est. Palaepolitani,

rae favere videtur, quod *coloniae deductae sunt* legant Leid. Voss. duo, et Berg. *coloniae ductae sunt* Boend. nisi potius dicendum sit, librarios *coloniae* pro *colonia* dedisse ob praecedens *Fregellae*, ac sequens *deductae sunt*, de quo errore v. supra ad Liv. 6, 3, 8.

Veneficium complurium matronarum deprehensum] *quamplurium matronarum deprehensum est* Berg. *quamplurimum matronarum deprehensum est* Voss. 1. et Boend. *quamplurium matronarum deprehensum* Hearnii Norvic. et edd. vett. Sed supra v. ad 4, 31, 2. *complurium matronarum deprehensum est* Leid. Illud *est* recepi, quoniam in plerisque scriptis superest.

Quarum plurimae statim epotis medicaminibus perierunt] *ex quibus plurimae* Leid. Voss. 2. Berg. Boend. Exc. Pithoei, et Hearnii Oxon. N. Praeterea *captis medicaminibus* Voss. 1. et Boend.

Lex de veneficio tunc primum constituta] Auctor Epitomes dicit, quod non est in Livio: nam hic c. 18, 11. hujus libri nihil aliud scribit, quam *neque de veneficiis ante eam diem Romae quaesitum est*; legis tum de iis latae mentionem non facit. Manutius in libro de Legibus Rom. c. 27. et Torrentius ad Sueton. Ner. 33. tradunt, hoc anno, qui erat A. U. CCCCXXII. *primum de veneficiis Romae quaesitum, legemque constitutam esse*, et auctorem laudant Livium l. 8. Conjungunt verba Livii et Auctoris Epitomes, et existimant ante id tempus Romae legem de veneficiis non fuisse. Potuissent hoc confirmare ex Valer. Max. 2, 5, 3. de hoc ipso scelere matronarum: *Veneficii quaestio, et moribus et legibus Romanis ignota, complurium matronarum patefacto scelere, orta est.* Quid ergo est, quod doctissimi Interpretes Juris Civilis tradunt, hoc maleficium jam dudum lege XII. Tabularum vindicatum fuisse? Hoc partim e Festo v. *Privilegium*, partim ex eo colligunt, quod Gajus in l. 236. D. de Verb. signif. quae ex illius l. 4. *ad leges XII. Tabul.* est, de veneno malo agit. Sed in loco Festi nihil praesidii est, ut qui plane mutilus sit, et ita a viris doctis expleatur, ut, quod ibi legibus XII. Tab. vetari dicitur, non ad veneficos, sed ad alios pertineat. Nec fortassis ἀναντίρρητον est argumentum ex inscriptione l. 236. D. de V. S. si quis obstinatus esse velit ad negandum ex ea effici, quod concludunt Jurisconsulti: quia interdum etiam alia quaedam legibus XII. Tabul. tribuuntur, quae verbis illarum comprehensa non fuerant. Sed tamen eos recte sentire puto. Leges XII. Tab. magnam partem descriptae erant ex legibus Atheniensium; apud hos autem poena statuta erat veneficiis, deque iis cognoscebat se-

bello et obsidione victi, in deditionem venerunt. Q. Publilio, qui eos obsederat, primo et imperium prolatum, et pro consule decretus triumphus. Plebs nexu liberata est propter L. Papirii creditoris libidinem, qui C. Pu-

natus Areopagiticus, teste Demosthene adversus Aristocratem p. 728. ed. Franc. e quo descripsit Pollux l. 8. §. 117. qui etiam ibid. §. 40. γραφὴν φαρμάκων memorat. Nec credibile est, vires herbarum noxiarum aliorumque malorum medicamentorum Romae tamdiu incognitas fuisse, aut neminem iis abuti ad scelus peragendum voluisse. Si Valerius Max. veneficium Romae ante hoc tempus neque cognitum, neque accusatum fuisse putavit, non magis ei adsentior, quam Manutio. Nam quod hic dicit ex loco Livii apparere, *quae tum probitas fuerit, quum in tanta civitate per tot annos veneficii nomine in judicium vocatus nemo sit*, in eo parum ponderis est. Neque enim Livius scribit, numquam ante eam diem quemquam Romae hoc nomine accusatum, sed de veneficiis non quaesitum fuisse; quod de quaestione extraordinaria accipi potest, quemadmodum deinde, postquam quaestiones perpetuae factae sunt, tamen saepe propter atrocitatem facinoris senatusconsultis, vel plebiscitis, extra ordinem quaestiones vel magistratibus, vel privatis, mandatas legimus. Et frustra jactatur probitas illorum temporum. Nam qui ferro, aliave vi, aut fraude adversus vitam aliorum grassari non dubitabant, et ob id lege XII. Tab. coërcebantur, eos veneno, cujus usus longe tutior erat, abstinuisse, nemo facile credet. Et si jam aetate decemvirorum fruges excantare, quae tum opinio erat, norant, cur negabimus, eos vim venenorum novisse, aut, quum nossent, iis uti voluisse? Manutius quidem recte dicit, hoc ad veneficia non pertinere; sed tamen eos putasse, segetem alienam non solum carminibus, verum etiam herbis ac venenis, pellici posse, constat ex Virgilii Ecl. 8, 95. seqq. Et aliis in rebus quoque, qui carmina ac devotiones adhibebant, his fere venenum addere solebant. Unde *cantiones*, *carmina*, *devotiones*, et *venena* ac *veneficia* saepe conjunguntur. Cicero de Claris Orator. 60. *Idque veneficiis et cantionibus Titiniae factum esse dicebat.* Virgilius 2. Georg. 129.

Miscueruntque herbas, et non innoxia verba.

Tacitus 2. Ann. 69. *Carmina et devotiones.* Adde 3. Ann. 13. 4. Ann. 22. et 52. Ovid. 1. Amor. El. 8, 7. et Sueton. Calig. 3. Itaque consentaneum est existimare, decemviros quoque utrumque maleficium, quod inter ea quaedam quasi conjunctio erat, vindicasse; eo magis, quod ignorare non poterant facinus Tarquinii Superbi et Tulliae minoris, quorum ille uxorem, haec maritum, ut auctor est Dionysius Halic. 4, 79. veneno sustulerat. E quo quum certum sit, Romanos totis ducentis annis ante hoc tempus scivisse, quo venenum valeret, quumque post Tarquinii aetatem usque ad A. U. CCCCXXII. numerus civium plus altero tanto auctus fuerit, ita ut jam supra CC. millia capitum adscenderet, nullam rationem habet velle putare, neminem in tanta multitudine hominum tam improbum fuisse, ut imitari hoc exemplum sustinuerit; vel hoc facinus sem-

blilio debitori suo stuprum inferre voluerat. Quum L. Papirius dictator reversus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda, Q. Fabius magister equitum, occasione rei bene gerendae invitatus, contra edictum

per tam occulte perpetratum, ut deprehendi et accusari numquam potuerit. Quod autem neminem ante hoc tempus veneficii nomine accusatum legimus, id neminem movere debet: nam hoc forsitan neque de furtis, neque de aliis quibusdam criminibus, quibus lege xii. Tabul. poena statuta erat, usquam adnotatum est: nec tamen ob id negari potest, nihil horum umquam admissum, aut quemquam eo nomine accusatum fuisse. DUK. *tunc primo* Voss. 2. *tum primum* Boend. Deinde *constituta est* Leid. Voss. ambo, Berg. Boend. Exc. Pithoei, Hearnii Oxon. N. et Norvic. Idem verbum agnoscunt etiam omnes editiones usque ad ultimam Gruteri, quae prima omisit, ejusque auctoritate recentiores omnes. Quare codicum fide revocavi. Mox *quum bellassent*, pro *quum rebellassent*, Voss. ambo. Passim ita variant codd. scripti. V. infra ad 40, 38, 5.

Palaepolitani victi bello et obsidione] Vet. lib. *bello et obsidione victi*. Non aliter etiam omnes, quibus usus sum, codd. Praeterea *Neapolitani* Leid. Voss. 1. Boenderm. et apud Hearnium Oxon. N. Norvic. et Exc. Pithoei. etiam edd. antt. Mox *ad deditionem*, pro *in deditionem*, Boend.

Q. Publio, qui eos obsederat, primum imperium prolatum, et per consules ei decretus triumphus] Ex Capit. Triumphis et ipsius Livii verbis legendum est *Q. Publilio, qui eos obsederat, primo et imperium prolatum est, et pro consule decretus triumphus*. Sensus est: Q. Publilius primus fuit, cui in insequentem annum prorogaretur imperium, et qui non consul, sed pro consule triumpharet. SIG. *Q. Publilio* recte a Sigonio restitutum esse, nullum est dubium, licet omnes codd. dissentiant; qui sollemni et in Livii codd. passim obvio errore *Q. Publio* praeferunt. V. ad Liv. 8, 12, 4. Deinde *primo et imperium* perstat etiam in Leid. et Voss. utroque, *primo imperium* in Berg. et Boend. V. ad Liv. 2, 44, 8. Postea *prolatum est*, addito verbo substantivo, Leid. Voss. uterque, Berg. et Boend. Denique *et per consules triumphus ei decretus* Berg. et Boend. *et proconsuli decretus triumphus* Leid. et Voss. 2. *et pro consule decretus triumphus* Voss. 1. V. infra ad 23, 30, 19.

C. Publio debitori suo] *C. Publilio*. SIG. *C. Publio* Leid. Voss. 2. Berg. et Boend. *T. Poputica* Voss. 1. Deinde *creditori* praeferunt multae ex vett. edd. et cum iis Hearnii Norvic.

L. Papirius dictator] *L. Papirius Cursor dictator* Leid. Voss. 1. Boend. et Hearnii Oxon. N.

Contra edictum ejus proeliatus est, qui prospere adversus Samnites pugnavit] Vet. lib. *contra edictum ejus prospere adversus Samnites pugnavit*. SIG. Editionum Sigonio vetustiorum lectionem servat Hearnii Oxon. N. Sed *contra edictum ejus proeliatus est, et prospere adversus Samnites pugnavit* Berg. *contra edictum ejus proeliatus est, et versus Samnites pugnavit* Boend. *contra edictum est, et prospere adversus Samnites pugnavit* Voss. 1. Lectioni autem,

ejus prospere adversus Samnites pugnavit. Ob eam caussam quum dictator de magistro equitum supplicium sumturus videretur, Fabius Romam profugit: et, quum caussa parum proficeret, populi precibus donatus est. Res praeterea contra Samnites prospere gestas continet.

quam Sigon. in vet. lib. reperit, consentiunt Leid. et Voss. 2. Paullo ante alio ordine *occasione bene gerendae rei invitatus* Boend.

Populi precibus donatus est] *populi praesidio* Voss. 1. et Boend. *populi pretio* Voss. 2. Praeterea *damnatus est* Leid. Male. Infra Livius hoc lib. c. 35, 5. *Noxae damnatus donatur populo Romano, donatur tribuniciae potestati, precarium non justum auxilium ferenti.* Eodem sensu Livius supra locutus est 2, 35, 5. *Unum sibi civem, unum senatorem, si innocentem absolvere nollent, pro nocente donarent.* Florus 3, 5, 10. *Ingratissimos hominum sacris suis famaeque donavit.* Ubi v. Cl. Dukerum. *condonare* dixit Livius 3, 12, 8. *Sibi ut condonarent filium, orabat. Donare* autem et *Damnare* saepissime in Mstis commutari, docuit Cel. Burm. ad Phaedri 3, fab. 10, 47. Ita et infra variatur hoc lib. c. 35, 5. In verbis praecedentibus *parum caussa proficeret* legunt, ordine mutato, Berg. et Boenderm.

Res praeterea contra Samnites prospere gestas continet] *Et res praeterea* Berg. Boend. et Hearnii Oxon. N. Sed vocula initialis perperam repetita est ex praecedenti *est*. (* v. ad 25, 31, 8.) Certe contrario errore illud *est* sequens *et* alibi intercepit. V. supra ad Epit. l. 6. *Et res propterea* Voss. ambo. Sed et alibi hae voces commutari solent. V. Corte ad Plinii 5. Epist. 9, 1. *Et praeterea contra Samnites res prospere gestas continet* Leid.

T. LIVII PATAVINI
LIBER OCTAVUS.

I. Jam consules erant C. Plautius secundum, L. 1
Aemilius Mamercinus; quum Setini Norbanique Ro-

§. 1. *Jam consules erant C. Plautius secundum*] C. Plautius bis antea consul fuit, anno CCCXCVII. et CDVIII. [7, 12, 6, et c. 27, 3.] hic igitur III. Sed id ita quidam defendunt, quod, qui anno CCCXCVII. consul fuerit, *Proculus* dicitur: qui vero anno CDVIII. atque hoc anno, *Venox*. Haec nominum confusio a quibusdam, ut exigua nihilque ad rem pertinens, ridetur: mihi etiam non prorsus agelasto facile ad eum modum erat ridere. Sed interim cum tot loca depravata viderem, non potui non dolere Latinorum auctorum tantam jacturam. Voluissem abesse prorsus magistratuum nomina ab historia Romana, plus enim lucis illi adesset. Sed quomodo id possibile? Pone, qui IIII.! consul fuit, iterum, Dii boni quantum flagitii admiseris etiamnum nostra aetate? quid faceres Livii tempore, quando vivebant adhuc familiae, quarum majores in magistratu fuere? Sed judicet lector. GLAR. Glareanus *C. Plautius tertium* legit, atque hunc *C. Plautium Venocem* esse censet, in quo multiplex error est. Primum quod *C. Plautii Proculi* consulatum, quem ille gessit anno CCCXCVII, huic *C. Plautio* tribuit: deinde quod hunc *Venocis* cognomine afficit; cum *Hypsaeus* potius appellandus sit. De *Proculo* scriptum est in Capitolinis tabulis: de *Hypsaeo* in nummis argenteis. Hic enim *C. Plautius* Privernum in hoc consulatu cepit, auctore Livio: itaque est apud And. Lauredanum nummus cum his literis. Ab una parte *C. YPSAEVS COS. PRIV. CEPIT.* Ab altera parte *P. YPSAEVS S. C.* Videtur autem *P. Hypsaeus* is fuisse, qui nummum cudendum curavit: qui, nobilitandae familiae causa, unum ex suis majoribus clarissimi tituli virum ab altera, ut fiebat, parte nummi inciderit. SIG. Errores Glareani recte refellit Sigonius. Qui enim anno CCCXCVII. consulatum gessit, *C. Plautius Proculus* dictus fuit; qui vero anno CDVIII. et hoc, *C. Plautius Hypsaeus*, adeoque recte *consul secundum* dicitur. Cognomen autem *Venocis* gens Plautia demum adepta est, quum C. Plautius censuram cum Ap. Claudio Caeco gereret. Frontin. de Aquaed. l. 1. in princ. *Collegam habuit C. Plautium, cui ob inquisitas ejus aquae venas Venocis cognomen datum est.* In fastis etiam Capitolinis hoc par censorum ita describitur: *CENSS. AP. CLAVDIVS. C. F. AP. N. CAECUS. C. PLAVTIVS. C. F. C. N. QVI.*

mam, nuncii defectionis Privernatium, cum queri-
2 moniis acceptae cladis venerunt. Volscorum item exercitum, duce Antiati populo, consedisse ad Satricum, adlatum est. utrumque bellum Plautio sorte e-
3 venit. Prius ad Privernum profectus extemplo acie conflixit. haud magno certamine devicti hostes: op-

IN. HOC. HONORE. VENOX. APPELLAIVS EST. V. etiam Pighium in Annal. ad ann. CDXII. p. 307. Ceterum *Cor.* pro *C.* est in Lovel. 2. *Plutatius*, pro *Plautius*, in Florent. Voss. 1. Leid. utroque, et Lovel. 1. ac 5. Iterati autem consulatus notam omittunt Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C.

L. Aemilius Mamercinus] Coniunctionem *et* inter duorum consulum nomina interponit Haverk. V. ad 2, 17, 1. Deinde *T. Aemilius* Leid. 2. Lovel. 4. Haverk. et Hearnii Oxon. N. ac B. *Titus Aemilius* Florent. Lov. 1. 5. Klock. et Gaertn. Sed Αἰμίλιος etiam vocatur Diod. Sic. l. 16. p. 553. Et recte ita vocari, patebit ex illis, quae infra dicentur ad c. 20, 3. Praeterea *Mamercus* codd. scripti et editi usque ad Gronov. qui anno 1665. *Mamercinus* dedit. V. infra hoc lib. ad c. 12, 4. Ceterum haec et praecedentia omnia verba deerant in Harlej. 1.

Quum Setini Norbanique Romam] *cum Ardeates, Consentini, Norbanique Romani* Haverk. *cum Ardeates, Consentini, Norbanique Romam* Portug. et Gaertn. *Consentini Norbanique Romam* Lovel. 5. *cum Sentini Norbanique Romam* Fragm. Hav. *cum Sedini Norbanique Romam* Florent. *Sentini* et *Sedecini* se in Oxon. N. invenisse, Hearne testatur. [*cum Setini Norbanique* Veith.] V. ad lib. praec. cap. ult. §. 8. Deinde mox *Privernatum*, pro *Privernatium*, Leid. 2. Male. V. supra ad 5, 15, 11. et 7, 16, 3.

Cum querimoniis acceptae cladis venerunt] *cunque mimoniis* Lovel. 3. Tum *ac cede cladis* Voss. 2. *accepta cladis* Leid. 1. Denique *veniunt* Leid. 2.

§. 2. *Utrumque bellum Plautio sorte evenit*] *sorte venit* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. et editi usque ad Jac. Sobium, qui anno 1525. *evenit* reposuit. Utrumvis admitti potest, praesertim quum optimi codd. illud *sorte venit* firment. V. supra ad 7, 6, 8. Paullo ante *Volscorum quidem exercitum*, pro *item exercitum*, Klock. Deinde τὸ *est* exsulat a Lovel. 4.

§. 3. *Prius ad Privernum profectus*] Vet. lib. *Prius Privernum*. SIG. Sigonius, nescio quo ex codice, *Prius Privernum profectus* legere se aït, contradicentibus omnibus nostris qua scriptis, qua cusis, nisi quod secundus a manu interpolatoris *Prius autem ad Privernum profectus*. GEBH. Sigonius delet praepositionem, quam vindicant omnes nostri. Helm. etiam ac Rott. *ad Privernum bellum profectus*. Unde suspicor, fuisse quondam: *utrumque bellum Plautio sorte evenit. Prius ad Privernas profectus*. Qui superposuit aliquis explicandi gratia τὸ *bellum*: quod dein alius cum voce corrupta inseruit contextui. Infra [c. 19,

pidum captum redditumque Privernatibus, praesidio valido inposito: agri partes duae ademtae. Inde victor exercitus Satricum contra Antiates ductus. 4
Ibi magna utrimque caede atrox proelium fuit: et quum tempestas eos, neutro inclinata spe, dimicantes diremisset, Romani, nihil eo certamine tam

4.] *Eodem anno Privernas bellum initum.* J. FR. GRON. Praepositionem vindicant etiam omnes nostri, nisi quod *Prius autem Privernum* sit in Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Unde patet in Palat. 2. apud Gebhard. qui, ex interpolatione legebat *Prius autem ad Privernum*, duplicem lectionem junctam esse, ut saepe fieri solet. Si codd. consentirent, Gronovii conjectura *Prius ad Privernas* non displiceret. Ita *bellum Fidenas* 1, 15, 1. *Belli Fidenatis contagione irritati Vejentium animi. bellum Capenas* 5, 24, 2. *Corneliis Faliscum bellum, Valerio ac Servilio Capenas sorte evenit.* Ita *Arpinas municipium* emendandum in Valer. Max. 2, 2, 3. existimat doctiss. Torren. Quum tamen *Privernum* in omnibus omnino scriptis et editis constanter supersit, nihil nunc mutandum puto, et *ad Privernum* intelligo ad urbem Privernum. Cl. etiam Jac. Perizonius receptam scripturam tuebatur, ad marginem cod. sui adscriptis seqq. locis, ut Livium nominibus urbium praepositionem addere solitum fuisse probaret. Ita infra hoc lib. c. 12, 6. *Ad Pedum exercitum duxit.* c. 16, 6. *Ad Cales, unde bellum ortum erat, profectus.* 9, 12, 9. *Ad Luceriam pergit.* et *Nec ad Luceriam ire, nec manere, satis audebant.* c. 13, 9. *Profectos inde ad Luceriam inopia vexavit.* c. 37, 2. *Exercitus ad Sutrium venit.* c. 39, 1. *Ad Longulam pervenit.* 10, 35, 1. *Quum ad Luceriam duceret legiones.* Similia plura coacervari possent, nisi res foret notissima. Idem et alios fecisse, docet Sanctius in Minerva 4, 6. quod est de Ellipsi Praepos. et Perizon. ad eum locum, Vossius etiam 7. Gramm. 42. Deinde *provectus* Leid. 1. et Fragm. Hav. ex vitiosa pronunciatione verba praeeuntis nato errore. V. ad 21, 2, 4.

Agri duae partes ademptae] *adeptae* Lovel. 1. sollemni scribarum errore. Alia ejusdem peccati exempla supra v. ad 2, 56, 16. 4, 2, 14. c. 24, 3. infra 9, 2, 12. (* 10, 32, 6.) aliisque locis. In verbis praecedentibus *reditumque*, pro *redditumque*, praefert Fragm. Hav. V. ad 10, 25, 7. eodem peccato passim *aditus* et *additus* confundi solent; de quo v. ad 4, 57, 11.

§. 4. *Magna utrimque caede atrox proelium fuit*] *utrique magna caede* Lovel. 3. *utrimque magna caedes* Voss. 2. sed ultimae literae vocis *caedes* adjecta erat nota, qua librarius eam delendam ac perperam scriptam indicatum voluit. *magna utrimque caedes* Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *atrox bellum fuit* Leid. 2. et Lovel. 1. Sed v. ad 3, 61, 2.

Eos, neutro inclinata spe, dimicantes diremisset, Romani nihil eo certamine tam ambiguo fessi] *eos numen neutro inclinata spe dimicantes deremissed* Florent. *eos neutro inclinata spe dimicatas diremis-*

ambiguo fessi, in posterum diem proelium parant.
5 Volscis, recensentibus quos viros in acie amisissent, haudquaquam idem animus ad iterandum periculum fuit. nocte pro victis Antium agmine trepido, sauciis ac parte impedimentorum relicta, abierunt.
6 Armorum magna vis tum inter caesa corpora hostium, tum in castris inventa est. *Ea Luae matri da-*

set Lovel. 3. Deinde *nihil Romani eo certamine* Leid. 2. et Lovel. 1. *Romani eo nihil certamine* Haverk. *Romani nihil ex certamine* Lovel. 5.

§. 5. *Quos viros in acie amisissent*] Vet. lib. *quot viros*. SIG. Non est vera lectio, quam produxit Sigonius, servatque solus Pal. sec. *quot viros in acie amisissent*. quippe quum non numerum amissorum recensitum a Volscis velit Livius, sed virtutem desideratam. GEBH. *quot viros in acie amisissent* etiam Lovel. 5. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. N. et B. [Veith.] neque aliter Gaertn. a m. 2. qui antea habuerat *quod viros*. Sed *quos in acie viros amisissent* alio ordine Lovel. 4. Mox *haud quamquam* Lovel. 2. 3. 5. Fragm. Hav. et ed. Parm. Tum *ad iterandum id periculum*, addita tertia voce, Voss. 2.

Nocte pro victis Antium agmine trepido] Fuldenses membranae *nocte profecti Antium agmine trepido* etc. MOD. *nocte pervinctis Antium* Voss. 2. et Lovel. 3. *Nocte profecti Antium* Lovel. 5. et Portug. in contextu. *nocte devectis in agmine trepido* Klock. *nocte praevecti Antium* Haverk. *nocte provecti Antium* Lovel. 2. Salvinius in ora Livii legendum conjiciebat *nocte provectis Antium agmine trepido sauciis*. Mihi vulgatum *pro victis* non displicet. Supra 2, 7, 3. *Ita certe inde abire Romani ut victores, Etrusci pro victis*. 4, 39, 6. *Ut, relictis sauciis et magna parte inpedimentorum, ambo pro victis exercitus se in montes proximos reciperent*. 21, 9, 1. *Poenus, quia non vicisset, pro victo esset*. *pro victis* eodem modo, ut *pro perfuga* infra 27, 15, 11. *Pro perfuga jussus Tarentum transire*. ubi vide. *pro victis Antiumagne trepido* Florent. in quo *u* a manu altera mutatur in *o*, ut sit *Antiomagne trepido*; ad vocem autem *magne* adscripta est glossa *maxime*. *agmine trepidos* Leid. 1. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. Sed ultima litera voci *trepidos* adcrevit ex initio vocis sequentis. V. infra ad 28, 25, 2. Mox *saucii ac parte impedimentorum relicta* Voss. 1. et Leid. 2. Deinde *abirent*, pro *abierunt*, Haverk.

§. 6. *Armorum magna vis tum inter caesa corpora hostium, tum in castris inventa est*] Mutili hic sunt Pall. pr. ac tert. Videtur tamen legere primus *copia*, non *vis*, quod irrepsit ex glossa. 31, 4. *Frumenti vim ingentem* etc. *diviserunt*. 35, 3. *Cum coacta magna vis pecorum praedaeque esset*. GEBH. 1, 51, 2. *Ut in deversorium ejus vim magnam gladiorum inferri clam sineret*. 29, 36, 1. *Ingentem vim frumenti advexit*. et alibi saepe. *Magna vis armorum*, trajectis vocibus, praefert Leid. 2. Deinde *cum inter caesa hostium corpora* Lovel.

re se, consul dixit: finesque hostium usque ad oram maritimam est depopulatus. Alteri consuli Aemilio, 7
ingresso Sabellum agrum, non castra Samnitium, non legiones usquam obpositae. ferro ignique vastantem agros legati Samnitium pacem orantes adeunt, a quo rejecti ad senatum, potestate facta 8
dicendi, positis ferocibus animis, pacem sibi ab

4. et Haverk. *cum inter caesa hostium*, omissa voce *corpora*, Lovel. 2. *cum inter caesa corpora hostium* Exc. Pithoei apud Hearnium. V. supra ad 6, 23, 3. *tum inter caesa hostium corporum* Voss. 2. *tum inter caesa hostium corpora* Lovel. 1. Harlej. 1. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. *tum inter caesa corpora*, voce *hostium* omissa, Leid. 2. Quod vero de Palat. 1. et 3. Gebhardus questus est, eos mutilos esse, id quibusdam meorum etiam accidit. Sex enim priora vocabula *Armorum magna vis tum inter caesa*, cum duobus ultimis periodi praecedentis *relicta abierunt*, desunt in Leid. 1. Eadem ut et duo sequentia *corpora hostium* non adparent in Lovel. 3. vox *hostium* etiam exsulat a Leid. 1. Praeterea *tum castris inventa est* sine praepositione *in* Portug. Haverk. et multae veterum edd. *copiatum quae in castris inventa est* post voces omissas legit Lovel. 3.

Ea Luae matri dare se, consul dixit] *Ea luce matris dare se* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Ea Luae Marti dare se* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Fragm. Hav. *Ea Luae mari dare se* Florent. a m. 2. *Ea Luae Marti se*, omissa voce *dare*, Lovel. 5. *Ea Marti dare se* Port. *Marti dare se* Gaertn. et Haverk. *Calvae Matri dare se* Voss. 2. et Lovel. 3. *Ea luco Martis consul se dare dixit* Lovel. 2. Verum de *Lua matre* infra v. ad 45, 33, 2. Mox *fines hostium* Lov. 5. *hostiumque fines* Lovel. 2. *fineque hostium* Florent. in quo, suprascripta litera *m*, emendatum est *finemque hostium*.

§. 7. *Ingresso Sabellum agrum*] *ingressos ad bellum agrum* Leid. 1. *ingresso ad bellum agrum* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Haverk. *ingresso ad Sabellum agrum* vett. edd. usque ad Froben. qui anno 1535. praepositionem *ad* omisit. De *Sabellis* v. Cluver. 3. Ital. Ant. 9. p. 1061. et 4, 7. p. 1191.

Legati Samnitium pacem orantes adeunt] *legati Samnitum* Haverk. quomodo praeferunt paullo ante non modo idem cod. sed et Portug. Lovel. 1. et Harlej. 2. V. infra ad 23, 11, 11. *legati Samnitium ad consulem pacem orantes adeunt* Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Vox *orantes* deest in Leid. 1. *ademit*, pro *adeunt*, praefert Gaertn.

§. 8. *Pacem sibi ab Romanis, bellique jus adversus Sidicinos petierunt*] Sex priores voces inertia librarii desunt in Haverk. *a Romanis* habent Voss. 2. Lovel. 3. Portug. et Gaertn. quemadmodum contra *ab quo rejecti*, pro *a quo*, Portug. et Haverk. Deinde *bellique sibi jus adversus Sidicinos* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. *bellumque uis adversus Se-*

Romanis, bellique jus adversus Sidicinos petierunt.
9 *quae se eo justius petere, quod et in amicitiam populi Romani secundis suis rebus, non adversis, ut Campani, venissent: et adversus Sidicinos sumerent arma, suos* semper

dicinos Gaertn. *bellique uisa reversus Sidicinos* Leid. 1. cujus librarius subjecto signo syllabam *re* delendam esse monuit. Tandem *petiere* Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn.

§. 9. *Quae se eo justius petere, quod in amicitiam populi Romani*] Flor. Rott. Helm. Voss. [pr.] satis mihi persuadent, scripsisse Livium: *quod et in amicitiam.* J. FR. GRON. Voculam *et* addunt insuper Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 1. et Portug. V. ad 2, 44, 3. Praeterea *in amicitia* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Insuper τὸ *eo* deficit in Fragm. Hav. *justitius* autem, pro *justius*, exhibet Voss. 2. V. supra ad 7, 15, 8.

Non adversis, ut Campani, venissent] *in Campaniam venissent* Voss. 2. et Lovel. 3. *ut Campani, venirent* Fragm. Hav.

Sumerent arma, suos semper hostes, populi Romani numquam amicos] *arma sumpserant* Fragm. Hav. Tum *populi Romani non amicos* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 10. *Nec in fide populi Romani nec ditione essent*] Malim *nec in fide populi Romani aut ditione essent.* J. FR. GRON. *Id est, qui neque aequo foedere, ut Samnites, neque deditione, id est, iniquissimo foedere, ut Campani, in amicitiam populi Romani essent suscepti.* Ita Sigonius 1. de Ant. Jur. Ital. 1. Posterius recte; de priore dubito. Facit eadem *in fidem populi Romani venire*, et *in societatem populi Romani aequo foedere accipi*; quae diversa sunt. Qui in fidem aliorum veniunt, eo ipso se aliis inferiores fatentur, quod ad eorum fidem, id est, tutelam et clientelam confugiunt: nam in hac phrasi *fides* nihil aliud est, quam defensio et clientela ex fide expressa, vel tacita. unde *fides* et *clientela*, *fides* et *patrocinium* saepe conjunguntur. V. ad Flor. 3, 1, 3. Et hi quidem etiam dicuntur foedere facto in societatem et amicitiam accipi, sed non foedere aequo: quia iis, quorum in fidem venerunt, aliqua re subjecti et obnoxii sunt ad praestandum, quod polliciti sunt. Livius infra c. 19, 1. *Legati ex Volscis Fabraterni et Lucani Romam venerunt, orantes ut in fidem reciperentur. Si a Samnitium armis defensi essent, se sub imperio populi Romani fideliter atque obedienter futuros.* c. 25, 3. *Lucani atque Apuli in fidem venerunt, arma virosque pollicentes. foedere ergo in amicitiam accepti.* et c. 27, 2. *Lucanos et Apulos (nam utraque eo anno societas coepta est) in fidem populi Romani venisse adlatum est.* Unde *foedere* et *aequis legibus* amicitiam jungere distinguuntur 28, 34, 7. Nam qui aequo foedere in societatem et amicitiam veniunt, hos nulla re iis, cum quibus foedus ineunt, inferiores, subjectosve, aut obnoxios, sed omnibus rebus pares esse ostendit Livius l. 7, 30, et l. 34, 57. Jam vero Samnites, quo tempore primum societatem cum Romanis fecerunt, aequo foedere in amicitiam receptos fuisse, ex iis constare potest,

semper hostes, populi Romani numquam amicos. qui 10
nec, ut Samnites, in pace amicitiam, nec, ut Campani, auxilium in bello petissent, nec in fide populi Romani, nec in ditione essent.

II. Quum de postulatis Samnitium Ti. Aemilius 1

quae Livius l. 7, 19. 30. et 31. scribit. Nam res illorum tum florentissimae, neque eo loco erant, ut se, nisi fide et opibus Romanorum, adversus alios tueri non possent, aut non posse putarent. Non possunt ergo Samnites dici tum in fide Romanorum fuisse, et verba haec Livii, *qui nec in fide populi Romani essent*, potius de aliis sociis Romanorum accipienda sunt, quos illi et adversus hostes defendere solebant, nec facile patiebantur, suis viribus consiliisque bella gerere, ut l. 2, 30. et 53. et l. 8, 4. et alibi. Porro ex hoc Livii loco liquet, discrimen inter eos esse, qui *in fide*, et qui *in ditione* sunt. quod etiam significat 39, 54, 7. ubi Galli, qui Romanis se dediderant, in senatu dicunt, *dedidisse se prius in fidem, quam in potestatem, populi Romani.* et 36, 28, 4. in oratione Phaeneae Aetoli ad consulem Romanum. *Non in servitutem, sed in fidem tuam, nos tradidimus.* Adde Val. Max. 6, 5, 1. Cujacius 11. Observ. 23. et 27, 33. haec verba Livii laudans, scribit, foederatos, qui populi Romani majestatem comiter conservare debent, non *in fide*, sed *in ditione* populi Romani esse. Sed magis est, ut hi *in fide* populi Romani esse dicantur. V. Salmas. Observat. ad jus Att. et Rom. c. 26. p. 600. et seqq. Etsi autem hic, qui *in fide* sunt, ab illis distinguuntur, qui *in ditione* sunt, tamen iidem, qui *in ditione* sunt, ut dedititii, etiam *in fide esse*, *in fidem venire* et *accipi* dicuntur. Liv. 7, 31, 4. in oratione legatorum Campanorum ad senatum Romanum. *Populum Campanum, urbemque Capuam* etc. *in vestram, Patres conscripti, populique Romani ditionem dedimus.* et 8, 2, 13. senatus de iisdem: *Campanos non foedere, sed per deditionem, in fidem venisse.* Sallustius 4. Histor. in Epistola Mithridatis ad Arsacem: *Persen apud Samothracas Deos acceptum in fidem.* et in Jugurth. 62. ubi v. Cortium. DUK. Potius reducendam puto lectionem, quam tantum non omnes mei, omnesque apud Hearnium Oxonienses praeferunt *nec in ditione.* Eam primus mutavit Gruterus in ed. postrema, quem reliqui recentiores perperam secuti sunt. Livium praepositiones repetere solitum fuisse, supra vidimus ad 6, 28, 6. Vocem *essent* male omittit Leid. 2. In verbis praecedentibus *in bello auxilium* alio ordine legunt Lovel. 1. et 4. quomodo scribae transposuisse videntur, quod eodem ordine paullo ante dixerat Livius *in pace amicitiam*.

§. 1. *T. Aemilius praetor*] *Ti. Aemilius.* Nam Diodorus [l. 16. p. 557.] hunc in consulatu Τιβέριον nominat. Supra etiam [2, 61, 1.] alius *Ti. Aemilii* meminimus ex Dionysio. SIG. *Tiberius* etiam vocatur Pighio in Annal. ad ann. CDXII. pag. 307. Sigonius vero ad Liv. 7, 21, 6. cum indicari Ti. Aemilium existimasse videtur, qui ibi quinquevir mensarius fuisse dicitur; ubi vulgo similiter peccatur. Passim praenomina *Titus* et *Ti-*

praetor senatum consuluisset, reddendumque his foedus Patres censuissent, praetor Samnitibus re-
2 spondit: *Nec, quo minus perpetua cum eis amicitia esset, per populum Romanum stetisse: nec contradici,*
quin, quoniam ipsos belli culpa sua contracti taedium
3 *ceperit, amicitia de integro reconcilietur. Quod ad Sidicinos adtineat, nihil intercedi, quo minus Samniti*

berius in Mstis commutantur, sive illud pro hoc subponi solet. V. infra ad 40, 44, 12. Deinde *P. R.* pro *praetor*, hic et mox verbis sequentibus praeferunt Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *populusque Romanus* Lovel. 3. Idem hic error, ex non intellecta vocis *praetor* nota *pr.* ortus, alibi saepissime committitur in codicibus calamo exaratis. V. ad 31, 10, 4. Vox *praetor* non adparet in Klock.

Senatum consuluisset, reddendumque his foedus Patres censuissent, praetor] Omnia haec verba desunt in Haverk. et Hearnii L. 1. quorum librarios in errorem abripuit repetita vox *praetor*. V. infra ad 9, 11, 11. *et reddendum his foedus* exstat in Gaertn. Deinde *consuluissent*, pro *censuissent*, dederunt scribae Voss. 2. et Fragm. Hav. nondum obliti verbi, quod modo praecesserat. Mox *respondet*, pro *respondit*, Gaertn.

§. 2. *Nec, quo minus perpetua amicitia esset, per populum Romanum stetisse*] Vet. lib. *perpetua cum eis amicitia*. SIG. Non aliter patitur Latini sermonis norma. Quare male duo Palatinorum codd. *per populum Romanum fecisse*. GEBH. Voces *cum eis* a Sigonio additas agnoscunt non modo omnes mei, sed et Hearnii codd. Oxonienses ac Neapol. Latinii. Deinde *per populum Romanum fecisse* Voss. 2. et Leid. 2. *populum Romanum fecisse* Lovel. 3. Sed alterum optimi codd. tuentur, et Livio frequens est. Supra 2, 31, 11. *Quoniam per eum non stetisset, quin praestaretur.* 3, 61, 2. *Non per milites stetisse, ne vincerent.* 6, 33, 2. *Nihil per alteros stare, quo minus incepta persequerentur.* 9, 14, 1. *Per utros stetisset, quo minus discederetur ab armis.* 44, 14, 12. *Per quos stetisset, quo minus belli finis fieret.* c. 19, 14. *Nunciare, ni absistatur bello, per utrum stetisset, eum non pro amico, nec pro socio habituros esse.* 45, 23, 6. *Ne praestaremus, per vos stetit.* et alibi saepe.

Quoniam ipsos belli culpa sua contracti taedium ceperit] *si ipsos belli* Lovel. 2. Deinde *belli sua culpa contracti* Lovel. 4. sed τὸ *sua* exsulat a Lovel. 5. Mox *reconsilietur*, pro *reconcilietur*, Leid. 2.

§. 3. *Quod ad Sidicinos adtinet*] In sola ex editis apud me Sigoniana reperio *attineat:* postea spreverunt. At ita Flor. Rott. Helm. Vossiani duo. J.FR.GRON. Praeter codd. a Gronovio laudatos, *attineat* etiam Lovel. quinque, Leid. duo, Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quorum omnium auctoritate revocavi. In ed. Cl. Jac. Gronovii anni 1679. in nota paterna *attinet* lapsu operarum da-

populo pacis bellique liberum arbitrium sit. Foedere 4
icto, quum domum revertiſſent, extemplo inde exercitus Romanus deductus, annuo stipendio et trium mensium frumento accepto; quod pepigerat consul, ut tempus induciis daret, quoad legati rediſſent. Samnites, copiis iisdem, quibus usi adver- 5
sus Romanum bellum fuerant, contra Sidicinos pro-

tum est. Id Cl. Hearnium in errorem protraxit, ut moneret, *attinet* etiam Sigonium edidiſſe, et Gronovium e Mſtis reſtituiſſe, consonantibus codd. suis, quum alii *attinet* omittant: quae omnia contra sunt.

Nihil intercedi, quo minus Samniti populo pacis bellique liberum arbitrium sit] *nihil interdici* Lovel. 5. et Hearnii Oxon. N. in contextu. Deinde *quo minus sacramenti populo* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *quo minus Sanni populo* Port. Tum *pacis belli liberum arbitrium* sine copula Lovel. 5. *pacis bellique arbitrium liberum* Lovel. 4.

§. 4. *Extemplo inde exercitus Romanus ductus*] Vet. lib. *deductus*. Sic paullo post [c. 16, 10.] *Reductae Romam legiones*. ut fortaſſe recte, *Romam deductus*, legi poſſit. SIG. Pall. tres MSS. codd. et Campani editio *exercitus Romanus deductus*. unde conjicit Sigonius legendum *Romam deductus*. GEBH. *deductus* etiam omnes mei, exceptis solis Leid. 1. et Harlej. 2. quare id recte emendatum puto. Quod vero Sigonius insuper conjicit *exercitus Romam deductus*, a Liviana quidem loquendi ratione non discedit. V. supra ad 6, 26, 8. et c. 33, 12. An tamen invitis libris ita legendum sit, valde dubito. Certe similiter loquitur Livius infra hoc lib. c. 17, 8. *Eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non est deductus*. Ceterum *Romanus exercitus*, vocibus transpositis, legit Lovel. 4. ut c. 6, 13. *Ab utra parte cedere Romanus exercitus cepisset*. Paullo ante *jam quum domum revertissent*, addita prima dictione, Haverk.

Et trium mensium frumento accepto, quod pepigerat consul] In Pall. pr. ac tert. haec ita concipiuntur: *trium mensium frumento accepto, quod pepigerant. Consul ut tempus indiciis daret, quoad legati redissent*. Quasi in pactum oblatum eſſet, non poſtulatum Romanis. GEBH. Vocula *et* non adparet in Haverk. Deinde *trium mensum frumento* Leid. 1. et Gaertner. V. infra ad 29, 3, 5. Tum *quod pepigerant, consul ut tempus induciis daret* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Sed alii omnes stant pro vulgato.

Tempus induciis daret, quoad legati rediſſent] *induciis tempus daret* Voſſ. 1. Leid. 2. Lov. 1. 5. Portug. et Haverk. Praeterea *quod ad legati* Leid. 1. V. supra ad 7, 34, 3. *quod legati* ed. Parm. V. ad 6, 38, 13. Tum *rediissent* Harlej. 2. V. infra hoc lib. ad c. 26, 6.

§. 5. *Copiis iisdem, quibus usi adversus Romanum bellum fuerant*] Cupio doceri, an hoc usquam alibi legatur. Mihi insolens genus loquendi eſſe videtur. Vox *bellum* fortaſſis ex gloſſa est, et ab aliquo profecta, qui non cogitabat, *adversus Romanum* dici

fecti, haud in dubia spe erant mature urbis hostium
6 potiundae. Tum ab Sidicinis deditio prius ad Romanos coepta fieri est: dein, postquam Patres ut seram eam ultimaque tandem necessitate expressam adspernabantur, ad Latinos jam sua sponte in ar-
7 ma motos facta est. ne Campani quidem (adeo in-

pro adversus Romanos. Certe aliquid vitii in hoc loco esse suspicor. DUKER.

Haud in dubia spe erant mature urbis hostium potiundae] Pall. pr. et tert. *haud in dubio erant.* Sic supra l. 3, 10. *Nisi dum in integro res sit.* V. ibidem nostras notas. c. 6. hoc libro. *Mihi quoque in incerto relictum sit.* GEBH. *haud in dubio erant* etiam Voss. 2. et Lovel. 3. de qua locutione supra egi ad 3, 8, 9. Aliorum tamen vulgatum servantium consensus efficit, ne quid mutandum censeam. Unus Klock. omissa praepositione, *haud dubia spe erant* praefert: quod nec ipsum placet. Infra 37, 28, 6. *Primo in magna spe fuit.* ubi alia vide. Tum *hostium urbis potiundae* edd. vett. usque ad Frobenianam anni 1535. *urbis potiundae hostium* Lovel. 4. *urbis hostium potiti* Gaertn. *urbis hostium potiri. Unde tum* Voss. 2. et Lovel. 3. duplici lectione *potiri* et *potiundae* (quod exprimitur τῷ *unde*) simul in contextum recepta. Sed et hic vulgatae lectioni controversiam non movendam esse arbitror. Nam optimi quidem auctores *potiri* cum casu secundo junxerunt. V. Voss. 7. Gramm. 31. et Cortium ad Sall. Jug. 25, 10. Livium tamen alibi ita loqui non memini. (* v. tamen ad 25, 14, 5.)

§. 6. *Ab Sidicinis deditio prius ad Romanos fieri coepta est*] *a Sidicinis* Gaertn. et Fragm. Hav. Hinc vox *prius* deficit in Leid. 1. Tum *fieri coepta est* legunt Lov. 2. et Gaertn. *coepta feri est* Harlej. 1. *coepta ferri est* Lovel. 1. V. ad 5, 54, 6.

Dein, postquam Patres] Ita edidit Cel. Jac. Gronovius, quum priores constanter praeferant *deinde*, quod etiam servant Voss. duo, Leid. duo, Lovel. quinque, Harlej. 2. Portug. Gaertn. Florent. Klock. Haverk. et Fragm. Hav. V. supra ad 3, 3, 6.

Ut seram eam ultimaque tandem necessitate expressam aspernabantur] Τὸ *eam* ignorat Lovel. 3. Tum *ultima tandem necessitate expressam*, sine copula *que*, Gaertner. *ultimamque tandem necessitatem expressam* Klock. *ultimaque necessitate tandem expressam* Lovel. 4. *ultimaque tandem necessitate oppressam* Lovel. 5. Liv. 3, 30, 6. *Expressit hoc necessitas Patribus.* Et eo sensu saepe hoc verbum a Livio usurpatur.

§. 7. *Ne Campani quidem*] *nec Campani quidem* Voss. duo, Leid. 2. Lov. 1. 5. Harlej. 2. Port. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Ox. N. B. et edd. vett. usque ad Frobenianam anni 1535. V. supra ad 1, 10, 3. In verbis sequentibus *his se, ut aequum erat, abstinuere* praefert Klock. Sed quibus se abstinuere? Receptam lectionem omnes codd. recte tuentur.

§. 8. *Ex his tot populis ingens exercitus, duce Latino, fines Samnitium ingressus*] Vet. lib. *unus ingens exercitus.* SIG. Quod mo-

juriae Samnitium, quam beneficii Romanorum, memoria praesentior erat) his se armis abstinuere. Ex 8
his tot populis unus ingens exercitus, duce Latino fines Samnitium ingressus, plus populationibus, quam proeliis, cladium fecit. et, quamquam superiores certaminibus Latini erant, haud inviti, ne saepius

nuit Sigonius, reperi in Pall. tribus: *Ex his tot populis unus ingens exercitus.* Neque ab hoc loquendi modo adhorrent optimi auctores, ut vulgo putant. Catullus [carm. 22.]

Haec cum legit, tum bellus ille et urbanus
Suffenus, unus caprimulgus aut fossor
Rursus videtur.

Ipse Livius l. 28, 35. *Ut nemo unus externus magis enixe adjuverit rem Romanam.* GEBH. *unus ingens exercitus* etiam Florent. Voss. duo, Leid. duo, Lovel. quinque, Harl. 1. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. et Fragm. Hav. Neque Cl. Hearnius, qui eam lectionem recepit, ex Oxoniensibus suis aliam lectionum diversitatem notavit, nisi quod L. 2. et C. [Veith.] praeferant *simul ingens exercitus*, ut reliquos etiam *unus ingens* servasse verisimile sit. Sane eo sensu *unus* supra est 7, 34, 3. *P. Decius tribunus militum conspicit unum editum in saltu collem.* At hoc loco *unus exercitus*, ut obponatur praecedenti *Ex his tot populis.* Alibi autem Livius uni substantivo duo adjectiva jungere solet sine media copula. V. supra ad 1, 14, 7. Tum *duce Latinos fines Samnitium* Lovel. 1. Sed sibilus in voce *Latinos* adhaesit ex similitudine literae initialis vocis sequentis. V. ad 4, 33, 10. *duce Latino fines ãnitium* Haverk. Sed hic literam initialem vocis *Samnitium* intercepit finalis vocis praecedentis. V. ad 30, 3, 7.

Plus populationibus, quam proeliis, cladium fecit] *populationibus plus* Lovel. 4. Tum *quam praediis cladem fecit* Gaertn. *quam proeliis claudium fecit* Lovel. 1.

Quamquam superiores certaminibus Latini erant] Si superiores certaminibus erant Latini, quin bellum perficiebant? Nec satis mihi facit, quae subjungitur, ratio, *ne saepius dimicandum foret* scilicet. Fieri etiam potest, ut locus sit mutilus, quod suspicor, non etiam assevero. GLAR. *certaminibus Latini superiores erant* Lovel. 4. Vox *Latini* deficit in Haverk. Deinde *essent* legunt Portug. Gaertn. et Haverk. Sed et alterum probum est. V. ad 2, 50, 6. Locus inmerito Glareano suspectus est. Quanquam superiores certaminibus Latini bellum tamen non perficiebant, quia forte Samnites in casum universae dimicationis non veniebant. Si autem addidisset Glareanus caussam, cur subjuncta ratio displiceret, cujus ea ponderis fuisset, examinari potuisset; nunc eo tacente illam divinare nequeo. Certe locum mutilum esse, nihil persuadet.

Ne saepius dimicandum foret, agro hostium excessere] *ne se prius* Haverk. Deinde *agro hostium cessere* Portug. quomodo *cedere pugna, civitate,* de quibus v. supra

9 dimicandum foret, agro hostium excessere. Id spatium Samnitibus datum est Romam legatos mittendi. qui quum adissent senatum, conquesti eadem se foederatos pati, quae hostes essent passi, precibus
10 infimis petiere, *ut satis ducerent Romani victoriam, quam Samnitibus ex Campano Sidicinoque hoste eripuissent: ne vinci etiam se ab ignavissimis populis sinerent.*

ad 2, 10, 5. Verum et alterum probum est, ac reliquorum codicum auctoritate defenditur, Supra 2, 13, 4. *Exercitum ab Janiculo deduxit Porsena, et agro Romano excessit.* c. 19, 9. *Aebutius pugna excessit.* 4, 28, 8. *Ictus saxo, perfracto capite, acie excessit.* 10, 14, 16. *Recepti post signa proelio excesserunt.* 27, 20, 3. *Quum Scipio, rediens jam Tarraconem, saltu Castulonensi excessisset.* (* v. ad 10, 2, 3. 34, 28, 12.) Paullo ante *haud invicti*, pro *haud inviti*, Haverk. Alibi passim ita scribae lapsi sunt. V. ad Epit. Liv. 3.

§. 9. *Qui quum adiissent senatum*] *audissent senatum* Leid. ambo, et Gaertn. V. infra ad 10, 12, 2. Neque aliter Voss. 1. a m. 1. in quo postea addita nota indicat, legendum esse *adissent;* quo modo etiam praeferunt Florent. Voss. 2. Lovel. quinque, Haverk. Fragm. Hav. et editi ante Aldum, qui *adiissent* dedit. Priscam igitur lectionem revocavi. Amat enim Livius has contractiones. V. supra ad 7, 20, 3. Alia similia v. ad 27, 19, 10. In verbis praecedentibus *His spatium Samnitibus datum est Romam legatos mittendos* habet Fragm. Hav. scribae aberratione.

Eadem se foederatos pati, quae hostes essent passi] *pati foederatos* Gaertn. Deinde *hostes passi essent* Leid. 2. et Fragm. Hav.

§. 10. *Ut satis ducerent Romani victoriam, quam Samnitibus*] Aliter haec in Pall. binis, pr. ac tert. constituta sunt: *ut sufficeret Romanis victoria.* absque dubio ab sciolo, lectionem legitimam interpretante. GEBH. Si *satis ducere* hic idem est, quod *satis habere*, id est, contentum esse, (nec puto aliter accipi posse) non satis adsequor sententiam horum verborum; quod non video, quomodo Romani possint dici contenti victoria, quam Samnitibus quidem eripuerant, sed ante eam ereptam nullam ipsi ex Samnitibus tulerant. Si quid Msti adjuvarent, mallem *ut satis ducerent Romani, victoriam Samnitibus ex Campano Sidicinoque hoste eripuisse. Satis habere* ita ubique cum infinitivo vel conjunctione *si* ponitur. V. Gebhardum ad Cornel. Nep. Epamin. 8. et Cortium ad Sallustii Jug. 31, 20. DUK. Eadem lectio, quae Gebhardo, mihi quoque obvia fuit in Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. quam recte ex interpretis expositione natam putat. V. infra ad hujus lib. c. 24, 18. *Romani ducerent victoriam satis*, scilicet esse, id est, eam sufficere. V. supra ad 4, 30, 15. Praeterea τὸ *ut* deest in Lovel. 2. quod post verbum *petere* saepe omitti solet. V. ad 32, 35, 5. Unius tamen cod. fides levior videtur, quam ut ei obtemperemus. Deinde *quam de Samnitibus* Haverk. et Hearnii Ox. B.

Latinos Campanosque, si sub ditione populi Romani es- 11
sent, pro imperio arcerent Samniti agro; sin imperium
abnuerent, armis coërcerent. Adversus haec respon- 12
sum anceps datum, quia fateri pigebat, in potesta-
te sua Latinos jam non esse, timebantque, ne ar-
guendo abalienarent: *Campanorum aliam conditionem* 13
esse, qui non foedere, sed per deditionem, in fidem ve-

Ne vinci etiam se ab ignavissimis populis sinerent] *nec vinci etiam se* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. C. *ne vicisse se etiam* Lovel. 4. *ne unici etiam ab ignavissimis*, literis transpositis et pronomine omisso, Haverk.

§. 11. *Arcerent Samniti agro: sin imperium abnuerent, armis coërcerent*] *Samnitum agro* Haverk. Deinde *si imperium abnuerent* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. sollemni scribarum lapsu. V. supra ad 4, 5, 6. *si imperioum abnuerent* Lovel. 1. quasi librarius duplicem lectionem *imperio* et *imperium* reperisset, eamque simul referre voluisset. Tum *coarcerent* Florent. et Gaertn. quomodo *abarceo* Festus memorat: ubi tamen *aberceo* in Mstis esse Vossius Etym. ling. Lat. in v. *Arceo* testatur.

§. 12. *Adversus haec responsum anceps datum*] *Adversus hoc* Voss. duo, Lovel. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *Adversus hunc* Haverk. Tum *anceps responsum* alio ordine Lovel. 4. Mox etiam *jam Latinos non esse* idem codex.

Timebantque, ne arguendo abalienarent] Voculam *que* omittit Leid. 2. Deinde *alienarent* est in Harlej. 2. et Haverk. At cui bono? *abalienare* Livio usitatum est. Ita cap. seq. *Campanos metu abalienavit.* 26, 38, 4. *Neque enim indigna patientium modo abalienabantur animi.* 22, 60, 15. *Deminuti capite, abalienati jure civium.* 35, 31, 7. *Ne spes incisa Philippum abalienaret.* 45, 6, 1. *Omnium ab se abalienavit animos.* et alibi. *abalienarentur* legit Lovel. 4. V. ad 39, 22, 8. *abalienaret in Campanorum aliam conditionem*, erasa a m. 2. voce *esse*, Florent.

§. 13. *Non foedere, sed per deditionem in fidem venissent*] Quemadmodum Livii verba accipienda sint, docet Cel. Graevius ad Flori 1, 16, 2. Ceterum *pro deditione in fidem* Voss. 2. et Lovel. 3. *pervenissent fidem in deditionem* Lovel. 4. *per deditionem in fidem dedissent* Haverk. Male. *venire in fidem*, ut *venire in deditionem*, *venire in jus ditionemque.* V. ad 9, 20, 4. et ad 33, 37, 4. Ipsum illud *in fidem venire* infra est 8, 25, 3. *Lucani atque Apuli in fidem venerunt.* ubi alia vide.

Quieturos. in foedere Latino nihil esse] *quieturos in foedere Latinos* Harlej. 1. *in foedere quieturos Latinos* Lovel. 4. *prohibere posset*, pro *quieturos*, Leid. 2. Sed *quieturos* in hac re probum est. V. ad 45, 37, 2. Verba *quieturos. in foedere* etc. *quibus ipsi velint* desunt in Lovel. 1.

Quod bellare, cum quibus ipsi velint, prohibeantur] Perspicuum est, legi debere: *in foedere Lati-*

nissent: itaque Campanos, seu velint, seu nolint, quieturos. in foedere Latino nihil esse, quo bellare, cum quibus ipsi velint, probibeantur.

1 III. Quod responsum sicut dubios Samnites, quidnam facturum Romanum censerent, dimisit, ita Campanos metu abalienavit; Latinos, velut nihil jam non concedentibus Romanis, ferociores fecit.
2 Itaque, per speciem adversus Samnites belli paran-

no nihil esse, quo bellare, cum quibus ipsi velint, prohibeantur. Et sic alter Vossianus. Antiquior tamen *quod*, ut forte fuerit etiam *prohibeat*. J. FR. GRON. *quod bellare* non tantum servat Voss. antiquior, verum insuper Florent. Leid. 1. Lovel. 2. 4. 5. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses. At *cur pugnare* Leid. 2. quod est ex glossa interpretis. Certe alibi *pugnare* τῷ *bellare* subponitur in codd. scriptis. V. N. Heins. et Cel. Burmann. ad Nason. Ep. 13, 69. *quo bellare* praeter unicum Gronov. laudatum cod. habent etiam Lovel. 3. et Harlej. 2. Tum *cum quibus volunt* Leid. 2. Deinde *prohiberentur* Fragm. Hav. *prohibeant* Lovel. 4. et Harlej. 1. unde juvari posset altera Gronovii conjectura *quod prohibeat*. Sed priorem in contextum recepit, eamque modo memoratorum Mstorum fide servavi.

§. 1. *Sicut dubios Samnites, quidnam facturum Romanum censerent, dimisit*] *sicut si dubios* Lovel. 1. *sicut duobus* Klock. Tum vox *Samnites* deest in Gaertn. Hinc *quodnam facturum Romanum censerent* Port. a m. 1. *quidnam futurum Romani censerent* Lov. 5. [Veith.] Sed passim *facturus* et *futurus*, ut et *feci* ac *fui*, in Mstis confundi solent a librariis. V. ad 31, 45, 2. Deinde *remisit* Lovel. 4. V. infra ad 9, 2, 9. *divisit* Voss. 1. quomodo alibi saepe peccarunt librarii. V. ad 37, 45, 19. Prima etiam capitis hujus vox *Quod* deest in Lovel. 2.

Ita Campanos metu abalienavit] *itaque Campanos* Voss. 2. et Lovel. 3. ac 5. Solent hae particulae in membranis vetustis commutari. V. ad 21, 53, 7. *at Campanus* Florent. in quo *ita Campanos* recte a m. 1. scriptum fuisse videtur. Tum *metus abalienavit* Voss. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Sed referendum est ad praecedens *responsum*, quod Campanos *metu* abalienavit.

Nihil jam non concedentibus Romanis] Perperam Pall. duo *nihil jam non contendentibus Romanis.* GEBH. Similiter errant etiam Voss. 2. et Lovel. 3. *concedere* et *contendere* etiam supra in Mstis commutabantur 5, 46, 10. (* v. ad 37, 39, 1.) at *nihil jam non credentibus* Klock. cujus librarius scribere forte voluit *cedentibus*. Alibi autem voces *cedere* et *concedere* permutantur. V. ad 2, 47, 3. Sed aliorum vulgatum servantium consensum sequor.

§. 2. *Crebra concilia indicentes*] *consilia* Leid. 2. Fragm. Hav. et ed. Parm. Sed indicatur hic communis conjunctorum populorum Latii respublica; quod non *consilium*, sed *concilium*, vo-

di crebra concilia indicentes, omnibus consultationibus inter se principes occulte Romanum coquebant bellum. huic quoque adversus servatores suos bello Campanus aderat. Sed quamquam omnia de 3
industria celabantur, priusque, quam moverentur Romani, tolli ab tergo Samnitem hostem volebant; tamen per quosdam, privatis hospitiis necessitudinibusque conjunctos, indicia conjurationis ejus Ro-

cari, docet Gronov. ad Liv. 44, 2, 5. Supra 5, 5, 8. *Haec tam crebra Etruriae concilia de mittendis Vejos auxiliis.* In verbis praecedentibus *Ita per speciem* habent edd. usque ad Frobenium, qui anno 1535. *Itaque*, consentientibus omnibus libris, substituit. V. ad §. praeced.

Principes occulte Romanum coquebant bellum] Vox *occulte* deficit in Lovel. 4. Tum *conquerebant bellum* Haverk. Scriptum credidit librarius *cōqu'ebant.* Sed *coquebant* probum est. V. infra ad 40, 11, 2.

Huic quoque adversus servatores suos bello Campanus aderat] *huc quoque* Leid. 2. *hinc quoque* Lovel. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. quomodo frequenter erraruni librarii. V. ad 25, 40, 2. Hinc *adversus senatores* Voss. 2. Leid. 2. et Lovel. 3. *adversatores* Leid. 1. *adversus conservatores* Lovel. 4. Sed simplex sufficit. Infra 34, 50, 9. *Prosequentibus cunctis, servatorem liberatoremque adclamantibus.* Tum *suo bello* Harlej. 1. vox *bello* deest in Lovel. 4. Tandem *Campanus erat* Leid. 1.

§. 3. *Priusque, quam moverentur Romani, tolli ab tergo Samnitem hostem volebant*] *plus, quam moverentur* Leid. 2. *prius, quam moverentur* Florent. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. duo, Portug. Klock. Haverk. Fragm. Hav. omnesque Hearnii Oxonienses. Id aliquo modo ferri posset, si totam hanc periodum parenthesi includamus. Potius tamen est, ut dicamus, voculam *que* ob literarum similitudinem interceptam esse a sequenti *quam*, quemadmodum etiam intercidit ante vocem *quamquam* supra 3, 51, 1. Alii, qui in similes codd. incidentes conjunctionem tamen necessariam videbant, eam hoc modo restituerunt, *et prius, quam moverentur*; quae lectio fuit Klock. Mox *tolli* deest in Leid. 2. Tum *a tergo* legunt Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. 5. Deinde *Samnitum hostem* Portug. a m. 1. *Samnitium* a m. 2. Paullo ante *celebrantur* Voss. 2. Lovel. 3. et Klock.

Tamen per quosdam, privatis hospitiis necessitudinibusque conjunctos] Eaedem membranae [Fuldenses] *privatis hospitiis necessitatibusque.* MOD. Nullibi reperi lectionem membranarum Fuldensium. Nisi quod Campanus *privatis auspitiis necessitudinibusque conjunctionis* ediderit. Quid autem illum moverit, divinare non possum. GEBH. *tū per quosdam* creberrima librariorum aberratione Gaertn. V. ad Liv. 22, 17, 5. Tum *privatis auspiciis* Lovel. 4. et Fragm. Hav. quomodo etiam passim scribae lapsi sunt. V. ad 21, 2, 5. Deinde *necessitudinisque*

4 mam emanarunt. jussisque ante tempus consulibus abdicare se magiſtratu, quo maturius novi consules adversus tantam molem belli crearentur, religio in-ceſſit, ab eis, quorum inminutum imperium eſſet,
5 comitia haberi. Itaque interregnum initum. duo in-

conjunctos Harlej. 2. V. ad 21, 60, 7. *necessitudinibusque conjunctis* Leid. 2. et Lovel. 1. *necessitatibusque*, quod in membr. suis invenit Modius, in nullo etiam meorum exſtat. Neque id verum puto. Quamvis enim dudum docti docuerint, veteres *necessitatem*, pro *necessitudine* dixiſſe; id tamen etiam Livium feciſſe, nondum observavi. Quin contra *privatum hospitium* et *necessitudinem* jungit etiam infra 42, 38, 8. *Privati maxime hospitii fiducia, quod ei paternum cum Marcio erat. Ab hujus necessitudinis commemoratione orsi.* et mox, *Amicitiam hospitiumque cum Philippo fuisse. minime inmemorem necessitudinis ejus legationem eam suscepisse.* Solent autem librarii voces *necessitas* et *necessitudo* in Mſtis commutare. V. supra ad 2, 43, 3. et Davis. ad Caesar. 8. belli Gall. 53. et ad 1. belli Civ. 8. etiam viros doctos ad Suet. Claud. 15.

Indicia conjurationis ejus] *conspirationis ejus* Leid. 2. quod ex gloſſa puto. V. infra ad 39, 17, 6. Mox addita voce *Romam omnia emanarunt* Klock.

§. 4. *Jussisque ante tempus consulibus abdicare se magiſtratu*] Uterque consul bello ſtrenue se gesserant. Plautius adversus Privernates. Latinos inquam (si quid hoc ad rem attinet) ac Antiates: Aemilius etiam pacem ex Samnio attulerat. Mirum igitur, quare hi magiſtratum abdicare coacti fuerint. hoc, mea quidem sententia, Livio diligentius explicandum erat. Dionysius non tacuit, si modo eum haberemus. Excellentia etiam horum duorum, Torquati ac Decii, quantum M. Valerii ac Coſſi virtutem anteibat? cum anno CDXX. poſtea ipse Livius [8, 16, 4.] fateatur, M. Valerium maximum ea tempeſtate imperatorem. GLAR. Cauſſam, cur ante tempus abdicare coacti fuerint, indicat Livius verbis seqq. *quo maturius novi consules adversus tantam molem belli crearentur.* Ea tamen non satisfacit. Licet enim maturius consules crearentur, non necesse tamen erat, ut anni proximi consules magiſtratu se abdicarent. Certe Sempronius *comitiis consularibus habitis in hiberna rediit* 21, 57, 4. L. Valerius consul *comitiis perfectis in provinciam rediit* 34, 42, 5. Inluſtrare Livii verba conatur Dodwell. in notis ad Chronol. Graeco-Rom. poſt Dionys. Hal. p. 101. at mentem tam perplexe proponit, ut, quid velit, non intelligam. Ceterum vox *tempus* deficit in Leid. 2. edd. Rom. anni 1472. et Mediol. annorum 1495. ac 1505. quam reliqui scripti et edd. agnoscunt. Tum *se abdicare* Gaertn. Mox *adversus tantam belli molem* Lovel. 4. Deinde *inminutum imperium cessit, initia haberi* Florent. in quo ad vocem *initia* inter versus adscriptum *co*, ut indicetur, emendandum eſſe *comitia.*

§. 5. *Itaque interregnum initum. duo interreges fuerunt. M. Valerius ac M. Fabius*] *Interregnum itaque* Lovel. 5. et Portug. *Itaque per interregnum*, omiſſa voce *ini-*

terreges fuerunt, M. Valerius ac M. Fabius. Creati consules, T. Manlius Torquatus tertium, P. Decius Mus. Eo anno Alexandrum, Epiri regem, in Ita- 6
liam classem adpulisse constat. quod bellum, si prima satis prospera fuissent, haud dubie ad Romanos per-

tum, Lovel. 4. *Itaque interregnum initum*, *quo interreges* operarum errore ed. Ven. anni 1498. Tum *interreges fuere* Florent. Leid. 2. Lovel. 3. 5. Harlej. 1. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Deinde voculam *ac* inter utriusque interregis nomina omittunt edd. antt. quam demum adscivit Aldus, et, uno excepto Harlej. 2. servant omnes codd. Passim modo eam librarii atque operae typographorum addidere, modo omisere. V. supra ad 2, 17, 1. Denique *M. Favius* Voss. 1. Leid. duo, et Lovel. 1. 2. ac 5. V. ad 7, 22, 2.

Creaverunt consules T. Manlium Torquatum tertium, *P. Decium Murem*] Lege *Creavit*. videlicet posterior interrex Fabius. GELEN. Vet. lib. *Is creavit consules*. Recte, ut de posteriore interrege Fabio intelligatur. SIG. *Is creavit consules* correctio est doctorum virorum. Ceterum habetur in Pall. duobus optimis, *Creavere consules Titium Mallium Torquatum tertium*, *P. Decium Murem*. At in sec. plane diversa stat lectio: *Creati consules T. Manlius Torquatus tertium*, *P. Decius Capatius*. Super ultimum vero nomen scriptum *Murena*. Vetustae editiones adhaerent Pall. illis duobus codd. GEBH. *Is creavit consules* solus Sigonianus: quod Gelenius *Creavit*, ut apud me Vossianus [pr.] Olim edebant *Creavere*, quod habuerunt et duo Pall. Helm. *Creant consules*. Suspicor scribendum: *Creati consules T. Manlius Torquatus III*, *P. Decius Mus*. Et sic tertius Palatinorum. J. FR. GRON. *Is creavit*, ut Sigonius in vet. lib. invenit, in nullo apud me cod. superest. Si autem, ut Sig. aït, in vet. lib. ejus exstiterit, id librariis errantibus adscribendum est, qui passim connectendae orationi pronomen hoc inseruerunt. V. ad 37, 17, 5. Sed nec *Creaverunt* in ullo obvium est, nisi in Gaertn. at *Creavere* in Voss. 2. Lovel. 3. 4. Harlej. 2. et Fragm. Hav. *Creavit* in Florent. Leid. utroque, Lovel. 1. et Harlej. 1. *Creati consules T. Manlius Torquatus tertium*, *P. Decius Mus* habent Lovel. 2. et plerique Hearnii Oxonienses. *Creati consules T. Manlius Torquatus tertium*, *P. Decius Capatius*, vel *Capucius*, Lovel. 5. Portug. Haverk. atque unus et alter ex Hearnii Oxoniensibus. Praeferendam puto Gronovii conjecturam jam tot libris confirmatam: quam etiam in contextum recepi. Olim vero ipse in priori ed. notarum ad Liv. 34, 56. Gelenii emendationem secutus fuerat, quam postea deseruit. Inter utriusque consulis nomina conjunctionem *et* interponit Fragm. Hav. Sed v. ad 2, 17, 1.

§. 6. *Eo anno Alexandrum*] Livium non bene calculos ponere, disputat Dodwellus de Cyclis Dissert. 10. sect. 73. DUKER.

Italiam classe adpulisse] Lege *in Italiam* cum praepositione, contra quam in vulgatis editionibus. GELEN. Vet. lib. *classem*. probo. Non enim *appellere navi*, sed *navim*, Latine dicitur. Sic. 9, [38, 2.] *Classis Romana cum appulsa*

7 venisset. Eadem aetas rerum Magni Alexandri est:
quem, sorore hujus ortum, in alio tractu orbis, in-
8 victum bellis juvenem, fortuna morbo exstinxit. Ce-
terum Romani, etsi defectio sociorum nominisque
Latini haud dubia erat; tamen, tamquam de Sam-

Pompejos esset. Hunc Alexandrum *Molossum* vocat Gellius 17, [21.] ubi de hoc ejus in Italiam adventu aït. SIG. Diffitetur Sigonius, recte ac Latine dici *classe appellere.* Ideo e codice suo praefert *classem appulisse constat.* Neque aliter quoque Pall. codd. omnes, ut et Campani editio, excepta vetustissima Andreae, vulgatam tuente scripturam. Cic. in Verr. 1, 18. *Cum Persae mille numero navium classem ad Delum appulissent.* GEBH. Ex iis, quae Gronov. ad 30, 10, 9. adnotat, intelligi potest, eum hic in libris suis invenisse *classe.* Neque id Latine dici negat, ut Sigonius, sed potius dici *classem* aït. Vorstius quoque de Latinit. merito susp. c. 16. defendit *appellere classe;* sed ex hoc uno dubiae scripturae loco. Tamen illi adsentior. Lucretius 6, 751.

Quo numquam pennis appellunt corpora raucae
Cornices.

In Cic. quoque or. 2. Philipp. 11. omnes libri Ferrarii, *Si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam, navi appulisset.* Quod ille aperte rectum esse pronunciat, sed dissentientibus plerisque, qui e suis libris *navis* legunt, pro *naves.* DUK. *in Italia* Lovel. 5. *in Italiam* non modo reliqui codd. sed et plerique excusi. Praepositionem enim, a Gelenio restitutam, tantum omissam vidi in Mediol. anni 1480. 1495. 1505. et Froben. anni 1531. Deinde *classe appulisse* unus Voss. 2. reliqui omnes *classem*, quod et exstat in ed. Parm. Id itaque verum judico. (*21, 60, 2.) Non tamen alterum, tamquam Latine non diceretur, damnare audeo. Certe id Livio ex optimo cod. Put. restituere veritus non est Gronovius infra 30, 10, 9. *Sub occasum solis in portum classe adpulere.* ubi v. quae notavit; ut et Jac. Perizonius ad Sanct. Minerv. 4, 4. de Ellips. nomin. v. *Navem*, ubi hujus locutionis exempla laudat ex Suet. in Tit. 5. et Cic. 5. in Verr. 16. Similiter *adplicare navicula* Florus dixit 4, 2, 51. *Superstes dignitatis suae vixit, cum majore dedecore per Thessalica Tempe equo fugeret, ut una navicula Lesbon adplicaretur.* Mox *si primo satis prosperum fuisset* Hearnii Oxon. C. [Veith.]

§. 7. *Eadem aetas rerum Magni Alexandri est*] *Eandem aetas rerum* Haverk. *Eadem res* Leid. 2. Tum vox *Magni* deficit in contextu Portug. Mox *sorore ejus ortum*, pro *hujus*, Gaertn.

In alio tractu orbis] In Asia ad Orientem. Adhuc tamen Philippus Alexandri pater vivebat, nec in Asia res gerebantur, sed in Graecia. auctor Diodorus. SIG. *in alio tracto* Florent. Sed v. ad 1, 15, 7. Mox *invictum bellum juvenem* Portug. *invictum bello juvenem* Haverk. Sed reliqui *bellis* servant.

§. 8. *Decem principes Latinorum Romam evocaverunt*] *vocaverunt* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. C. *evocarunt* Leid. 2. et Lovel. 3. Mox

nitibus, non de se, curam agerent, decem principes Latinorum Romam evocaverunt, quibus imperarent, quae vellent. Praetores tum duos Latium habebat, 9
L. Annium Setinum et L. Numisium Circejensem, ambo ex coloniis Romanis: per quos, praeter Si-

quibus impetrarent, pro *imperarent*, Haverk. V. infra ad 9, 30, 10.

§. 9. *Praetores tum duos Latini habebant*] *duo* Voss. alter. *Latium habebat* Flor. Rott. Helm. Vossianus prior. *ambo* omnes, et editi ab Andrea ad Moguntinos. *ambos* primus Aldus. in Modiana video reductum *ambo*. Scribas igitur censeo: *Praetores tum duo Latium habebat. L. Annium Setinum et L. Numicium Circejensem, ambo ex coloniis Romanis.* Sic 10, 37, 14. J. FR. GRON. *Praetores tum duo* Lovel. 3. et Harlej. 1. et ita Gebhard. etiam ex Mstis emendabat supra ad 7, 40, 9. ac Gronov. infra ad 35, 21, 5. Tum *Latium habebat* Leid. uterque, Lovel. 1. 4. 5. Portug. et Gaertn. quod in contextum admisi.

L. Annium Setinum et L. Numitium Circejensem, ambos ex coloniis Romanis] *L. Numisium* quidam legunt, quod mihi non probatur. *Circejensem* autem a Circeis intelligo, quam L. Tarquinius Superbus coloniam deduxit. *ambo* autem pro *ambos*, ut quidam legunt, Livius nulla necessitate dixisset, ut Virg. de *duo* [11. Aen. 285.]

Si duo praeterea taleis Idaea tulisset
Terra viros.

Quidam tamen in vetustis Livii codicibus subinde ita inveniri ajunt. GLAR. *Numicium*. Graeci enim *Νουμίκιον*. SIG. Pal. pr. *Crotonensem*, alluditque tertius. At sec. *L. Mimisium Circejensem*. additumque super *Ceretensem*. GEBH. *L. Antium Sestinum* Gaertn. *L. Amnium Septimiam* Portug. *L. Annium Septimum* Lovel. 5. et Haverk. *L. Annium Servium* Voss. 2. *L. Annium Secinum* Leid. 2. et Lovel. 2. Tum *L. Minusium* Lovel. 5. Portug. et Haverk. *L. Numitium* Harlej. 2. et edd. ante Sigonium. Verum non modo nomen fluvii Numicii per literam *c* scribitur supra 1, 2, 6. sed ita etiam *T. Numicius Priscus* consul memoratur 2, 63, 1. ubi similiter peccant priscae edd. et quidam codd. *L. Numissium* Lovel. 1. a m. 1. in quo postea emendatum est *L. Numisium*, quomodo etiam praeferunt Voss. duo, Florent. Leid. 2. Lov. 2. 3. 4. Harlej. 1. Gaertn. Klock. Fragm. Hav. et ed. Ald. ac paucae eam praeeuntem secutae. Illam vero lectionem, quamvis sibi non probari Glareanus profiteatur, ego tamen rejicere non audeo. Ita enim codd. plerique etiam infra praeferunt hoc lib. c. 11, 6. ubi recentiores editores, qui hic Sigonium secuti sunt, eum relinquentes *Numisius* retinuerunt, pro quo is *Numicius* vulgarat. Idem tamen, qui hic, etiam illo loco indicari videtur. Certe nomen gentile *Numisius* alibi obcurrit. *C. Numisius* praetor memoratur infra 41, 8, 1. *T. Numisius Tarquiniensis* unus decem legatorum in Macedoniam missorum 45, 17, 3. *Numisius Tiro* apud Cic. orat. 2. Phil. 4. et orat. 12, 6. In lapidibus vero literatis ejus gentis plures reperiuntur. Id igitur re-

gniam Velitrasque, et ipsas colonias Romanas, Vol-
sci etiam exciti ad arma erant. eos nominatim evo-
10 cari placuit. Haud cuiquam dubium erat, super
qua re adcirentur. itaque, concilio prius habito,
praetores, quam Romam proficiscerentur, evocatos
se ab senatu docent Romano, et, quae actum iri
secum credant, quidnam ad ea responderi placeat,
referunt.

cepi. In cognomine etiam non convenit inter codd. *Crotoniensem* vocant Voss. 2. et Lovel. 3. *Cretensem* Portug. *Creciensem* Leid. 2. *Certeniensem* Lovel. 2. *Ciretiensem* Lovel. 4. *Ceretejensem* Gaertn. *Certejensem* Harlej. 1. et Fragm. Hav. *Certiensem* Harlej. 2. *Circiensem* Haverk. *Cercejensem* Voss. 1. Florent. Lovel. 1. 5. et Klock. Sed vulgatum rectum est. V. supra ad 6, 12, 6. Deinde *ambo* plerique et optimi codd. quum *ambos* tantum haereat in Lovel. 2. 4. 5. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Post Aldum autem ante Modium *ambo* etiam variae edd. receperunt. Idem ex Mstis probavit Gebhard. ad Liv. 7, 40, 9. et Gronov. non modo supra ad verba praec. verum etiam ad Liv. 35, 21, 5. Denique *ex colonis Romanis* Florent. Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 3. 4. 5. Harlej. ambo, Portug. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 5, 33, 9.

Per quos, praeter Signiam Velitrasque, et ipsas colonias Romanas] *a quibus* Klock. Hinc *praeter signa* Lov. 5. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. etiam Voss. 1. in contextu. *praeter Signia* Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. *praeter Siginam* Haverk. *Velitras*, omissa vocula *que*, Portug. *vel litteras q̃* Gaertn. Deinde *in ipsas colonias* Haverk. Mox *ad arma exciti* alio ordine Gaertn.

Eos nominatim evocari] *eos n̄minatim evocari* pro varia lectione Lovel. 1. in marg. *eos nominatim vocari* Hearnii Oxon. C.

§. 10. *Haud cuiquam dubium erat, super qua re adcirentur*] *Haud quaquam dubium erat* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *Haud quamquam dubium erat* Lovel. 5. et Gaertn. Tum *et super qua re*, inserta priori voce, Portug. Hinc *accurrentur* Lovel. 3. *accerentur* Leid. 1. *excirentur* Port. et Hearnii Oxon. B. *acciperentur* Florent. Quae verba aliquoties in Mstis confunduntur. V. ad Liv. 10, 19, 1.

Itaque, concilio prius habito, praetores, quam Romam proficiscerentur] Omnia haec verba exsulant ab Hearnii Oxon. B. *consilio* legit Portug. Male. Rationem supra v. hoc cap. §. 2. Praeterea *proficiscentur* Harlej. 1. Sed quum per compendium *proficisc'entur* scriptum fuisset, compendii notam librarius neglexit. V. ad 2, 56, 7.

Evocatos se ab senatu docent Romano] Quid si *Romam* legas? SIG. Pall. pr. et tert. *docent Roma*. Sigonii conjectura est *Romam*. Ego vero existimo, sincerissimam esse lectionem vulgatam. GEBH. *Romà* etiam Voss. 2. et Lovel. 3. Sed mihi quoque vulgata lectio proba videtur. Praeterea *et vocatos* Flor. Tum *a senatu* Gaertn.

Quae actum iri secum credant]

IV. Quum aliud alii censerent, tum Annius: *Quamquam ipse ego retuli, quid responderi placeret, tamen magis ad summam rerum nostrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis, quam quid loquendum sit. facile erit, explicatis consiliis, adcommodare rebus verba.* 1
Nam, si etiam nunc sub umbra foederis aequi servitutem pati possumus, quid abest, quin, proditis Sidicinis, non Romanorum solum, sed Samnitium quoque 2

quae actum iri in senatum credant Haverk. *quae acturum in senatum credant* Portug. *quae agenda secum credunt* Lovel. 2. *quid actum iri secum credant* Harlej. 2. Adparet, indoctos librarios non adsecutos esse infinitivum futuri passivi, quod minime mirum est, quum videam, etiam nostro tempore viros doctos in eadem re obfendisse. Naturam ejus exponit Voss. 5. Gramm. 17. et l. 7, 54. Mox *et quidnam ad ea responderi*, addita prima vocula, Lovel. 2. *quodnam ad ea responderi* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *quidnam ad ea respondere* Portug. a m. 1.

§. 1. *Quamquam ipse ego retuli, quid responderi placeret*] Pall. duo, *et quid responderi*. GEBH. Ita etiam Voss. 2. et Lov. 3. Tum *quam ipse ego retuli* Lovel. 1. Similiter infra peccat cod. scriptus hoc lib. c. 13, 6. c. 29, 3. V. etiam viros doctos ad Suet. Galb. 3. Contra alibi *quamquam*, pro *quam*, datum est. V. ad 4, 12, 8. *quam q9 ipse ego retuli* Gaertn. *quamquam ego ipse retuli* Lovel. 4. Insuper *quid respondere placeret* ed. Parm. *quid responderi placeat* Lovel. 2. qui idem in verbis praecedentibus alio ordine praefert *alii aliud censerent*.

Tamen magis ad summam rerum nostrarum pertinere] *tū magis* Gaertner. V. infra ad 22, 17, 5. *ab summa rerum pertinere* Haverk. Vox *nostrarum* non adparet etiam in Portug. ejus loco *vestrarum* praefert Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. Mox quoque *agendum vobis* Lovel. 2.

Facile erit, explicatis consiliis] *facile erat* Florent. quomodo etiam Cl. Hearne, eumque secuti nuperi Londinenses, sed, ut arbitror, errore librariorum, ediderunt. Prior certe in var. lect. nihil monuit. Tum *explicitatis consiliis* Lovel. 1. cujus librarius duplicem lectionem *explicitis* et *explicatis* hac ratione simul proponere voluisse videtur.

§. 2. *Si etiam nunc sub umbra foederis aequi servitutem pati possumus*] *etsi etiam nunc* Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. Praeterea *pati possimus* Florent. Voss. 1. Lovel. 1. 5. et Harlej. 1. *facere possumus* Hearnii Oxon. L. 2.

Quid abest, quin, proditis Sidicinis, non Romanorum solum, sed Samnitium quoque dicto pareamus] Quamvis omnes sic scripti, non ambigo tamen, quin ex perpetua veterum consuetudine dictarit Livius *quin, proditis Sidicinis, non Romanis solum, sed Samnitibus quoque dicto pareamus*. Est enim *alicui parere dicto*, ut *alicui audientem*, vel *obedientem esse dicto*. V. ad I. 29, 20. J. FR.

dicto pareamus, respondeamusque Romanis, nos, ubi in-
3 *nuerint, posituros arma? Sin autem tandem libertatis desiderium remordet animos, si foedus est, si societas aequatio juris est, si consanguineos nos Romanorum esse,* quod

GRON. Si concedamus Gronovio ad l. h. et ad 29, 20, 11. ac Vorstio de Latin. merito susp. c. 12. *dicto audiens* semper dativum, non genitivum, adjunctum habere, tamen inde non consequitur, idem de *parere dicto* dicendum esse: nam in his diversa ratio est. Ibi est participium, et *dicto* semper priore loco ponitur, nec licet dici *dictis audiens*, ut contendit Vorstius; hic nihil illorum est. *Parere dicto* saepe dicitur, non addito casu. Liv. 2, 18, 8. et c. 20, 10. 32, 3, 7. 36, 31, 7. et Cic. pro Rabir. Post 11. *Parere dictis* cum genitivo est in Virg. 1. Aen. 689.

Paret amor dictis carae genetricis.

Nec dubito, quin *parere dicto alicujus* aeque recte dici possit, ac *parere imperio alicujus*, ut apud eumdem 4. Aen. 238.

— — ille patris magni parere parabat
Imperio.

DUK. Vulgatum adversus Gronovium tuetur Doujatius, inter alia laudato hoc Virg. loco ex 1. Aen. 689.

Paret amor dictis carae genitricis.

Quae autem insuper ex Cic. 1. de Nat. Deor. 8. *parere voluntati architecti.* et ex Ter. Hec. 1, 1, 49. *meis dictis parere* laudat, non conveniunt. Tueri etiam videtur Cel. Periz. ad Sanct. 4. Min. 4. n. 45. Ceterum voces *quid abest* deficiunt in Lovel. 5. Deinde *cum perditis Sidicinis* Voss. 2. Sed *prodere* et *perdere* etiam alibi a scribis confunduntur. V. ad 26, 36, 9. *cum proditis Sidicinis* Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. *quin cum proditis*, utraque lectione juncta, Gaertn. Insuper *si Samnitium*, pro *sed*, Haverk. Tandem τὸ *quoque* exsulat a Lovel. 4. *sed Samnitiumque dicto* exhibet Lovel. 2.

Nos, ubi innuerint, posituros arma] *vos* Fragm. Hav. Tum *ubi invenerint* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. Haverk. et ed. Parm. *ubi iuuerint* Lovel. 4. *ubi nuerint* Lovel. 5. Verum quum *innuerint* scriptum fuisset, prima litera ab ultima vocis praecedentis *ubi* elisa est.

§. 3. *Sin autem tandem libertatis desiderium remordet animos*] *Si autem tandem* Haverk. Tum *desiderium libertatis remordet* Lovel. 4. *libertatis remordet desiderium* Lovel. 2. Ad haec *mordet* pr. edd. pro quo Aldus *remordet* substituit, consentientibus scriptis.

Si foedus est, si societas aequatio juris est] Falsa definitio societatis: multi enim obnoxia pace et impari foedere in societatem veniebant. Putem, non de quavis societate, sed proprie de illa, quae Latinis erat data, extulisse haec verba Livium, scripsisseque: *si societas aequati juris est*, nempe nobis cum Romanis. 24, [1, 13.] *Societas eo jure staret, ut Poenus Locrensem, Locrensisque Poenum pace ac bello juvaret.* 39, [37, 10.] *Si foedus ratum est, si societas et amicitia ex aequo ob-*

quod olim pudebat, nunc gloriari licet, si socialis illis exercitus is est, quo adjuncto duplicent vires suas, quem secernere ab se consules bellis propriis ponendis sumendisque nolint; cur non omnia aequantur? cur non alter 4 *ab Latinis consul datur? ubi pars virium, ibi et im-*

servatur. Justinus 23, [1.] *Auctores quoque suos Lucanos bello vicerant, et pacem cum his aequis legibus fecerant.* Mox [eodem cap.] *Cum pacem aequo jure fecissent.* J. FR. GRON. *si foedus est societas aequalis juris est* Leid. 2. *aequatio juris esset* Gaertn.

Si socialis ullus exercitus iis est] Vetus lectio, *si socialis illis exercitus is est.* GELEN. Ita et Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1, ac 5. At *si soci ullus exercitus iis est* Florent. et supra vocem *soci* adscripta est litera *u*, ut sit *socius*. Neque multum abit Lovel. 4. *si socius exercitus illis is est* praeferens. Verum *socialis exercitus* etiam infra vocatur 31, 21, 7. *In alas divisum socialem exercitum habebat. socialem coetum* vocat 7, 25, 7. *Civili quippe standum exercitu esse, quando socialis coetus desereret.* ubi v. Gronov. *si socialis ullus exercitus iis est* Voss. 2. Lovel. 3. Harlej. 2. et Fragm. Hav. a m. 2. qui *illis* a pr. manu habebat. *si socialis ullus exercitus est* Lovel. 2. *si socialis ullis exercitus iis esse* Leid. 1. *si socialis ille exercitus is est* Portug. et Haverk. *si socialis illis exercitus hiis est* Gaertn. *si socialis illis exercitus is esse* Harlej. 1.

Quo adjuncto duplicent vires suas] Lego *driplicent*, pro *triplicent*. V. supra 3, [22, 4.] KLOCH. Male. Nihil enim mutandum. Infra hoc lib. c. 8, 14. *Scribebantur autem quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis. alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur.* V. Lipsium 2. de Milit. Rom. Dial. 7.

Quem secernere ab se consules bellis propriis ponendis sumendisque nolint] *quae secernere ab se* Voss. 2. et Lovel. 3. *quem secernere a se* Portug. *quem sese cernere a se* Haverk. *quem secernere ad se* Gaertn. *quem secernere consules ab se* transpositis vocibus Harlej. 2. Tum *consul* etc. *noluit* Lov. 3. et Gaertner. *consul* etc. *nolint* Leid. 1. Lovel. 1. et Fragm. Hav. *consules* etc. *noluit* Haverk. *consules* etc. *velint* Portug. Denique *sumendis ponendisque* Harlej. 2. et edd. vett. usque ad Frobenianam anni 1535. quae verba in eum ordinem composuit, quo nunc leguntur.

§. 4. *Cur non alter ab Latinis consul datur? ubi pars virium, ibi et imperii pars est?*] Tres priores voces desunt in Lovel. 1. *a Latinis* habent Gaertn. et editi ante Aldum. Hinc *et ubi pars virium* Fragm. Hav. a m. 2. *ubi pars iurium* edd. Rom. anni 1472. et Parm. [*virium nostrarum ibi* Veith.] Deinde *et ibi imperii pars est* Florent. Supra vocem autem ultimam in eodem cod. inter versus adscripta est vox *esse*. Τὸ *est* exsulat a memorata ed. Rom. Vir doctus ad marginem ed. Curionis conjecit *ibi et imperii pars sit.* Cui conjecturae occasionem dedit, quod in antiquioribus edd. post verbum *est* legatur σίγμα τέλειον, cujus loco recte Gruterus in postrema ed. notam interrogationis recepit: ut ad verba haec ex praecedentibus repetendum sit *cur non, ubi pars vi-*

5 *perii pars est? Est quidem nobis hoc per se haud nimis amplum, quippe concedentibus, Romam caput Latio esse. sed, ut amplum videri posset, diuturna patientia feci-*
6 *mus. Atqui, si quando umquam consociandi imperii, usurpandae libertatis tempus optastis, en hoc tempus adest, et virtute vestra, et Deûm benignitate vobis datum.*
7 *Tentastis patientiam negando militem. quis dubitat ex-*

rium, ibi et imperii pars est? atque ita nulla mutatione opus est.

§. 5. *Est quidem nobis hoc per se haud nimis amplum*] *equidem nobis* Haverk. Sed scriptum fuerat *ē quidem*: ex quo, coalescentibus literis, et omissa nota compendii indice, factum est *equidem*. Contrario errore *ē gestum*, sive *est gestum*, pro *egestum* infra habebimus 9, 31, 5. *Tò est* non adparet in Lovel. 3. Tum *haec*, pro *hoc*, Portug. et Haverk. *Est quidem hoc nobis par, sed haud nimis amplum* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *per se audivimus amplum* Lovel. 2. *per se haud minus amplum* Lovel. 5. et Haverk. Alibi saepe *nimis* et *minus* ductuum similitudine commutantur. V. ad 36, 9, 7. *Est quidem hoc nobis per se haud minus*, omissa voce *amplum*, Gaertn.

Romam caput Latio esse] *caput Latii* Florent. et Lovel. 4. quomodo alibi saepe Livius loqui solet. Quamvis autem multum tribuam codici priore loco memorato, ejusque lectionem non inprobet Salvinius, cujus opera cum editis commissus est; vulgatum tamen movere non audeo, quia verisimile non videtur, reliquos tanto numero librarios in id conspirasse, ut passim obvium *caput Latii* in *caput Latio* mutarent. Similiter infra 23, 10, 2. *Pollicitus, brevi caput Italiae omni Capuam fore.* ubi plura vide. *caput Latio esset* Gaertn. *caput Latio est* Haverk. et Fragm. Hav.

Diuturna patientia fecimus] *diuturnam patientiam fecimus* Florent. *diutina patientia fecimus* Lovel. 4. sollemni scribarum commutatione. V. ad 28, 24, 6. *diuturna patientia facimus* Lovel. 2. 5. Portug. et Haverk.

§. 6. *Atqui, si quando umquam*] *atque vi. Si quando umquam* Haverk. *Atque ui si quando* Lovel. 1. *Atque uisi umquam* Voss. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *Atque nisi quando* Voss. 2. Leid. 2. et Lovel. 3. *Atque si quando* Lov. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. V. ad 3, 52, 8. *At si quando* multae ex vett. edd. Mox *optatis*, pro *optastis*, Leid. 1.

En hoc tempus adest, et virtute vestra, et Deûm benignitate vobis datum] *an hoc tempus adest* Gaertn. *hem hoc tempus adest* Lovel. 4. *en hoc tempus abest* Voss. 2. V. ad 23, 8, 11. Tum prius *et* deest in Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 2, 44, 3. Hinc *virtute nostra* Voss. ambo, Lov. 3. 5. et Gaertn. Deinde *benignitate Deûm* Harl. 2. et editi ante Aldum. Denique *nobis datum* Voss. 2. Lovel. 3. 5. Gaertn. et Haverk. Ceterum omnia haec verba simul cum sequenti *Tentastis* desunt in Harlej. 1. Cujus librario glaucoma objecit similis terminatio vocum *optastis* et *Tentastis*.

arsisse eos, quum plus ducentorum annorum morem solveremus? pertulerunt tamen hunc dolorem. Bellum no- 8
stro nomine cum Pelignis gessimus. qui ne nostrorum quidem finium nobis per nos tuendorum jus antea dabant, nihil intercesserunt. Sidicinos in fidem receptos, 9
Campanos ab se ad nos descisse, exercitus nos parare adversus Samnites foederatos suos audierunt, nec move-

§. 7. *Quum plus ducentorum annorum morem solverimus*] Vetus lectio *cc. annorum morem solveremus*, non *solverimus*. GELEN. Elatorie loquuntur Latini: non enim nisi CLX. anni numerantur a pugna ad lacum Regillum, qua victi a Romanis leges acceperunt, ad hunc annum, nisi a foedere cum L. Tarquinio icto initium sumas. SIG. Ad foedus post pugnam ad lacum Regillum initum respici nequit. Cap. enim sequenti foedus, quod L. Tarquinius cum Latinis iniit, distinguitur a pugna apud Regillum lacum. Quum autem paullo pauciores, quam ducenti anni sint a foedere, quod Tarquinius Superbus cum Latinis composuit, et tamen Annius hic Latinos suos *plus ducentorum annorum morem* solvisse fateatur, forte respicitur ad foedus, quod Tarquinius Priscus cum Latinis icit; de quo v. supra ad 7, 12, 7. Nescio tamen, an legibus ejus foederis convenerit, ut Latini Romanis militem darent. Eum autem morem non nunc demum solverunt Latini, sed et antea multis intermiserant annis, ut Livius supra docet 7, 12, 7. *Solatio fuit pax Latinis petentibus data, et magna vis militum ab iis ex foedere vetusto, quod multis intermiserant annis, accepta.* Ceterum *solverimus*, ut ante Gelenium vulgo exstitit, superest tantum apud me in Lov. 2. 5. Portug. et Gaertner. Paullo ante *Temptatis*, pro *Tentastis*, Leid. 1. *Tempestatis* Leid. 2. Tum *quis dubitet*, pro *dubitat*, Harlej. 1. In verbis sequentibus pronomen *hunc* exsulat a Lovel. 4.

§. 8. *Qui ne nostrorum quidem finium per nos tuendorum jus antea dabant*] MS. Fuldens. *nobis per nos tuendorum*. quod probo. MOD. Immittendum erat provocabulum *nobis* ante *per nos* e membranis Fuldensibus judicio Modii, quod nunc quoque repeto e Pall. tribus MSS. codd. atque adeo editione Campani. GEBH. Pronomen *nobis*, quod Gronovius in contextum recepit, servant etiam omnes mei, praeter solum Harlej. 2. in quo deficit: praeterea id inveni etiam in ed. Parm. Ceterum *qui nostrorum quidem finium nobis per nos tuendorum jus antea non dabant* est in Portug. Neque inde differunt Gaertn. Haverk. et Lovel. 2. nisi quod eorum primus praeferat *neutrorum*, pro *nostrorum*, et *uis*, pro *ius*; secundus *per vos*; tertius omittat negationem *non*. Praeterea paullo ante alio ordine *cum Pelignis nostro nomine* habet Lovel. 4. In verbis sequentibus *intercessere*, pro *intercesserunt*, legunt idem Lovel. 4. et Fragm. Hav.

§. 9. *Sidicinos in fidem receptos, Campanos ab se ad nos descisse*] *in finem receptos* Leid. 1. V. infra ad 8, 24, 15. *in fide receptos* Fragm. Hav. Deinde *ad nos ab se* Harlej.

10 *runt se ab urbe. Unde haec illis tanta modestia, nisi a conscientia virium et nostrarum et suarum? Idoneos auctores habeo, querentibus de nobis Samnitibus ita responsum ab senatu Romano esse, ut facile appareret, ne ipsos quidem jam postulare, ut Latium sub Romano imperio sit. Usurpate modo postulando eo, quod illi vobis taciti*
11 *concedunt. Si quem hoc metus dicere prohibet, en ego*

2. et editiones ante Frobenianam anni 1535. *a se* Gaertn. *ad se* Lovel. 2. Tum *ad vos* Lovel. 5.

Exercitus nos parare adversus Samnites] *exercitus nos paratos* Florent. unde nasci posset conjectura, legendum esse *exercitus nostros paratos*. Sed praeferenda est vulgata lectio, in quam reliqui conspirant.

§. 10. *Unde haec illis tanta modestia, nisi conscientia virium et nostrarum et suarum*] Praepositio intercidit, cum veteres codices indicent, scripsisse Livium, *nisi a conscientia virium*. GELEN. Solus Florent. *Unde, unde haec illis tanta modestia*. In qua vocis repetitione emphasis haud ineleganter statui potest. V. infra ad 9, 9, 1. *Unde hic illis tanta modestia* Gaertn. Deinde vox *nisi* deest a Voss. 2. quae etiam salvo sensu abesse potest; ut ita haec verba tamquam responsio sint ad praecedentem interrogationem. Quum tamen in ea conservanda consentiant reliqui codd. ei controversiam movendam non censeo. Tum praepositionem *a*, quam Gelenius revocavit, servant omnes mei, excepto solo Harlej. 2. qui stat cum priscis edd. Insuper *virum*, pro *virium*, Harlej. 1. V. ad 2, 1, 10. Hinc prius *et* deficit in Leid. 1. et Haverk. V. ad 2, 44, 3. Tandem *suarum et nostrarum* alio ordine dictionum Portug. et Haverk.

Ita responsum ab senatu Romano esse, ut facile adpareret] *a senatu esse Romano* Gaertn. *ab senatu esse*, una voce omissa, Leid. 2. *ab senatu Romano est* Haverk. Tum *et facile appareret* Lovel. 2. V. ad 21, 28, 8. *ut facile appareat* Leid. 2.

Ne ipsos jam quidem postulare, ut Latium sub Romano imperio sit] Vocem *quidem* non agnoscunt Harlej. 2. et edd. Romana anni 1472. ac Parm. Lectionem illam admitti posse, non nego. Alibi enim *ne* pro *ne quidem* invenitur. Infra 44, 36, 8. *Neque enim ne his cunctationem aperuerat suam*. ubi plura vide. Verum quum alii codd. constanter τὸ *quidem* tueantur, eam etiam vocem genuinam judico. Praeterea *ut Latium sub Romano sit*, una voce omissa, Lovel. 5.

Usurpate modo postulando eo, quod illi vobis taciti concedunt] *Usurpare modo* Gaertn. *Usurpate modo et quod illi* Lovel. 4. et, excepta ed. Rom. anni 1472. reliquae ante Aldum. *Usurpate modo id, quod illi* Lovel. 2. *Usurpate modo postulando id, quod illi* Portug. Klock. et Haverk. [Veith.] *Usurpate modo postulando, quod illi* Florent. a m. 2. et ed. Basil. anni 1539. Alterutram harum duarum lectionum ex conjectura reponendam existimabat Cl. Ant. Perizonius in ora cod. quo uti solebat. Sed non video, quid displicere possit in recepta scri-

ipse, audiente non populo Romano modo senatuque, sed Jove ipso, qui Capitolium incolit, profiteor me dicturum; ut, si nos in foedere ac societate esse velint, consulem alterum ab nobis senatusque partem accipiant. Haec 12
ferociter non suadenti solum, sed pollicenti, clamore et adsensu omnes permiserunt, ut ageret diceretque, quae e republica nominis Latini fideque sua viderentur.

ptura, quae et in Florent. et in aliis membranis optimis superest. Nam *postulando eo* eodem modo dictum est, ut *divendenda praeda*, quod inlustravi supra ad 1, 53, 3. Hinc *quod illi nobis taciti* Gaertn. et Haverk. *quod vobis illi taciti* Fragm. Hav. *quod illi vobis tacite* Voss. 2. Leid. 2. et Lovel. 3. Non probo. *taciti concedunt*, ut *occultus subsistebat*; de quo v. ad 22, 12, 7. Denique *taciti non cedunt* Harlej. 1.

§. 11. *Si quem hoc dicere metus prohibet, ego ipse, audiente*] Lego addendo *en ego ipse*. GELEN. *haec*, pro *hoc*, Voss. 2. et Lovel. 2. Tum *metus dicere prohibet* omnes scripti omnesque editiones ante Frobenianam anni 1535. quae prima voces in alium ordinem digessit. Priorem itaque ordinem revocavi. Praeterea *hem ego ipse* Lovel. 4. Gelenii lectioni favens: nam supra etiam §. 6. *hem* pro *en* in eodem cod. scriptum erat. *en go ipse* Florent. In reliquis scriptis meis (excepto uno Harlej. 2.) atque in Hearnii Oxoniensibus illud *en* a Gelenio additum non adparet: quod itidem aberat ab ed. Froben. anni 1531. quum in aliis omnibus, quas vidi, ut et in Harlej. 2. omittatur vox *ego*. Mox *non modo populo Romano*, trajectis dictionibus, Gaertn. Deinde *sed Jovi ipsi*, quasi referendum foret ad vocem *dicturum*, idem cod. Male. Denique ipsum illud *dicturum* deficit in Lovel. 5.

Ut si nos in foedere] *ut in foedere* Fragm. Hav. *ut si in foedere* Voss. 2. et Lovel. 3. *ut si vos in foedere* Lovel. 2. *ut si non in foedere* Leid. 1. *ut si nos non in foedere* Voss. 1. a m. 2. et Lovel. 1. a m. 1. Mox *consulem alterum a nobis senatus partem accipiant* Portug. Neque aliter Haverk. nisi quod insuper praeferat *accipiat*. *a nobis* etiam Fragm. Hav. et Gaertn. Vocis *partem* ultima litera erasa est in Florent. Denique *recipiant* est in Harlej. 2.

§. 12. *Ut ageret diceretque, quae e republica nominis Latini fideque sua viderentur*] Non opus est, accurate persequi haec in Pal. tert. codice MS. quia ipsa se vestigia illico ingerant: expressaque haec lectio in editione vetustissima Andreae. Pal. pr. *ut ageretque, quae re p̄. nominis Latini fideque sua digna viderentur*. Ita ferme quoque secundus, nisi quod praepositionem *e* locet ante *rep.* Pessime autem Campanus, *quae ad remp. nominis Latini fidemque suam attinere viderentur*. GEBH. *ut ageret diceret*, sine particula *que*, Haverk. Deinde τὸ *e* non adparet in Leid. 1. et Florent. a m. 2. Sed praepositio excidit, quod vox praecedens eadem litera finiebatur. Alia v. ad 3, 61, 8. et 5, 13, 10. (*45, 13, 9.) *quae e republica nominis Latini fideque sua digna viderentur* Portug. *quae republica nominis Latini fideque sua*

1 V. Ubi est Romam ventum, in Capitolio eis senatus datus est. Ibi quum T. Manlius consul egisset cum eis ex auctoritate Patrum, ne Samnitibus
2 foederatis bellum inferrent; Annius, tamquam victor armis Capitolium cepisset, non legatus, jure
3 gentium tutus, loqueretur, *Tempus erat*, inquit, *T. Manli, vosque Patres Conscripti, tandem jam vos nobiscum nihil pro imperio agere, quum florentissimum Deûm benignitate nunc Latium armis virisque, Samniti-*

digna viderentur Voss. 2. Lovel. 2. 3. 5. Portug. et Gaertn. *quae ad rempublicam nominis Latini fidemque suam attinere viderentur* Lovel. 4. et Neapol. Latinii. Nihil mutandum; lectiones enim illae, a vulgata dissentientes, ex interpretum expositione ac glossis natae videntur. Ita Cl. Perizon. infra emendat 22, 39, 2. *Omnia e republica fideque vestra faceretis.* ubi plura notavit. 45, 14, 4. *Ipsum relinquere regnum, non esse e republica populi Romani, senatum censere.* Paullo ante *hoc ferociter*, pro *haec*, Portug. Ultima verba *sua viderentur* omittebantur in contextu Lovel. 1.

§. 1. *In Capitolio ei senatus datus est*] Flor. Rott. Helm. Voss. uterque *eis*. hoc est Annio et Numicio: ut mox, *egisset cum eis.* J. FR. GRON. Ita etiam Leid. uterque, Lovel. 1. 4. 5. Harlej. 1. Klock. et Hearnii Oxon. C. ut ultimam literam interceperit prima vocis sequentis. V. ad 37, 29, 5. *eis* autem intelligo decem principibus Latinorum Romam evocatis, inter quos Annius et Numicius nominatim adciti erant. V. supra c. 3, 9. Et ita c. 6, 4. memorat Torquatum missum ab senatu *ad dimittendos legatos*, et §. 7. *legatos proficiscentes.*

Ibi quum T. Manlius consul egisset cum eis] *Ubi quum Manlius* Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 2. 3. 5. Port. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses. Similis varietas in Mstis frequens est. V. infra ad 27, 5, 2. Deinde *cum eis egisset*, transpositis dictionibus, Lovel. 4.

§. 2. *Non legatus jure gentium loqueretur*] Lego addendo *jure gentium tutus loqueretur*. GELEN. *tutus* superest in omnibus scriptis meis, ut et in Neapol. Latinii, et ed. Parm. In quibusdam tamen calamo exaratorum alio loco ponitur. Nam *tutus jure gentium* habent Leid. 2. et Lovel. 1. Praeterea *non ut legatus* addita voce Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *loquitur* Lovel. 2. 5. Portug. a m. 1. Gaertn. et Haverk. [*non ut legatus loquitur* Veith.]

§. 3. *Tempus erat, inquit, T. Manli, vosque Patres conscripti*] *Tempus erit, inquit* Lovel. 4. *Tempus, inquit, erit* Neapol. Latinii. Tum *Patres consulti* Haverk. V. ad 3, 52, 6. In verbis sequentibus *jam* deerat in Lovel. 2. sequens *vos* in Lovel. 5. qui idem *vobiscum* exhibet, pro *nobiscum*. Insuper *pro imperio nihil agere* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk.

bus bello victis, Sidicinis Campanisque sociis, nunc etiam Volscis adjunctis, videretis; colonias quoque vestras Latinum Romano praetulisse imperium. Sed quoniam vos, 4
regno inpotenti finem ut inponatis, non inducitis in animum; nos, quamquam armis possumus adserere Latium in libertatem, consanguinitati tamen hoc dabimus, ut conditiones pacis feramus aequas utrisque, quoniam vires quoque aequari Diis inmortalibus placuit. Consulem al- 5
terum Roma, alterum ex Latio creari oportet: senatus

Sidicinis Campanisque sociis, nunc etiam Volscis adjunctis, videretis] *Sidicinisque Campanisque* Haverk. Tum *sociis* deficit in Hearnii Ox. B. Lovel. 5. et in Portug. in contextu; in cujus margine quidem a manu altera adscribitur, sed ita tamen, ut inseratur post vocem *adjunctis*. Praeterea *nunc et Volscis* Lovel. 5. Portug. et Haverk. V. infra ad 22, 47, 9. *nunc et jam Volscis* Lovel. 3. V. ad 9, 18, 4. Contra, alibi *etiam*, pro *et jam*, saepe datum fuisse, videbimus ad 39, 10, 6. Tum *videritis* Lovel. 5. et Portug. Paullo ante τὸ *quum* deest in Haverk. et *tunc Latium*, pro *nunc*, praefert Florent. V. ad 37, 4, 9. In verbis sequentibus *pertulisse*, pro *praetulisse*, legit Voss. 2. V. infra ad 38, 28, 8.

§. 4. *Regno inpotenti finem ut inponatis*] *finem imponatis*, voce media omissa, Haverk. *finem ut inponamus* Florent. *finem ut inpotentis* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

Quamquam armis possumus adserere Latium in libertatem] *quamquam armis possimus* Lov. 4. quod necesse non est. V. ad 2, 50, 5. *tamquam armis possumus* Gaertn. Deinde *Latium asserere in libertatem* Fragm. Hav. *adserere Latium in libertate* Florent. nota, qua plerumque litera *m* indicari solet, omissa, ut innumeris locis in codd. scriptis accidit. Mox *consanguinitati tū hoc dabimus*, pro *tū* sive *tamen*, Gaertn. V. ad 22, 17, 5. *consanguinitati tamen haec dabimus* Voss. 2. et Lovel. 3.

Quoniam vires quoque aequari Diis inmortalibus placuit] Vet. lib. *quando vires*. SIG. Ex meis ita unus Haverk. Saepe quidem *quando* pro quoniam usurpat Livius. V. infra ad 40, 9, 1. Saepe etiam ejus loco *quoniam* ex interpretis glossa marginali in contextum inrepsit. V. ad 9, 8, 5. Hic tamen, quum reliqui codices vulgatum tueantur, tam dubiae fidei codicibus credere non sustineo, ac potius puto, librarios compendia *qñ* et *qm̃*; quibus utraque vox olim notari solebat, confudisse. Deinde *vires quoque aequandas inmortalibus placuit* Lovel. 4. Paullo ante *condecens*, pro *conditiones*, Gaertn. *paucis*, pro *pacis*, Leid. 1. *utriusque*, pro *utrisque*, Lovel. 2. V. mox ad §. 6.

§. 5. *Consulem alterum Roma, alterum ex Latio creari*] *Consulum alterum* Haverk. quomodo Liv. etiam alibi loquitur. V. ad 9, 32, 2. Ambigua autem lectio est, quod olim quocumque casu ac numero vox illa per epitomen *COS* scriberetur, unde passim errandi ansa indoctis scribis prae-

partem aequam ex utraque gente esse: unum popu-
6 *lum, unam rempublicam fieri: et, ut imperii eadem sedes sit, idemque omnibus nomen, quoniam ab alterutra parte concedi necesse est; quod utrisque bene vertat, sit haec sane patria potior, et Romani omnes vocemur.*
7 Forte ita accidit, ut parem ferociae hujus et Romani consulem T. Manlium haberent: qui adeo non tenuit iram, ut, si tanta dementia Patres conscriptos

bita est. V. ad 10, 10, 2. Quum tamen reliqui codd. vel compendium illud scribendi servent, vel expresso *consulem* praeferant, eorum consensui unius istius auctoritatem praeferendam non puto. Praeterea voces *Roma alterum* desunt in eodem Haverk. quod vox *alterum* modo praecesserit. V. ad 9, 11, 11. Sed *Romae*, pro *Roma*, habent Lovel. 2. et Portug. *Romā* Leid. 1. Tum *a Latio* Fragm. Hav.

Senatus partem aequam ex utraque parte esse] Melius vetus *ex utraque gente.* GELEN. Si unum excipias Harlej. 2. *ex utraque parte* servantem, reliqui omnes constanter praeferunt lectionem a Gelenio probatam. Eamdem ante Gelenium reperi etiam in Mediol. anni 1495. et 1505. Ascens. anni 1513. 1516. et 1530. Mogunt. Colon. 1525. Cervicorni, et Paris. anni 1529. Interim tamen Ascens. anno 1510. Aldus, et Froben. anno 1531. *ex utraque parte* revocarunt; unde Gelenio, qui posteriorem edit. ob oculos habuit, quum notas conscriberet, ejus lectionem emendandi occasio nata fuit. Praeterea *senatum partem aequam* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 6. *Quoniam ab alterutra parte concedi necesse est*] *ab altera utra parte* Leid. 1. et Florent. V. Cel. Jac. Gronov. ad Liv. 28, 41, 10. *ab altera parte* Haverk. *ab alterutra parteque* Harlej. 2. *ab alter-utraque parte* edd. vett. usque ad Mediol. anni 1505. quae prima vulgatum admisit; eamque recentiores editores secuti sunt, nisi quod Ascensii prima praeferat *ab altera utraque parte.* Paullo ante *ut* non adparet in Leid. 2. et Lovel. 1.

Sit haec sane patria potior, et Romani omnes vocemur] *sic hic sane patria* Gaertn. Deinde *vocemus* Klock. *vocentur* Portug. Adparet, librarios non adsecutos esse locutionem *omnes vocemur*, pro nos omnes vocemur; de qua v. quae infra notantur ad 32, 21, 16. In verbis praecedentibus *utriusque*, pro *utrisque*, praefert Fragm. Hav. V. modo ad §. 4.

§. 7. *Forte ita accidit, ut parem ferociae hujus et Romani consulem T. Manlium haberent*] *Sorte ita accidit* Voss. 2. et Lovel. 3. V. infra ad 38, 40, 13. Tum *ut partem ferociae hujus* Voss. 1. Leid. 2. et Harlej. 1. *ut partem ferociae haec* Voss. 2. Sed *pars* et *par* culpa scribarum etiam alibi commutantur. V. infra ad 36, 24, 8. *ut parem ferocitate hujus* Harlej. 2. Deinde *τὸ et* deficit in Voss. 2. et Lovel. 2. Praeterea *consulum te Manlium haberent* Fragm. Hav. *consulē T. Manlium haberent* Leid. 2. Sed corruptissime *consulum te Manlium habent* Leid. 1. *consulum* pro *consulem* ex numero illorum errorum est, de quibus ago infra ad 10, 10, 2. *habent* pro *hab'ent*,

cepisset, ut ab Setino homine leges acciperent, gladio cinctum in senatum venturum se esse, palam diceret, et quemcunque in curia Latinum vidisset, sua manu interemturum. et, conversus ad simulacrum 8
Jovis, *Audi, Jupiter, haec scelera,* inquit, *audite, jus fasque. Peregrinos consules et peregrinum senatum in tuo, Jupiter, augurato templo, captus atque ipse oppressus, visurus es? Haeccine foedera Tullus Romanus* 9

sive *haberent*, ex numero illorum, de quibus v. ad 40, 14, 3.

Ut si tanta dementia Patres conscriptos cepisset] *ita ut si tanta dementia* Voss. 2. a m. 1. *et si tanta dementia* Portug. et Haverk. V. ad 21, 28, 8. *ut si dementia* Leid. 2. *ut si tanta clementia* Fragm. Hav. litera *d* in *c l* divisa. V. ad 10, 24, 2.

Ut ab Setino homine leges acciperent] *ab se uno homine* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *ab Sentino homine* Voss. 2. et Lovel. 3. *ab septio homine* Haverk. *ab sevo homine* Lovel. 2. [*ab saevo homines* Veith.] *ab Latino homine* Lovel. 5. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. ac B. Sed Annium *Setinum* etiam vocavit supra hoc lib. c. 3, 9.

Gladio cinctum in senatum venturum se esse] *gladium cinctum* Leid. 2. Tum τὸ *esse* deficit in Lovel. 5. Portug. et Haverk. Sed in Harlej. 2. hoc modo transponitur *esse venturum se.* in edd. vett. ante Frobenianam anni 1535. *se esse venturum.* Deinde *dicere*, pro *diceret*, Haverk.

Et quemcumque in curia Latinum vidisset] *ut quemcumque* Voss. 2. et Harlej. 1. *et quecumque* Lovel. 2. *ubi quocumque* Fragm. Hav. *et ubi quemcumque* Gaertn. *et quacumque* Haverk. Hinc *audisset* Lovel. 5. quae verba et alibi in Mstis confunduntur. V. supra ad 1, 56, 7. Adde Cel. Burm. ad Suet. Aug. 94.

§. 8. *Audi, Jupiter, haec scelera, inquit, audite, jus fasque*] Exempla omnia, quae Modius ad hunc locum laudavit, ut probaret, in precibus sollemne esse, ut Dii rogarentur *audire*, mutua sumsit a Brisson. 1. de Formul. p. 80. qui liber quum in omnium manibus sit, notam ejus omisi. Testimoniis, quae ibi obcurrunt, adde haec ex Livio 1, 24, 7. *Audi, inquit, Jupiter, audi, pater patrate populi Albani, audi tu, populus Albanus.* c. 32, 6. *Audi, Jupiter, inquit, audite fines, audiat fas.* et mox eodem cap. §. 9. *Audi, Jupiter, et tu Juno; Quirine, Diique omnes coelestes, vosque terrestres, vosque inferni, audite.*

Peregrinos consules et peregrinum senatum in tuo, Jupiter] Vocula *et* exsulat a Leid. 2. Contra *Peregrinosque consules et peregrinum senatum* praefert Lovel. 5. Deinde inserta voce *in tuo, inquit, Jupiter* Voss. 1. a m. 1. Lovel. 5. Portug. Gaertn. et Haverk. Tum in verbis sequentibus *ipse* deficit in Lovel. 4. et Fragm. Hav. quorum prior etiam omittit vocem *visurus.* At Florent. legit *visurus est.*

§. 9. *Haeccine foedera Tullus Romanus rex cum Albanis, pa-*

rex cum Albanis, patribus vestris, Latini, haec L. 10 *Tarquinius vobiscum postea fecit? Non venit in mentem pugna apud Regillum lacum? adeo et cladium veterum vestrarum et beneficiorum nostrorum erga vos obliti estis?*

1 VI. Quum consulis vocem subsecuta Patrum indignatio esset, proditur memoriae, adversus crebram inplorationem Deûm, quos testes foederum saepius

tribus vestris, Latini] *Haecine foedera* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. *Haeccine foederis* Lovel. 4. in quo omittuntur etiam verba *rex cum*. Tum *patribus nostris* Haverk. Denique *Romani*, pro *Latini*, Leid. 1.

Haec L. Tarquinius vobiscum postea foedera fecit] Quorsum attinebat hic repetere hanc vocem *foedera*? GELEN. Vocem illam servat unus meorum Harlej. 2. Reliqui omnes non agnoscunt. Ceterum *T. Tarquinius* est in Lovel. 4. *nobiscum* autem in Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 10. *Non venit in mentem pugna apud Regillum lacum*] An non *pugnae?* ut apud Ciceronem pro Sulla [6.] *Cum mihi patriae, cum vestrorum periculorum, cum hujus urbis, cum illorum delubrorum atque templorum, cum puerorum infantium, cum matronarum ac virginum veniebat in mentem.* 7. ad Fam. Ep. 3. *Solet in mentem venire illius temporis, quo proxime fuimus una.* In Verrem. *Non dubito, quin in tanto tuo periculo tuorum tibi scelerum veniat in mentem.* Sed et ad Atticum 15. Ep. 11. *Dicebam ea, quae tibi profecto in mentem veniunt.* Et sic ipse Livius 5, [54, 3.] *Quotiescumque patria in mentem veniret.* Tamen optimus Flor. *pugnam*, quas literas pro *AE* redditas saepius observavimus. J. FR. GRON. *pugnâ*, sive *pugnam*, etiam Harlej. 2. De varia constructione hujus locutionis v. Manut. ad Cic. l. 2. ad fam. Ep. 18. et l. 7. Ep. 3. Locutionem cum genitivo, quam Gronovius hic restitutam volebat, pluribus exemplis ex Cic. conlectis inlustrat Hadrian. Cardin. de serm. Lat. p. 384. Doujatius ad hunc locum existimat, *venire in mentem* cum nominativo cogitationem dumtaxat indicare, cum genitivo autem praeteritae rei recordationem. Quae si differentia perpetua foret, hic omnino *pugnae* legendum esset. At *pugna* superest in omnibus reliquis codd. neque alibi etiam Livium τῷ *venire in mentem* gignendi casum jungere memini. Praeterea utraque constructione sine discrimine usus est Terent. et quidem cum nominativo de rei praeteritae recordatione in Heaut. 5, 1, 13. *Servi venere in mentem Syri calliditates.* cum genitivo autem de sola cogitatione in Phorm. 1, 3, 2. *Patrem extimescam, ubi in mentem ejus adventi venit.* Insuper *ad Regillum locum* Lovel. 1. a m. 1. sollemni scribarum errore. V. supra ad 3, 20, 6. 6, 28, 7. et alibi.

Et cladium veterum vestrarum et beneficiorum nostrorum erga vos] *vestrarum veterum* Harlej. 2. et edd. omnes usque ad Gronovianam anni 1665. quae ordinem mutavit, consentientibus reliquis scriptis. Mox posterius *et* deficit

invocabant consules, vocem Annii, spernentis nu-
mina Jovis Romani, auditam. certe, quum commo- 2
tus ira se ab veſtibulo templi citato gradu proripe-
ret, lapsus per gradus, capite graviter obfenso, in-
pactus imo ita eſt saxo, ut sopiretur. Exanimatum 3
auctores quoniam non omnes sunt, mihi quoque in
incerto relictum sit: sicut inter foederum ruptorum

in Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ejus loco *ad* praefert Voſſ. 2. Tum *noſtrorum beneficiorum* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk.

§. 1. *Quum consulis vocem subsecuta Patrum indignatio esset*] *Quum consulis iram* Leid. 2. Sed τὸ *vocem* omittitur in Lovel. 1. quasi ex sequenti hic repetendum foret *indignationem*. Sed recte reliqui omnes in vulgatum conspirant. Deinde *indignatio Patrum* Lovel. 4. Mox in verbis sequentibus *proditum memoriae*, pro *proditur*, Gaertn. Tum *invocabunt*, pro *invocabant*, Florent. et *Aninii* Portug. *Anni* Florent. a m. 1. Leid. 1. et Harlej. 1.

§. 2. *Certe, quum commotus ira se ab veſtibulo templi citato gradu proriperet*] Virgil. Ecl. 3, 19.

— — — *quo nunc se proripit ille?*

Sed Pall. duo MSS. codices pr. ac tert. *citato gradu prorumperet*. Sic c. 30. Pal. sec. *Misso itaque repente senatu, se ex curia prorupit*, habet. GEBH. *ecce quum commotus ira* Voſſ. 2. Tum *a veſtibulo templi* Voſſ. ambo, Lovel. quinque, Harlej. 1. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. Hinc *prorumperet* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Quamvis autem *prorumpere se* apud optimos scriptores obcurrat, aliorum tamen codd. in receptam lectionem conspirantium auctoritas persuadet, eam genuinam eſſe. V. quae supra notantur ad 2, 23, 8. Mox *lapsu per gradus*, pro *lapsus*, Lovel. 4.

Inpactus imo ita est saxo] *inpactus uno* Voſſ. duo, Lovel. 3. 4. 5. Portug. et Haverk. Sed passim ob ductuum *im* et *un* similitudinem voces *imus* et *unus* commutatae sunt. V. quae olim notavi ad Silii Ital. 5, 3. et ad 15, 590. Adde supra ad Liv. 7, 10. 10. 9, 24, 10. c. 40, 2. Viros doctos ad Sueton. Aug. 64. ad Nason. 10. Metam. 33. 1. Faſt. 257. 2. Triſt. 100. et ad Val. Max. 1, 6, 4. Eadem varietas obcurrit apud Colum. 5, 9. *Omnis deinde soboles, quae ex uno stirpe nata est, quotannis exſtirpanda est.* Ita nunc editur. Sed optimus cod. Sangerm. exhibet *ex imo ſtirpe*, quod sine dubio verum, et ad exemplum illius Virgiliani effictum est 12. Aen. 208.

Quum semel in silvis imo de stirpe recisum
Matre caret.

inpactus imo ictus saxo male Portug. in marg. *inpactus imo est ita saxo* Gaertn.

§. 3. *Mihi quoque in incerto relictum sit*] *mihi quoque incerto relictum sit* Leid. 1. Harlej. 2. et Haverk. Sed praepositio intercepta est a vocis sequentis syllaba initiali. V. supra ad 5, 28,

testationem ingenti fragore coeli procellam effusam. nam et vera esse, et apte ad repraesentandam iram
4 Deûm ficta possunt. Torquatus, missus ab senatu ad dimittendos legatos, quum jacentem Annium vidisset, exclamat, ita ut populo Patribusque audita vox pa-

5. *tum quoque incerto relictum sit* Gaertn. *mihi quoque in incertum relictum sit* Fragm. Hav. *mihi quoque in incerto relicto sit* Lovel. 5. *mihi quoque in incertum relicto sit* ed. Ven. anni 1498. *in incerto relictum sit*, ut *in incerto esse* 5, 28, 6. *Adeo ut in incerto fuerit, vicissent, victine essent.* ubi vide. Paullo ante *Exanimatus auctores* Florent. Tum *qui non omnes*, pro *quoniam non omnes*, Gaertn. *Tò sit* deficit in Leid. 2. quemadmodum etiam mox *ruptorum* in Haverk. [*consignationem* pro *testationem* Veith.]

Vera esse, et apte ad repraesentandam iram Deûm ficta possunt] *aperte* Portug. a m. 1. sollemni scribarum errore. V. ad 31, 22, 8. Sed *apte* deest in Harlej. 2. *apte fingere*, ut *apte firmare* supra 2, 31, 2. *Parum apte introrsum ordinibus aciem firmarant. apte tegere* 21, 4, 3. V. Cl. Corte ad Plinii 5. Ep. 17, 2. Tum *ad repntandam iram* Gaertn. *ad repraesentiendam iram* Leid. 1. *ad praesentandum iram* Leid. 2. quomodo et supra peccatum erat 2, 36, 6. *ad repraesentandum iram* Portug. et Haverk. V. ad 40, 49, 1. Deinde *si ita*, pro *ficta*, Leid. 2. *post sunt*, pro *possunt*, Harlej. 1. *posuit* Lovel. 4.

§. 4. *Torquatus missus ab senatu ad dimittendos legatos*] *Torquati missus* Leid. 1. Tum *a senatu* Gaertn. postea *ad mittendos legatos* Lovel. 5. Mox *vidissent*, pro *vidisset*, Lovel. 3.

Ita ut populo Patribusque audita vox pariter sit] Prior vocula abest ab ed. Parm. Hinc *ut a populo Patribusque* Lovel. 5. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. Non tamen necesse est praepositionem addi, quam constanter nesciunt melioris notae codd. V. supra ad 6, 11, 4. *ut Patribus populoque* Leid. 1. cujus librarius existimasse videtur, contra dignitatem senatus futurum, si populi ante senatum mentio fieret. Verum ad similia Romani adtendere non consueverunt. V. infra ad 40, 10, 5. *ut populo Patribus* omissa copula Haverk. Tum *pariter* non adparet in Lovel. 4.

Bene habet. Dii, pium movete bellum] Omnes MSS. codd. et cusi, *Dii pium movere bellum*. GEBH. Florent. omissa prima voce *Bene*, exhibet *Habent Dii pium movere bellum*. At *Bene habent Dii pium movere bellum* Lovel. 1. Male. Sollemnis enim haec formula est, quam supra inlustravi ad 6, 35, 8. *Bene hab'et*, id est *haberet*, Gaertn. De quo errore v. ad 39, 52, 6. Deinde *Diis pium movere bellum* Lovel. 2. *Dii pium movere bellum* omnes reliqui codd. quibus usus sum, et edd. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. anni 1505. et Ascens. anni 1513. et 1516. Quod ideo forsitan ab omnibus aliis editoribus spretum est, quod non viderunt, *movere* hic dictum esse pro *moverunt*; qua de caussa etiam alibi saepe peccarunt: nisi potius dicendum sit, in editionem, quae prima *movete* exhibuit, lectionem illam errore operarum inrepsisse ob similitudinem litera-

riter sit, *Bene habet. Dii pium movere bellum.* *Est* 5
coeleste numen! es, magne Jupiter! haud frustra te patrem Deûm hominumque hac sede sacravimus. *Quid ces-* 6
satis, Quirites, vosque, Patres conscripti, arma capere Diis ducibus? Sic stratas legiones Latinorum dabo, quem-

rum *r* et *t*. V. ad 5, 55, 3. Priorem itaque scripturam, tot codicum et editionum consensu firmatam, revocavi; quae etiam, quam altera, potius convenire videtur. Quum enim Torquatus, ad dimittendos legatos missus, Annium jacentem videret, quem adversus crebram inplorationem Deûm, quos testes foederum saepius invocarat ipse et collega, Jovis Romani numina sprevisse audierat, et ita Deos foederum perfide ruptorum, Jovem autem numinis spreti poenam exigere incepisse cerneret, non tam Deos orabat, ut pium bellum moverent, quam gratus fatebatur, eos id jam movisse.

§. 5. *Est coeleste numen, es, magne Jupiter*] Sic 3, [56, 7.] *Dum pro se quisque Deos esse, et non negligere humana fremunt.* SIG. Palat. sec. *Coeleste numen es, magne Jupiter.* GEBH. Eamdem lectionem servant Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. Gaertn. et Haverk. Male. Non enim Torquatus agnoscebat Jovem revera Deum esse, sed, sollemni formula usus, visa Annii poena fatebatur, non omnia fortuito agi, sed divina providentia gubernari. V. Brisson. de Formul. l. 1. p. 80. unde quum Modius ea descripserit, quae ad hunc locum, Brissonii nomine dissimulato, notavit, ea omittenda duxi. Similiter Statius 1. silv. 4, 1.

Estis, io, Superi; nec inexorabile Clotho
Volvit opus.

ubi plura notavit Barthius. Ceterum *Es, coeleste numen, es, magne Jupiter* Florent. Lovel. 4. et Neapol. Latinii. Quae lectio probari potest. Potest tamen et vulgata: Livium enim omni modo orationem variasse, saepius supra dictum est. [*Est aut coeleste numen es Jupiter* Veith.]

Haud frustra te patrem Deûm hominumque hac sede sacravimus] *aut frustra* Florent. [Veith.] Male. Quamvis enim haec ita capi possent, ut Torquatus diceret, aut esse Jovem, aut frustra eum Capitolio sacratum esse; magis tamen convenit, ut adfirmet eum esse, et haud frustra ibi coli: adeoque *aut* pro *haud* scriptum est sollemni errore librarii adspirationem omittentis. V. ad 28, 2, 11. qua eadem aberratione etiam *ac* pro *hac* in his iisdem verbis praeferunt edd. Rom. anni 1472. et Parm. De quo v. ad 35, 26, 7. cujus loco *haec sede* legit Harlej. 1. Deinde *te patrum Deum hominum* Leid. 1. copulam *que* omiserunt etiam Harl. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. in Florent. quoque tantum inter versus addita legitur. Praeterea *consecravimus* Hearnii Oxon. B. sed, a vulgato discedi, necesse non est. Ovid. 1. Fast. 257.

Quum tot sint Jani, cur stas
sacratus in uno?

§. 6. *Vosque, Patres conscripti, arma capere Diis ducibus*] *ppli? consult'.* Gaertn. *Patres consulti* edd. vett. de quo errore v. ad 3, 52, 6. alii deinde edidere *P.*

7 *admodum legatum jacentem videtis.* Adsensu populi excepta vox consulis tantum ardoris animis fecit, ut legatos proficiscentes cura magistratuum magis, qui jussu consulis prosequebantur, quam jus gentium,
8 ab ira inpetuque hominum tegeret. Consensit et senatus bellum: consulesque, duobus scriptis exercitibus per Marsos Pelignosque profecti, adjuncto

C. cujus loco demum Frobenius recte substituit *Patres conscripti*. Tum *Deis ducibus* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Florent. pro quo *de his ducibus* substitutum est in Leid. 1. et Klock. V. modo ad §. 10. Mox *Latinorum* deest in Lovel. 2. *legatum* in Leid. 2.

§. 7. *Adsensu populi excepta vox consulis tantum ardoris animis fecit*] *accepta* Voss. 2. Lovel. 3. Harlej. 2. et ed. Parm. Non sequor. Supra 2, 28, 2. *Res tumultuose excepta est clamoribus undique et indignatione Patrum.* Voces autem *excipere* et *accipere* librarii passim commutare consueverunt. V. supra notata ad 2, 47, 7. Adde ad 6, 9, 12. Deinde *tantum ardoris animi fecit* Leid. 2. V. ad 4, 33, 11. *tantum ardoris ad id animis fecit* Lovel. 4. Mox dictio *cura* deficit in Voss. 2. Lovel. 2. 3. Leid. 1. et Fragm. Hav. Ejus loco *quem* praefert Gaertn. Praeterea *quam jussu consulis*, pro *qui*, Lovel. 2. et 4. Tum *prosequeretur*, pro *prosequebantur*, Lovel. 2.

Quam jus gentium, ab ira inpetuque hominum tegeret] *quamvis gentium* ed. Parm. Sed *vis* et *ius* ob ductuum adfinitatem saepissime confunduntur. V. ad 3, 38, 13. *quamvis ius gentium*, utraque lectione juncta, Lovel. 2. Tum *ab ira inpetumque* Leid. 1. *ab ira inpetum quâ* Florent. *ab impetu iraque* Gaertn. Verbum denique *tegeret* non adparet in Leid. 2.

§. 8. *Consensit et senatus bellum*] *Consensit autem et senatus bellum* Lovel. 4. Sed vocula *autem* ex numero earum est, quibus saepe librarii orationem Livii, ut putabant, male cohaerentem melius connectere soliti sunt. V. infra ad 21, 40, 11. *Consensit et senatus bello* Klock. Cl. Ant. Perizonius scribendum conjicit in margine Livii *Consensit et senatus in bellum*; cujus locutionis plura exempla v. apud Gronov. ad Liv. 4, 35, 4. Verum ejus filius expuncta conjectura paterna adscripsit, videndum Livium l. 1, 32. Sane vulgatum reliqui codices tuentur. Verbum *consentire* interdum casum adscivisse, constat ex ejus usu forma passiva apud Gell. 15, 25. *Syllogismus est oratio, in qua, consensis quibusdam et concessis, aliud quid* etc. *necessario conficitur.* (*Quin et *consentire aliquid* infra est 27, 9, 14.) Vel *consentit bellum* elliptice dictum est, ita supplendum, consentit bellum fieri, consentit, ut bellum cum Latinis fieret, ut plene locutus est Liv. 1, 32, 13. *Senatus populi Romani Quiritium censuit, consensit, conscivit, ut bellum cum priscis Latinis fieret.* Eadem ratione dictum est *bellum alicui jubere*, pro alicui fieri jubere. V. infra ad 27, 24, 3.

Samnitium exercitu, ad Capuam, quo jam Latini sociique convenerant, castra locant. Ibi in quiete 9
utrique consuli eadem dicitur visa species viri majoris, quam pro humano habitu, augustiorisque, dicentis: *Ex una acie imperatorem, ex altera exercitum* 10
Diis manibus matrique Terrae deberi: utrius exercitus imperator legiones hostium, superque eas se devovisset,

Consulesque duobus scriptis exercitibus etc. *profecti*] *consuleque duobus* Leid. 2. *consules duobus* Voss. 2. Leid. 1. et Gaertn. *quoque duobus* Florent. *consules cum duobus* Klock. At, praepositionem interseri non necesse esse, patebit ex illis, quae notabuntur ad 22, 9, 5. Tum *exercitibus scriptis* Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. *conscriptis exercitibus* Gaertner. Verum nec huic lectioni persuadendae satis gravis est unius cod. auctoritas, quum et alterum, quod reliqui defendunt, probum sit. V. ad 6, 28, 5. Mox *Samnitum*, pro *Samnitium*, Portug. et Haverk. V. ad 23, 11, 11. Praeterea *quam*, pro *quo jam*, Klockian.

§. 9. *Ibi in quiete utrique consuli eadem dicitur visa species viri*] *utrisque consulibus*, vel per compendium *utrisque cos.* aut *utrisque coss.* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Haverk. Fragm. Hav. Gaertner. et Portug. Alibi ita Livium locutum esse, constabit ex illis, quae infra dicentur ad 36, 16, 6. Hic tamen optimi codd. vulgatum praeferunt, quos sequor. Tum *dicitur* non adparet in Portug. et Haverk. Praeterea *visi species viri* Klock. *visa spes viri* Lovel. 5. sollemni aberratione. V. supra ad 3, 9, 13. *visa species vires* Lovel. 1. a m. 1. pro quo *viris* emendatum est a m. 2.

Majoris, quam humano habitu, augustiorisque] Major hic injuria, quam pro numero literarum, elegantissimo scriptori facta est. Exstat in manuscriptis sincera lectio *majoris, quam pro humano habitu.* GELEN. Omnes etiam nostri Gelenii lectionem probant, praeter solum Harlej. 2. vulgatae ante Gelenium scripturae adhaerentem. Praeterea *angustiorisque* Lovel. 1. a m. 1. Lov. 2. 3. Gaertner. et Haverk. quomodo librarii frequenter lapsi sunt. V. supra ad 5, 41, 2.

§. 10. *Ex una acie imperatorem, ex altera exercitum Diis manibus matrique Terrae deberi*] *Eximia acie* Gaertn. Tum *ex altero* idem cod. Hinc *Deis manibus* Florent. Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. pro quo *de his* Leid. 1. quomodo etiam supra peccabatur hoc cap. §. 6. Deinde *matrique certe debere* Portug. pro *certe* vero in margine emendatum erat *Terrae*. *Tellurem* pro matre Terra Livius infra memorat c. 9, 8. et 10, 28, 13. Voces *Terrae deberi* desunt in Leid. 2.

Utrius exercitus imperator legiones hostium superque eas se devovisset] *utriusque exercitus* Lovel. 2. et Haverk. quomodo etiam mox peccatum est in quibusdam codd. §. 13. Tum *legationes hostium superque eas* Leid. 1. V. ad Liv. 7, 30, 14. *legiones hostium aggrederetur, superque eas* Haverk.

11 *ejus populi partisque victoriam fore.* Hos ubi noctur-
nos visus inter se consules contulerunt; placuit
averruncandae Deûm irae victimas caedi: simul ut,
si extis eadem, quae somno visa fuerant, porten-
12 derentur, alteruter consulum fata impleret. Ubi
respon-

Voces *legiones hostium superque eas* exsulant a Leid. 2. sequens pronomen *se* a Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. mox autem conjunctio *que* ab Harlej. 2.

§. 11. *Nocturnos visus inter se consules contulerunt*] *nocturnos visos* Gaertn. Tum *inter consules contulerunt* Haverk. *inter se consules tulerunt* Leid. 1. *contulere* Leid. 2. et Lovel. 1.

Placuit ad averruncandam Deûm iram victimas caedi] Et hic mutatam Livii linguam indicant iidem codices, ubi legitur *averruncandae Deûm irae.* GELEN. Intrusit Andreae editio post *irae* nihili vocabulum *caussa.* Pal. vero sec. MS. *gratia.* uterque malo exemplo. at pessimo Campanus audaciam nobis testatam reliquit suam, edita scriptura, *placuit ad avertendam Deûm iram victimas caedi.* l. 10, 23. *Prodigiorum averruncandorum caussa supplicationes in biduum senatus decrevit.* GEBH. *ad averruncandam Deorum iram* Lovel. 4. *ad averruncandam Dei iram* Harlej. 2. quomodo etiam, unica nempe litera *r*, hoc nomen scribitur apud Fest. v. *veruncent.* ubi tamen *verruncent* in Mstis esse Vossius testatur. *caussa averruncandae Deûm irae* Leid. 2. *averruncandae Deûm irae gratia* Haverk. *averruncandae Deûm irae caussa* edd. Rom. anni 1472. et Parm. ex qua ipsa varietate, vocem *caussa* vel *gratia* a librariis insertam, non a Livio profectam esse, satis constat. Similiter autem alibi interpolare soliti sunt. V. infra ad 31, 12, 4. *avertendae Deûm irae* Lovel. 2. 5. Portug. Gaertn. Klock. et Haverk. *avertendam Deûm iram* Fragm. Hav. a m. 2. cujus loco quid a m. 1. scriptum fuerit, deprehendi non potest. Videtur tamen id fuisse, quod Gelenius probavit, et nunc receptum est. Sed *avertendae* ex glossa atque enarratoris expositione receptum est. *averruncare* enim vulgo *avertere* et *verruncare*, *vertere* exponuntur apud Varr. Fest. Nonium, et alios. Pari modo etiam infra variant codd. 10, 23, 1. V. de ea voce Vossii Etym. ling. Lat. v. *Averruncare*, et Brisson. 1. de Form. p. 57. Eadem voce utitur etiam Cato de re rust. c. 142. *Uti tu morbos visos invisosque, viduertatem, vastitudinemque, calamitates, intemperiasque, prohibessis, defendas, averrunces que.*

Eadem, quae somno visa fuerant, portenderentur, alteruter consulum fata impleret] *somnio visa fuerant* Florent. Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. sollemni scribarum variatione. V. supra ad 2, 36, 4. infra ad 9, 9, 14. Viros doctos ad Sueton. Caes. 45. et Arntzen. ad Aur. Vict. de Vir. Inl. 7, 10. *per somnum videre* dixit Justin. 1, 4. *Per somnum vidit, ex naturalibus filiae vitem enatam. per quietem videre*, quod tantumdem valet, 1, 9. *Per quietem vidit, fratrem suum Smerdim regnaturum.*

responsa aruspicum insidenti jam animo tacitae
religioni congruerunt; tum, adhibitis legatis tri-
bunisque, et imperiis Deûm propalam expositis,
ne mors voluntaria consulis exercitum in acie ter-
reret, comparant inter se, ut, ab utra parte ce- 13
dere Romanus exercitus coepisset, inde se consul

et Curtius 9, 8, 26. *Per quietem vidisse se exponit speciem draconis. in quiete videre* Livius 21, 22, 6. *in somnis videre* Valer. Max. 1, 7, ext. 10. *Vidit in somnis comitem suum orantem.* Ubi v. Vorstium, et Torren. ut et ad 2, 4, 6. Apud Ciceronem locutio illa saepius obcurrit. *somno visa erant* Lovel. 4. *somno visa fuerat* Gaertner. Tum *portenderetur* Leid. 1. Lovel. 1. et Harlej. 1. *partemderetur* Florent. *portenduntur* Gaertner. Deinde *alterutrum consulum* Voss. 2. et Lovel. 3. *alterius consulum* Haverk. et a m. 1. Portug. in quo tribus ultimis prioris vocis literis notae adjectae indicant, librarium emendandum censuisse *alter consulum*. Tandem *facta impleret* Lov. 1. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. de quo scribarum lapsu v. ad 3, 40, 9. *facta in plebe* Florent. *facta imploret* Haverk. Liv. 1, 7, 11. *Accipere se omen, impleturumque fata, ara condita atque dicata, ait.* Paullo ante *simul* deficit in Lovel. 2. Tum *ex eis*, pro *extis*, legunt perperam edd. ante Mediol. anni 1505. cujus lectionem *extis* deinde Aldus recepit.

§. 12. *Responsa aruspicum insidenti jam animo tacitae religioni congruerunt*] *aruspicum responsa* Lovel. 2. *responsa auruspicum* Lovel. 2. 3. et Portug. *aurispicum* Lovel. 5. *arispicium* Leid. 1. *haruspicum* Florent. V. Cl. Corte ad Sall. Catil. 47, 2. et ad Plinii 2. Ep. 20, 4. quaeque infra notantur hoc lib. c. 9, 1. De vera orthographia vocis v. Voss. in Etym. ling. Lat. et Dausquej. in Orthogr. utrumque in v. *Aruspex*. Hinc *tam*, pro *jam*, Voss. 2. et Leid. 1. V. ad Liv. 21, 11, 12. Deinde *taciti* Haverk. Praeterea *congruerentur* Harl. 2. Mox *trinisque*, pro *tribunisque*, Harlej. 1. Hinc vocula *et* exsulat a Portug. et Haverk. quorum prior etiam *impiis*, pro *imp'iis* id est *imperiis*, praefert. *etiam periit* habet Florent. a m. 1. *etiam peritis* a manu altera. Vox autem *Deûm* deficit in edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Ne mors voluntaria consulis exercitum in acie terreret] *mors voluntaria alterius consulum* Portug. Gaertn. et Haverk. *mors voluntaria consulis alterius* Lovel. 2. [*voluntaria alterius consulis* Veith.] *mors voluntaria consulum* Voss. duo, Leid. 2. et Lovel. 1. 3. ac 5. de quo lapsu v. ad 10, 10, 2. Insuper *in acie* Portug. et Haverk.

§. 13. *Comparant inter se, ab utra parte cedere Romanus exercitus coepisset*] *comparavit inter se* Lovel. 4. Tum *ab utraque parte* Leid. ambo, Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. paullo ante ad §. 10. et infra hoc lib. c. 10, 8. etiam 9, 40, 8. et 10, 19, 9. (* c. 37, 14.) Hinc *exercitus Romanus* Lovel. 2. V. supra ad c. 2, 4. Sed nihil interesse puto. Tandem *exercitus cum coepisset* Fragm. Hav. a m. 2.

Inde se consul devoveret pro po-

14 devoveret pro populo Romano Quiritibusque. Agi-
tatum etiam in consilio est, ut, si quando um-
quam severo ullum imperio bellum administratum
esset, tunc uti disciplina militaris ad priscos redi-
15 geretur mores. Curam acuebat, quod adversus La-
tinos bellandum erat, lingua, moribus, armorum

pulo Romano Quiritibusque] *sese consul devoveret* Lovel. 3. *sese consules devoverent* Voss. 2. *consul devoveret*, pronomine omisso, Leid. 1. *se consul devovere* Gaertn. et Fragm. Hav. *se consul devovisset* Harlej. 2. Deinde *pro populo Romano Quiritibus*, sine conjunctione *que*, Lovel. 1. et Klock. quomodo hic absque vitio scriptum esse, testatur Brisson. 1. de Formul. p. 62. At reliqui copulam *que* servant, licet in aliis quidam eorum aberrent. Nam *populo Romano Quiritibusque*, neglecta praepositione, legunt Lovel. 3. et Gaertn. *pro bello Romano Quiritibusque* Haverk. *pro rep. Quiritibusque* Lovel. 2. De hoc errore v. infra ad 38, 58, 6.

§. 14. *Agitatum etiam in consilio est*] Ita, pro *in concilio*, Gronov. scribendum monuit infra 44, 2, 5. eamdemque lectionem anno 1665. in contextum recepit, cujus auctoritatem recte Cl. Hearne secutus est. Neque aliter, uno Gaertn. excepto, praeferunt codd. mei, nisi quod *Agitatumque etiam in consilia est* habeant Portug. a m. 1. et Haverk. *in consilio* etiam edd. Rom. anni 1472. et Parm. pro quo postea demum *in concilio* substitutum est.

Ut, si quando umquam severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc uti] Vide in eadem sententia posita, cum unum sufficeret, *ut* et *uti*. Quod si bene habet, certum indicium est, auctores non tam anxie locutos: quemadmodum id quoque, quod continuo sequitur, in accusativo aït, *quod adversus Latinos bellandum erat*. Reliqua, quae sequuntur, in nominativo dixisse videtur. Quamquam, ubi eam distinctionem incipias, merito haesites: neque enim satis clarum est. GLAR. Malim *tunc utique*, quod est, tunc omnino, tunc maxime. alioquin vacet necesse est aut *ut*, aut *uti*. SIG. Haec est omnium MSS. codicum et editorum scriptura. Contra tamen censet aut legendum *tunc utique*, aut alterutram particulam demendam Sigonius. Falso. nam tales particulae saepius in prolixiore sententiae tractu iterantur. Sic reperi l. 30, 43. in Pall. pr. ac sec. MSS. *ut uti praetor Romanis hiis imperaret*. GEBH. *ut* vacat, quemadmodum saepe alibi. V. quae ad Florum 2, 6, 19. notata sunt. Adde Liv. 5, 21, 15. leg. 6. §. 1. D. de Contrah. emt. Malasp. ad Cic. 3. ad Attic. ep. 5. et Gronov. ad Liv. 3, 64, 10. DUK. Utramque particulam *ut* et *uti* constanter agnoscunt omnes scripti; quare posterior cum Sigonio in *utique* mutanda non est, neque Glareano mirum esse debuerat, ambas in eadem sententia poni, aut inde efficiendum erat, auctores non tam anxie locutos esse. Saepe enim scriptores perspicuitatis caussa particulam *ut* repetiisse, cum inter illam et ver-

genere, institutis ante omnia militaribus congruentes: milites militibus, centurionibus centuriones, tribuni tribunis compares collegaeque, iisdem praesidiis, saepe iisdem manipulis permixti fuerant. per haec ne quo errore milites caperentur, edicunt 16 consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.

bum ad eam referendum multa interjiciuntur, soliti fuerunt; quod inprimis Livio familiare est. V. ad 22, 11, 4. Pro ea autem loco posteriori hic usurpatur *uti*, quemadmodum infra illo 22, 11, 4. *Edictoque proposito, ut, quibus oppida castellaque inmunita essent, uti in loca tuta commigrarent.* ita enim ex optimorum codd. fide ibidem legendum videtur. Contra pro ea priori loco *uti* adhibetur 3, 64, 10. *Hi tum uti, quos sibi collegas cooptassint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint.* Ceterum *severo illu imperio bellum* Florent. pro quo manu altera factum est *illud*. Tum *administratum esse* Gaertn.

Disciplina militaris ad priscos redigeretur mores] Nec pejus foret *exigeretur*. Suetonius Julio 65. *Non enim ubique ac semper, sed cum hostis in proximo esset, coërcebat, tum maxime exactor gravissimus disciplinae.* Tiberio 19. *Disciplinam acerrime exegit.* J. FR. GRON. Non moveo *redigeretur*. *Redigere* ubique dicitur de rebus, quae in pristinum statum restituuntur. Caesar 1. B. Civ. 76. *Rem ad pristinam belli rationem redegit.* Liv. 3, 9, 10. *Quam placatam reconciliatamque Patribus de integro in antiqua redigi mala.* Florus 2, 18, 11. *Redacto in disciplinam milite.* Suet. in Aug. 35. *Senatorum adfluentem numerum deformi et incondita turba ad modum pristinum et splendorem redegit.* DUK. *disciplina militari* Leid. 2. Tum *reduceretur* Voss. 1. Lovel. 1. 5. Portug. et Hearnii Oxon. N. in marg. Vulgatum, pro quo stant alii codd. mutare non sustineo.

§. 15. *Curam acuebat, quod adversus Latinos bellandum erat*] *Cura acuebat* Lovel. 2. Tum *adversus Latinos bellum erat* Lovel. 5. Mox *moribus ac marum genere* Gaertn. Ceterum incertum putat Glareanus, ubi majori interpunctione distinguendum sit. Illos tamen sequi malo, qui eam voci *congruentes* subjiciunt, priora praecedentibus *adversus Latinos* cohaerere existimantes.

Collegaeque iisdem praesidiis, saepe iisdem manipulis permixti fuerant] *collegaeaeque* Lovel. 2. et 3. *collegaque* Fragm. Hav. Deinde voces *praesidiis, saepe iisdem* deficiunt in Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 3. et Fragm. Hav. Cui errori caussam praebuit τοῦ *iisdem* repetitio. voces tantum *saepe iisdem* non adparent in Haverk. Paullo ante *centuriones centurionibus* Lovel. 2. Portug. et Haverk. dictionibus alio ordine propositis, quod magis convenire forte existimarunt, quod eodem ordine praecedat *milites militibus*, et mox sequatur *tribuni tribunis*: quasi id variare Livio integrum non foret.

§. 16. *Ne quo errore milites caperentur*] *neque errore* Florent.

1 VII. Forte inter ceteros turmarum praefectos, qui exploratum in omnes partes dimissi erant, T. Manlius consulis filius super castra hostium cum suis turmalibus evasit, ita ut vix teli jactu ab sta-
2 tione proxima abesset. ibi Tusculani erant equites. praeerat Geminus Metius, vir tum genere inter suos,

§. 1. *Inter ceteros turmarum praefectos*] *inter exteros* Lovel. 4. Tum *pugnarum* Lovel. 5. et Portug. in contextu. Deinde *praefectis* Leid. 1. *profectos* Portug. In verbis proximis *missi*, pro *dimissi*, Haverk. V. infra ad 38, 13, 10. Tum *supra castra hostium*, pro *super*, Leid. 2. et ed. Parm. V. quae infra notantur ad 23, 36, 6.

Ut vix teli jactu ab statione proxima abesset] Pall. codd. MSS. tres *ita ut vix teli jactu*. GEBH. Particulam *ita* addidimus ex Thuan. tribus Pall. duobus Voss. Helm. *evasit ita*, *ut vix*. J. FR. GRON. Eamdem particulam defendunt ex meis Florent. Voss. duo, Leid. duo, Lovel. quinque, Harlej. 1. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et omnes Hearnii Oxonienses. Tum *teli ictu* Voss. 1. et Leid. 1. sed ambo a m. 1. in utroque enim suprascriptum est *jactu*. V. ad 26, 40, 10. *jactu* nunc quidem exstat in Fragm. Hav. sed in fine ejus vocis erasa penitus est litera, ut olim *jactus* sive *jactum* scriptum fuisse videatur. Deinde *a statione proxima* Gaertn.

§. 2. *Praeerat Genutius Metius*] Quidam ex Valerio Max. [2, 7, 6.] restituerunt *Geminius*; at haud scio, quam bene. Neque enim codicum fides magnopere me movet vel hujus vel illius auctoris. GLAR. Meminit hujus etiam Valerius. Sic [*Geminius Metius*] vet. lib. SIG. Expresse ita [*Geminius Metius*] vocat hunc Pal. sec. In pr. ac tert. *Geminus* appellatur. Andreae editioni *Genutius*. Campani *Gemnius*. GEBH. Flor. *Geminus Maecius*. Rott. et Helm. *Geminus Mettius*. Voss. uterque *Geminus Metius*. In quo consentiunt, id non videtur insuper habendum: etsi apud Valerium Maximum quoque *Geminio Metio*. J. FR. GRON. *Geminus Metius* Leid. 2. Lovel. 1. 3. Klock. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. *Geminius Mecius* Lovel. 3. *Geminus Mecius* Leid. 1. *Genuti Metius* Harlej. 2. *Gemicius Metius* Lovel. 2. Reliqui *Geminius Metius*, quomodo primus Aldus edidit; licet autem in sequentibus *Genutius* retinuerit, atque inter errata hoc loco ita etiam emendandum docuerit, recentiores tamen *Geminius* servarunt. *Geminus*, quod tot libris, et quidem plerisque optimis, defenditur, in contextum recepi; quamvis in his aliquid mutare anceps sit, quod nominum apud Latinos alia, quam apud Romanos, ratio sit. V. supra ad 1, 49, 9. *Metius* etiam vocatur apud Oros. 3, 9. *Manlius enim Torquatus filium suum, juvenem victorem, interfectoremque Metii Tusculani, nobilis equitis, et tum praecipue provocantis atque insultantis hostis, occidit*. Paullo ante *Tusculani terant* Lovel. 2. sed ibi illud *t* initio vocis *erant* adcrevit ex fine praecedentis dictionis. V. supra ad 5, 37, 7.

Vir tum genere inter suos, tum factis, clarus] Vox *vir* deficit in

tum factis, clarus. Is ubi Romanos equites, in- 3
signemque inter eos praecedentem consulis filium, (nam omnes inter se, utique inluftres viri, noti erant) cognovit, *Unane*, aït, *turma Romani cum La-* 4
tinis sociisque bellum gesturi estis? quid interea consules, quid duo exercitus consulares agent? Aderunt in 5

Leid. 2. *vi tum genere* praefert Fragm. Hav. a m. 1. *virtutum genere* Haverk. *vir tamen genere* Voff. 2. et Lovel. 3. V. ad 22, 17, 5. *vir cum genere* Voff. 1. Lovel. 4. et Gaertn. V. ad 6, 23, 3. *vir cum gemine* Florent. a m. 1. pro quo deinde emendatur *germine*. Praeterea *fatis* Leid. 1. V. ad 3, 40, 9.

§. 3. *Omnes inter se, utique inluftres viri, noti erant*] *uti illustres* Lovel. 2. Tum *noverant* Harlej. 2. omnesque edd. usque ad Mediol. anni 1505. V. ad 23, 29, 16.

§. 4. *Unane, aït, turma Romani cum Latinis sociisque bellum gesturi estis*] *Unave* Lovel. 5. V. ad 5, 28, 5. Tum *turma Romanorum* Voff. 2. a m. 1. Deinde *cum Latinis sociis*, omiffa conjunctione *que*, Lovel. 3. Mox *quid intra consules*, pro *interea*, Voff. 2. et Lovel. 3. V. mox ad §. 7.

§. 5. *Aderunt in tempore*] *Aderunt et tempore* Harlej. 2. et priscae edd. pro quo recte *in tempore* substitutum est Mediolani anno 1505. et ita reliqui codd. Recte. *in tempore* est tempore commodo, opportuno: quae locutio Livio familiariffima est. 2, 47, 11. *Spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit.* c. 48, 5. *Ni K. Fabius in tempore subsidio venisset.* 4, 40, 6. *Consulem aut in tempore pugnam inisse, aut firmasse subsidiis aciem.* 9, 23, 15. *Et in tempore magister equitum hostium terga invadit.* c. 37, 6. *Telum aliud occultum scituros in tempore.* 22, 25, 15. *Se in tempore et sine ignominia servasse exercitum.* ubi etiam quaedam exempla vide. 32, 16, 12. *Nuncios mittebat, se in tempore adfuturum.* 33, 18, 5. *In tempore mille Achaei pedites cum centum equitibus supervenerunt.* c. 19, 6. *In tempore Punicum bellum terminatum erat.* 34, 18, 2. *Nisi in tempore subventum foret.* c. 29, 4. *In tempore Quinctio rex Eumenes et classis Rhodiorum supervenerunt.* V. quae notavi etiam ad Silii Ital. 11, 8. Omiffa praepositione, *tempore* est apud Ovid. Epist. 4. Her. 109.

Tempore abest, aberitque diu
Neptunius heros.

Utrumque etiam Graecis in usu fuit, vel τῷ καιρῷ, ut apud Evang. Marc. 12, 2. *Καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς τῷ καιρῷ δοῦλον.* vel ἐν καιρῷ apud Lucam Evang. 12, 42. *Διδόναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον.* Καιρὸς enim temporis opportunitatem notat. Auson. in ludo septem Sapient.

Et Pittacum dixisse fama est
Lesbium
Γίγνωσκε καιρόν. Tempus ut
noris, jubet.
Sed καιρὸς iste tempestivum tem-
pus est.

Et cum illis aderit Jupiter ipse, foederum a vobis violatorum testis] Pall. duo, pr. ac tert. *et tum aderit Jupiter.* GEBH. *tecum illis*

tempore, Manlius inquit, *et cum illis aderit Jupiter*
ipse, foederum a vobis violatorum testis, qui plus potest,
6 *polletque. Si ad Regillum lacum ad satietatem vestram*
pugnavimus, hic quoque efficiemus profecto, ne nimis
7 *acies vobis et conlata signa nobiscum cordi sint.* Ad ea
Geminus, paullulum ab suis equo provectus, *Visne*
igitur, dum dies ista venit, qua magno conatu exercitus

aderit Jupiter Florent. *et cum aderit Jupiter* Leid. 1. *et tum aderit Jupiter* Lovel. 3. [Veith.] *et cum illis erit Jupiter* Voss. 1. ac Lovel. 5. *et cum illis Jupiter* Leid. 2. ac Lovel. 1. *et Jupiter*, reliquis omissis, Voss. 2. Mox voces *a vobis* non comparent in Leid. 1.

§. 6. *Efficiemus profecto, ne nimis acies vobis et conlata signa nobiscum cordi sint*] Vet. lib. *ne quid minus, quam acies vobis* etc. SIG. Redolet haec lectio [*ne quid minus, quam acies*] officinam Sigonii, quam tamen ipse non infitiatur. Pall. duo, item totidem edd. priscae *ne nimis acies vobis et collata signa* etc. GEBH. Quicquid bonorum codicum videre licuit, *ne nimis acies vobis et collata signa nobiscum cordi sint.* Quod quidem longe antefero vulgato commento libri Sigoniani. Cicero 7. ad famil. ep. 16. *Quod in Britannia non nimis φιλοθέωρον te praebuisti, plane non reprehendo.* 2. in Verrem [28.] *Monet hominem, ne nimis judicio Sacerdotis et causae confidat.* J. FR. GRON. Quae lectio Sigonio, eadem etiam Cl. Hearnio obvia fuit in Oxon. B. et L. 2. Sed eamdem in nullo meorum inveni; quamvis tamen pauci quidam non longe ab ea discedant. Nam *efficiemus, ne quid profecto minus acies* legunt Lovel. 5. et Portug. *efficiemus, ne quid profecto ne minus acies* Haverk. *efficiemus, ne quis profecto nimis acies* Leid. 2. et Voss. 1. *efficiemns profecto, ne quis nimis acies* Lovel. 1. *efficiemus profecto, ne quid nimis acies* Gaertn. quae lectio non displiceret, si plures aut integriores codd. eam probarent. Eleganter enim τὸ *quid* additur particulae *ne* per pleonasmum, etiam apud Livium. Ita 3, 21, 3. *Patres quoque, ne quid cederent plebi, et ipsi L. Quinctium consulem reficiebant.* 42, 24, 4. *Deprecaretur senatum, ne quid communibus inimicis criminantibus se crederent*, et alibi. Huc etiam pertinet *ne quid nimis* apud Terent. in Andr. 1, 1, 34. Deinde *signa nobis concordi sint* Leid. 1. De locutione *cordi esse* v. ad 30, 17, 12. *signa nobiscum cordi essent* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Verba *hic quoque efficiemus* desunt in Klock. Paullo ante *ad societatem vestram* Gaertn. et Fragm. Hav. *ad satietatem nostram* Voss. 2. Lovel. 3. 5. et Haverk.

§. 7. *Ad ea Geminius, paullulum ab suis eo provectus*] *Gemi* Lovel. 1. *Genutius* Harlej. 2. *Gemitius* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. cujus codex L. 2. praefert *Geminus*; neque aliter etiam Voss. duo, Leid. 1. Lov. 3. 5. Harlej. 1. Florent. Klock. et Fragm. Hav. V. supra ad §. 2. Tum *paullum* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. *paullo* Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et

moveatis, interea tu ipse congredi mecum, ut nostro duorum jam hinc eventu cernatur, quantum eques Latinus Romano praestet? Movet ferocem animum juve- 8
nis seu ira, seu detrectandi certaminis pudor, seu inexsuperabilis vis fati. oblitus itaque imperii patrii, consulumque edicti, praeceps ad id certamen agitur, quo, vinceret, an vinceretur, haud multum

Haverk. Hinc *a suis* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. 4. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. Deinde *eo provectus* primum inveni in edd. Cl. Jac. Gronovii, sive ita edi voluerit, sive lectio illa ex errore operarum admissa sit; quod eo verisimilius videtur, quod nullam mutationis rationem in notis proposuerit, et non tantum *equo* servent omnes priores excusi, sed et Leid. duo, Florent. Lovel. quinque, Harlej. ambo, Klock. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Ex reliquis codd. nihil variantis lectionis adfertur, licet collati sint cum ed. Clerici, qui Jac. Gronovii scripturam recepit. Infra 23, 47, 2. *Provectusque ante stationes equo, Tauream nomine compellavit.* unde etiam patet, neque lectionem Leid. 2. *profectus* recipiendam esse. hoc lib. c. 38, 12. *Quum, turma una longius provecta, accepissent, inpedimenta Romanorum procul ab armatis stare.* Saepe autem eas voces in Mstis commutari, infra videbimus ad 21, 2, 4.

Dum dies ista venit, qua magno conatu exercitus moveatis] Iidem codd. Pall. duo MSS. *exercitus moveritis*. GEBH. Ita et Voss. 2. et Lovel. 3. Praeterea *ista dies venit, qua magno conatu* alio ordine Fragm. Hav. *dies iste venit, qua magno conatu* Lovel. 5. *dies ista venit, quũ magno conatu* Lovel. 3. *dies ista venit, antequam magno conatu* Lovel. 2. *dies ista venit, qua magno conato* Florent. V. ad 1, 15, 7. Mox *intra*, pro *interea*, Voss. 2. et Lovel. 1. V. paullo ante ad §. 4. Tum *ingredi*, pro *congredi*, edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Nostro duorum jam hinc eventu cernatur, quantum eques Latinus] *nostrum duorum* Lovel. 4. et Neapol. Latinii. Male. V. supra ad 7, 40, 9. *utero duorum* Gaertn. *nos duorum* Florent. Tum *hinc* deficit in Lovel. 2. Deinde *quantum equis Latinus Romano praestet* Haverk. *praestat* Lov. 4. *praestetur* Gaertn. V. ad 39, 22, 8.

§. 8. *Seu detrectandi certaminis pudor*] *detractandi* Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et ed. Parm. V. infra notata ad 34, 15, 9. Mox *inexsuperabilis vis facti*, pro *fati*, Leid. 1. Harlej. 1. et Florent. a m. 1. V. supra ad 3, 40, 9. et mox hoc cap. ad §. 12. *inexsuperabilius facti* Gaertn.

Praeceps ad id certamen agitur, quo, vinceret, an vinceretur] *ad id praeceps certamen agitur* Portug. Et ita etiam Lovel. 5. nisi quod *praeces* habeat. *praeces in certamen agitur* Haverk. *praeceps adit certamen agitur* Fragm. Hav. Praeterea *quod vinceret, an vinceretur* Florent. V. ad 36, 33, 3. *quo veniret, an vinceretur* Leid. 1. *quo vinceret, aut vinceretur* Neapol. La-

9 interesset. equitibus ceteris velut ad spectaculum
submotis, spatio, quod vacui interjacebat campi,
adversos concitant equos: et, quum infestis cuspi-
dibus concurrissent, Manlii cuspis super galeam ho-
10 stis, Metii trans cervicem equi elapsa est. Circum-
actis deinde equis, quum prior ad iterandum ictum
Manlius consurrexisset; spiculum inter aures equi

finii. Non probo. Supra 4, 40, 9. *Desertus sis, an deserueris consulem exercitumque? victi denique simus, an vicerimus?* 5, 28, 5. *Adeo ut in incerto fuerit, et apud ipsos exercitus et Romae, vicissent, victine essent.* Ita saepe altera dubitandi particula subprimi solet. V. supra ad 2, 8, 8. et Cortium ad Plinii 3. Ep. 10. Tum *inter se*, pro *interesset*, Klock. Paullo ante *oblitus itaque imperii consulum edicti*, reliquis omissis, Lovel. 1.

§. 9. *Spatio, quod parvi interjacebat campi, adversos concitant equos*] Msti habent *quod vacui interjacebat campi*; non *parvi campi*. GELEN. Praeter Harlej. 2. *parvi* defendentem, reliqui omnes *vacui campi* probant. Neque aliter legunt edd. Rom. anni 1472. Parm. Tarvis. utraque, ac quaedam aliae. Silius Ital. 4, 273.

— — — *vacuo poscebat proelia campo.*

Deinde *adversus concitantem equos* Florent. *adversus concitant equos* Voss. 2. *aversos concitant equos* Portug. et Haverk. V. supra ad 2, 31, 6. Paullo ante *militibus*, pro *equitibus*, Hearnii Oxon. C. quod forte ex interpretatione profluxit. V. ad 10, 29, 10. Dein *velut spectaculum summotis* sine praepositione Florent. Infra 23, 47, 3. *Jam Romani ad spectaculum pugnae ejus frequentes exierant.*

Metii trans cervicem equi elapsa est] *G. Metii* Portug. quasi vellet *Geminii*, aut *Gemini Metii*. Sed *C. Metii* Gaertn. et Haverk. *Maecii*, vel *Mecii* Florent. Leid. 1. Lovel. 5. Harlej. 1. et Gaertn. V. supra ad §. 2. Praeterea *lapsa est* Florent. Male. Neque melius paullo ante *subter galeam*, pro *super*, ed. Mogunt. aliaeque paucae. V. infra ad c. 9, 5.

§. 10. *Quum prior ad iterandum ictum Manlius consurrexisset*] *cum surrexisset* Lovel. 1. *concurrisset* Lovel. 2. quasi nempe *consurgere* haud recte de uno dici posset. At ita infra 45, 7, 5. *Consurrexit consul, et, jussis sedere aliis, progressusque paullum, introeunti regi dextram porrexit.* Ita *consalutare* pro salutare supra inlustravi ad 1, 7, 1. *conlaudare* ad 7, 41, 3. Ejus autem generis similia saepe obcurrunt. Mox *in aures equi*, pro *inter*, Leid. 2. et Lovel. 5. V. de hoc errore ejusque origine ad 38, 57, 6. Tum *confixit*, pro *fixit*, unus Haverk.

Ad cujus vulneris sensum quum equus, prioribus pedibus erectis] *sensus* Haverk. *a cujus vulneris sensu* Lovel. 4. et ita Florent. a m. 2. quum *a cujus vulneris sensum* antea scriptum fuisset. Illud autem *a sensu* exponi posset ob sensum. V. ad 24, 30, 1. Reliqui tamen vulgatum servant, quod et ipsum probum est. Deinde se-

fixit. ad cujus vulneris sensum quum equus, prioribus pedibus erectis, magna vi caput quateret, excussit equitem: quem cuspide parmaque innisum, 11
adtollentem se ab gravi casu, Manlius ab jugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terrae adfixit. spoliis- 12
que lectis ad suos revectus, cum ovante gaudio turma in castra, atque inde ad praetorium ad pa-

quens vox *quum*, sive *eum*, deficit in Portug. quam intercepit similitudo ultimae syllabae vocis praecedentis. Hinc *equis* Lovel. 1. et 5. *equum* Gaertn. Tum *pedibus ereptis* Lovel. 1. frequenti librariorum lapsu. V. supra ad 3, 5, 7. Mox *caput* non adparet in Haverk. *extruxit* autem, pro *excussit*, est in Fragm. Hav. Curtius 3, 11. *Jamque, qui Darium vehebant, equi, confossi hastis et dolore efferati, jugum quatere, et regem curru excutere coeperant.* Silius 9, 595.

> *Exstimulata gravi sese fera tollit ad auras*
> *Vulnere, et erectis excussam cruribus alte*
> *Pone jacit volvens reflexo pondere turrim.*

§. 11. *Cuspide parmaque innixum, adtollentem se ab gravi casu*] *parma cuspideque innixum* Lovel. 4. *cuspide parmaque inmixtum* Voss. 2. et Fragm. Hav. Hinc *tollentem se* Voss. 2. Leid. duo, Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. *attollentemque se* Florent. a m. 2. Lovel. 4. et Haverk. *tollentemque se* Hearnii Oxon. N. in margine. Liv. 10, 36, 11. *Manus ad coelum adtollens.* Silius 10, 259.

> *Sic ait, atque aegrum coeptanti adtollere corpus*
> *Arduus insurgens totum permiscuit ensem.*

Praeterea *a gravi casu* Leid. 2. Lovel. 1. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. qui iidem codd. ultimo tamen excepto, mox etiam praeferunt *a jugulo. a gravi casu* etiam editi usque ad Gronov. *a jugulo* autem iidem Aldo antiquiores.

Ita ut per costas ferrum emineret, terrae adfixit] *ita ut hastae ferrum* Lovel. 2. *ita ut costas ferrum* Leid. 1. vox *ferrum* deficit in Portug. [*ut hastae ferrum per costas* Veith.] Tum *immineret* Harl. 2. et Fragm. Hav. *eminus* Florent. a m. 2. *emitteret* Lovel. 2. 4. et Neapol. Latinii. Sed nihil muto. Quod Livius *eminere*, Silius dixit *exstare* 7, 627.

> *Exstabat fixo quod forte cadavere ferrum.*

Deinde *terrae* omittitur in Lovel. 4. Male. Supra 4, 19, 5. *Adsurgentem ibi regem umbone resupinat, repetitumque saepius cuspide ad terram adfixit.* 29, 2, 15. *Circa regem pilo terrae adfixum.*

§. 12. *Spoliisque lectis ad suos revectus*] *spoliis lectis* Lovel. 1. Deinde *ad suos revectis* Lovel. 2. et Leid. 1. Mox *ut castra*, pro *in castra*, Portug. Tum *deinde*, pro *inde*, Harlej. 2. et editiones Frobeniana anni 1535. antiquiores. V. ad Livii 36, 24, 10. Insuper *ad praetorem*, pro *ad praetorium*, Lovel. 4.

trem, tendit, ignarus fati futurique, laus an poe-
13 na merita esset, *Ut me omnes*, inquit, *pater, tuo*
sanguine ortum vere ferrent, provocatus equestria haec
14 *spolia capta ex hoste caeso porto*. Quod ubi audivit
consul, extemplo, filium aversatus, concionem clas-

Ignarus fati futuri, laus an poena merita esset] Malui sequi veterem lectionem, nempe sic: *ignarus facti futurique, laus an poena merita esset*. GELEN. *ignarus facti futurique* vet. lib. At *fati* malim, hoc sensu: ignarus fatalis futuri supplicii, sive laus, sive poena a se merita esset. Sic etiam ante [hoc cap.] *Praeceps ad id certamen agitur, quo, vinceret, an vinceretur, haud multum interesset.* Et *Movet juvenis animum inexsuperabilis vis fati.* SIG. *ignarus fati futurique* verissime habent Pall. duo, nisi quod τὸ *que* culpa librariorum non nihil divulsum sit. Paullo superius *Movet ferocem animum juvenis seu ira, seu detrectandi certaminis pudor, seu inexsuperabilis vis fati.* Male ergo vetustiores editiones *ignarus facti futuri, quae laus an poena merita esset.* GEBH. *facti* defendunt Gelenius, Doujatius, et Hearnius. Non scio, quomodo defendi possit. *Nescius* et *Ignarus fati*, vel *futuri* nusquam non leguntur. Virgil. 10. Aen. 501.

Nescia mens hominum fati sortisque futurae.

Fatum et *Factum* saepissime permutari, notum est. DUK. *ignarus facti futurique, laus an poena* Leid. duo, Harl. 1. Klock. Gaertn. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *ignarus facti futumquae, laus an poena* Florent. *ignarus facti futuri, quae laus an poena* Lovel. 4. et Fragm. Hav. *ignarus fati futuri, quae laus an poena* Harlej. 2. et Haverk. *ignarus fati futuri, laus an poena* Lovel. 2. *ignarus futurique, laus an poena* Voss. 2. Eadem lectio, quae Gelenio, placuit etiam Doujatio, qui hoc argumento illam defendebat, quod *fatum* a *futuro* non differat; at *factum* ac *futurum* recte obponantur. Verum *fatum* et *futurum* hic non obponuntur, sed conjunguntur eodem modo, quo *fatum* et *sors futura* in loco Virgilii, a Cl. Dukero laudati. *fatum* autem et *factum* infinitis locis in libris scriptis commutantur. V. hoc cap. ad §. 8.

§. 13. *Ut me omnes, inquit, pater, tuo sanguine ortum vere ferrent*] Pall. duo *ortum referrent.* sec. *ortum vere referrent.* GEBH. *ortum referrent* Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 1. et Haverk. [Veith.] *ortum vere referrent* Lovel. 2. Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. Sed prima syllaba τοῦ *referrent* adscita est ex fine vocis praecedentis. V. ad 37, 41, 5. *ferre* hic est dicere, praedicare. V. supra ad 4, 45, 7. *ortum vere ferant* Oxon. C. apud eumdem Hearnium.

Equestria haec spolia capta ex hoste caeso porto] *eques tria haec spolia*, voce una perperam in duas divisa, Lovel. 1. et 2. Tum vox *capta* deficit in Harlej. 2. Portug. et Haverk. Praeterea alio ordine *ex caeso hoste* Harlej. 2.

§. 14. *Extemplo, filium aversatus*] *adversatus* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Gaertn. et Fragm. Hav. solita scribarum aberratione. V. supra ad 3, 12, 9. c. 50, 5. 4, 12, 8. 7, 41, 6. hoc lib. c. 12, 1. et Cel.

sico advocari jussit. quae ubi frequens convenit, 15
Quandoque, inquit, *tu*, *T. Manli*, *neque imperium consulare*, *neque majestatem patriam veritus*, *adversus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti*, *et*, 16
quantum in te fuit, *disciplinam militarem*, *qua stetit ad*

Burmann. ad Ovidii 1. Fast. 5. Mox *avocari*, pro *advocari*, Lovel. 2. quae et ipsa verba saepe confunduntur. V. supra ad 1, 6, 1. 4, 61, 3. 7, 2, 11. hoc libro c. 23, 11. et aliis locis.

§. 15. *Quandoquidem*, *inquit*, *tu*, *T. Manli*] Voss. recentior, *quando*, *inquit*. Sed Flor. Rott. Voss. prior *quandoque*, *inquit*. Id haud dubie Livianum. V. 9, 10, 9. J. FR. GRON. *quando*, *inquit* Leid. 2. Lovel. quinque, Portug. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac B. [Veith.] *quandoque*, *inquit* Leid. 1. quae lectio quidem superest etiam in Voss. 1. ut Gronov. monuit; ultimae tamen syllabae *que* adjectae postea sunt notae, quibus librarii indicant, aliquid perperam exaratum atque inducendum esse: ut in eo quoque a m. 2. emendatum sit *quando*, *inquit*. Quod servari posset, quum passim *quando* pro *quandoquidem* apud Livium obcurrat. V. ad 40, 9, 1. Quum tamen id, quod Gronovius probavit, ab integrioribus codd. defendatur, etiam verius esse existimo; praesertim quoniam Livius illud *quandoque* saepius hoc sensu usurparit. V. supra ad 1, 24, 3. et c. 31, 4. Praeterea *tu*, *inquit*, *T. Manli* Lovel. 4. *inquit*, *tu*, *L. Manli* Fragm. Hav.

Neque majestatem patriam veritus, *adversus edictum nostrum*] *majestatem patriae* Voss. 1. et Lovel. 1. *majestatem patris* Leid. 2. *paterna majestas* dicitur Justin. 10, 2. *Poenas parricidii Diis paternae majestatis ultoribus dedit*. *nec majestatem patriam* Lovel. 4. Deinde *adversus dictum nostrum* Leid. 2. quomodo etiam supra peccatum erat in uno cod. 7, 35, 2. V. etiam infra ad 9, 14, 2. At supra dixit c. 6, 16. *Edicunt consules*, *ne quis extra ordinem in hostem pugnaret*. *Edictum* autem praetoris et imperatoris esse, observat Donat. ad Terent. Eun. 4, 7, 36. Mox *in hoste pugnasti* Harlej. 2. et edd. vett. usque ad Mediol. anni 1505. quae *in hostem* restituit, quemadmodum non tantum eam secuti editores receperunt, sed et reliqui codd. praeferunt. *in aliquem pugnare* Livio familiarissima est locutio, passim apud eum obvia.

§. 16. *Qua stetit ad hanc diem Romana res*] *in qua stetit* Lovel. 3. Male. Supra 4, 40, 9. *Haec pro virtute tua fideque*, *qua una hoc bello respublica stetit*, *dicenda tibi sunt hodie*. ubi alia exempla vide. Ennius in Fragm. p. 127.

Moribus antiquis res stat Romana vireisque.

Deinde *usque ad hanc diem* Voss. 2. Lovel. 3. et Hearnii Oxon. N. in margine: quod ex glossatoris interpretatione natum esse, nullus dubito. Saepius enim *ad* pro usque ad a Livio aliisque usurpari solet. Exempla v. ad Epit. Liv. 102. Insuper *ad hanc diem Romanam persolvisti* Florent.

In eam necessitatem adduxisti, *ut aut reipublicae mihi*, *aut mei*

hanc diem Romana res, solvisti, meque in eam necessitatem adduxisti, ut aut reipublicae mihi, aut mei meo-
17 *rumque obliviscendum sit; nos potius nostro delicto plectemur, quam respublica tanto suo damno nostra peccata luat. triste exemplum, sed in posterum salubre juven-*
18 *tuti, erimus. Me quidem quum ingenita caritas liberûm, tum specimen istud virtutis, deceptum vana imagine de-*

meorumque obliviscendum sit] *in hanc necessitatem* Portug. et Haverk. Tum *aut reipublicae inde, aut mei* Voss. 2. et Lovel. 3. *aut reipublicae aut mei* Fragm. Hav. Deinde *mei meorumve* Harlej. 1. *mei meorum* Leid. 1. Lovel. 5. et Harlej. 2. Tandem *obliviscende sit* Lovel. 2.

§. 17. *Nos potius nostro debito plectemur*] Tò *debito* etiam ed. Tarvis. praefert. forte legendum *nostro merito plectemur.* Mstum habet *nostro delicto.* KLOCK. *nostro debito* est in edd. antiquioribus, pro quo Mogunt. Aldus, omnesque recentiores *nostro delicto* substituerunt; quod mihi itidem in omnibus codd. scriptis obvium fuit, nisi quod alio ordine *delicto nostro* sit in uno Lovel. 2. Id vero probum est, quare suam Klockio conjecturam relinquo. Praeterea *plecterem* Lov. 5.

§. 18. *Quum ingenita caritas liberûm, tum specimen istud virtutis*] *tum ingenita caritas* Voss. duo, Lovel. 1. 2. 3. 5. et Portug. V. ad 6, 23, 3. *tum ingenti caritas* Fragm. Hav. a m. 1. pro quo deinde emendatum est *tum ingens caritas.* Male. Infra 41, 18, 3. *Ne in metu quidem feritatis ingenitae obliti, saeviunt in praedam.* Tum *caritas liberorum* Lovel. 2. Sed infra v. ad 22, 22, 5. Deinde *te speciem istam virtutis* Florent. a m. 1. pro quo interpolatum deinde est *te specie ista virtutis. speciem* etiam perperam ed. Parm. V. infra ad 38, 17, 20.

Deceptum vana imagine decoris in te movet] *una imagine* Lovel. 1. a m. 1. et quaedam ex antt. edd. sollemni aberratione. V. postea hoc lib. c. 27, 2. Tum *decoris mei* Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *moveret* Lovel. 2. V. ad 39, 52, 6. *monet* Voss. 2. V. ad 35, 35, 5.

§. 19. *Sed quum aut morte tua sancienda sint consulum imperia*] *Si cum aut morte tua* Lovel. 3. *Sed aut cum morte tua* ed. Rom. anni 1472. *Sed aut cum morte sua* Parm. Tum *sentienda* Voss. 2. Lovel. 2. 3. Harl. 1. et Fragm. Hav. *sarcienda* Lovel. 4. Vulgatum rectum est. Liv. 25, 16, 6. *Nisi imperatoris et ejusdem hospitis proditi capite ac sanguine foedus cum hostibus sanxisset.* Curtius 10, 8. *Monere non destitit, jus imperii Perdiccae morte sanciendum esse.*

Ne te quidem, si quid in te nostri sanguinis est] Ita edidit Cel. Jac. Gronovius, supra testatus ad l. 2, 16, 9. patrem ita legendum censuisse, licet *nec te quidem* in omnibus scriptis repererit. Sane mihi etiam illud *nec te quidem* constanter obcurrit non modo in prioribus excusis, sed insuper in omnibus scriptis codd. V. supra ad 1, 10, 3. et locis ibi enumeratis, in quibus *nec quidem*, pro *ne quidem*, perpe-

coris, in te movet. Sed quum aut morte tua sancienda 19
sint consulum imperia, aut inpunitate in perpetuum ab-
roganda; ne te quidem, si quid in te nostri sanguinis
est, recusare censeam, quin disciplinam militarem, cul-
pa tua prolapsam, poena restituas. I, lictor, deliga
ad palum. Exanimati omnes tam atroci imperio, 20
nec aliter quam in se quisque destrictam cernentes

ram Msti praeferunt, adde supra 3, 63, 10. 5, 5, 1. c. 38, 9. 6, 12, 8. c. 18, 4. c. 26, 5. 8, 32, 13. c. 33, 12. 9, 3, 3. c. 4, 16. (*27, 18, 9.) illis vero, qui simili errore loca scriptorum liberarunt, Cel. Gronov. ac Burmann. ad Suet. Tiber. 15. et Cortium ad Sallust. Jug. 51, 5. Praeterea *nec te siquidem* Haverk. Tum *si quid uite nostre sanguinis est* Lovel. 5. *si quid nostri in te sanguinis est* Harlej. 2. Mox *recursare censeam* Lovel. 3. *recusare censeant* Fragm. Hav. Hinc *qui disciplinam* Lov. 3. *quid disciplinam* Voss. 2. *quin* deficit in Leid. 2. Insuper alio ordine *tua culpa* edd. Rom. ann. 1472. et Parm. quae *restituat* etiam praeferunt, pro *restituas*.

I, lictor, deliga ad palum] Formula frequentissima in suppliciis aut alia leviore poena sumenda. Pall. duo, et Andreae editio male exterunt τὸ *I*. Pejus Pal. sec. *Hunc lictor deliga ad palum*. Infra l. 9, 11. *I, lictor, deme vincula Romanis*. GEBH. Formulae hujus alia exempla v. apud Brisson. 5. de Form. p. 482. Imperativum *I* omittunt Voss. 2. Lovel. 1. 3. et edd. vett. ante Aldum. Interdum etiam in simili formula omittitur. Infra 26, 16, 3. *Lictor, viro forti adde virgas*. Alibi tamen saepissime additur, ut docent exempla a Brisson. d. l. laudata. Eamdem etiam servant reliqui scripti, nisi quod ejus loco *Hunc* habeant Lovel. 2. 5. Portug. et Haverk. [Veith.] *Ii* Harlej. 1. *iij*. Leid. 1. Pari modo *Agedum* usurpatur Liv. 9, 16, 18. *Agedum, lictor, excide radicem hanc*. Non numquam illud *I* omitti a librariis supra vidimus ad 1, 26, 11. V. etiam ad 9, 11, 13.

§. 20. *Exanimati omnes tam atroci imperio*] *Examinati* Florent. et ed. Parm. sollemni scribarum errore. V. ad 37, 3, 2.

Nec aliter quam in se quisque districtam cernentes securim] *destrictam* legendum est ex sententia virorum doctorum, de quo monui ad Flori 2, 2, 17. et sic Ryckius et Gronovius in Tacito omnibus locis ediderunt, ubi antea *districti gladii, districta tela* legebatur: nec tamen e Mstis, nisi semel ex uno, quem laudat Gronov. ad 12. Ann. 51. In Caesare quoque ubique, ut puto, in prima syllaba tertia vocalis est, non secunda: nec quisquam, quod sciam, in eo varietatem scripturae observavit. V. 1. B. Gall. 25. 1. B. Civ. 46. 47. et 75. DUK. *Non aliter quam is se quisque* Harlej. 2. *non aliter quam ipse quisque* Lov. 5. V. supra ad 3, 9, 5. *non aliter quam in se fixo quisque* Gaertn. Tum *destrictam* Voss. 2. Lov. 3. et ed. Parm. quod in contextum admisi. V. J. Fr. Gronovium simili macula Livium liberantem ad 27, 13, 9. ubi semper hoc sensu ita legendum monet; *distringi* enim fore impediri. Et ita apud Caesar. 1. B. Gall. 25. *gladiis de-*

securim, metu magis, quam modestia, quievere.
21 Itaque, velut emerso ab admiratione animo, quum silentio defixi stetissent; repente, postquam cervice caesa fusus est cruor, tum libero conquestu coortae voces sunt, ut neque lamentis, neque exsecrationi-
22 bus parceretur: spoliisque contectum juvenis cor-

strictis, pro *districtis*, legunt Bongars: pr. Voss. et Egmond. codices; et 1. B. Civ. 47. codex Petav. Adde Cel. Duker. ad Flori 2, 2, 17. Viros doctos ad Valer. Max. 2, 9, 6. 3, 1, 1. Oudendorp. ad Frontin. 1, 8. in princ. et quae notavi ad Silii 17, 164. ubi docui inter alia, fructus arboribus *destringi*, non *distringi*. Quae locutio ope cod. Sangerm. aliquoties Columellae reddenda est, ubi hodie in vulgatis edd. eodem modo peccatur. Ita 12. de re rust. 18. *Nec minus falculae et ungues ferrei quam plurimi parandi et exacuendi sunt, ne vindemiator destringat uvas.* c. 47. *Viridis feniculi semina et lentisci destricta et purgata in urceolo habeto.* paullo post eodem cap. *Oliva pausea et orchita quum primum ex albo decoloratur, fitque luteola, sereno coelo manu destringitur.* c. 50. *Trimodiae satoriae, quibus destricta bacca suscipitur.* Mox adhuc eodem cap. *Eadem ratione, qua superius, destringenda erit olea, et statim exprimenda.* Quorum locorum secundum ita jam edidit Commelinus. Duo etiam loca Colum. ex 4, 24. et 29. simili errore ex ingenio liberavit Doct. Oudend. l. l. quorum priori conjecturam ejus firmat iterum cod. Sangerm. altero ita etiam Commelin. vulgavit. Praeterea *securum* Florent. a m. 1. pro quo postea emendatum est *securem*; quod servant ex meis Voss. 1. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 5. Harlej. 1. et Fragm. Hav. V. ad 9, 16, 17. [*quisque cernentes strictam securim* Veith.] Mox verbis sequentibus *victu*, pro *metu*, Haverk. et *quieverunt*, pro *quievere*, Gaertn.

§. 21. *Velut emerso ab admiratione animo*] Particula *velut* deficit in Lovel. 4. Tum *emenso* praefert Haverk. Solent autem voces *emensus* et *emersus* in Mstis commutari. V. (* ad 21, 43, 9.) Freinsh. ad Flori 3, 10, 22. et viros doctos ad Ovidii 3. Fastor. 399. Mox *consilio*, pro *silentio*, edd. Rom. anni 1472. et Parm. Vox autem *repente* non adparet in Fragm. Hav.

Cervice caesa] V. Varr. 7. de LL. [p. 87.] l. 9. [p. 142.] et Donat. [Calphurn.] ad Terent. Heaut. 2, 3, 131. KLOCK. De voce *cervix* numero singulari v. etiam Vossium 4. Instit. Orat. 1, 8. [*libere conquestae cohortes sunt* Veith.]

Neque lamentis, neque exsecrationibus parceretur] Duae priores voces desunt in Flor. et Lov. 4. omissae negligentia scribarum ob repetitionem vocis *neque*. V. ad 9, 11, 11. Tum *parcerent* est in Harlej. 2. V. ad 38, 40, 1.

§. 22. *Funus ullum concelebrari potest, structo extra vallum rogo*] *celebrari* Florent. Lovel. 4. Portug. Fragm. Hav. a m. 1. et Hearnii Oxon. B. *concelebrare* utitur Livius supra 1, 9, 7. *Quantoque adparatu tum sciebant aut poterant, concelebrant.* Tum *exstructo* Lovel. 1. 5. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. in margine. *extracto* Leid. 2. Mox *concremaretur* Harlej. 2. et edd. vett.

pus, quantum militaribus ſtudiis funus ullum concelebrari poteſt, ſtructo extra vallum rogo cremaretur: Manlianaque imperia non in praesentia modo horrenda, sed exempli etiam triſtis in poſterum eſſent.

VIII. Fecit tamen atrocitas poenae obedientio- 1
rem duci militem: et, praeterquam quod cuſtodiae

usque ad Froben. qui anno 1535. *cremaretur* primus dedit. *cremarentur* Gaertn.

Non in praesentia modo horrenda, sed exempli etiam triſtis in poſterum] Notiſſimus loquendi Latinis scriptoribus modus: quare perperam Pal. sec. *exemplis etiam triſtibus*. Andreae ed. *exemplis etiam triſtitia*. GEBH. *exemplis etiam triſtia* non tantum edd. Rom. anni 1472. et Parm. sed et Harlej. 1. *in exemplum etiam triſtia* Lovel. 2. *exemplis etiam triſtibus* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk. *exemplis etiam triſtis* Leid. 1. Sed recte Gebhardus vulgatum praefert. Infra 44, 6, 14. *Supererat* etc. *in Macedoniam ad Dium per medios evadere hoſtes; quod* etc. *ipsum ingentis difficultatis erat*. Praeterea *non praesentia modo* Gaertn. *non in praesentiam modo* Flor. a m. 1. pro quo poſtea datum *non in praesenti modo*. Quod infra etiam obcurrit 34, 35, 11. *Daret talenta centum argenti in praesenti, et quinquaginta talenta in singulos annos*. Quum tamen id non nisi in optimo quidem, sed ex interpolatione, eoque uno tantum cod. supersit, vulgatum praefero, quod etiam Livio eſt familiarissimum. Ejus quaedam exempla supra v. ad 2, 44, 2. Adde 21, 57, 4. *Id unum maxime in praesentia desiderabatur*. 22, 60, 4. *Si quibus argentum in praesentia deesset*. 24, 22, 4. *In praesentia legatos ad Andranodorum mitti placere*. et eodem cap. §. 11. *Si in praesentia tempori cessisset*. c. 28, 7. *Ut non utique in praesentia bellum cum eis geratur*. c. 29, 3. *Levaverunt modo in praesentia velut corpus aegrum*. c. 45, 8. *Neque eum pro hoſte, neque pro socio in praesentia habitum*. c. 48, 8. *Facturos se in praesentia, quod vellet*. 25, 15, 3. *In praesentia duo millia equitum cum legatis mittit*. 28, 5, 10. *In praesentia, quae maxime urguebat res, Peparethum praesidium urbi mittit*. 29, 10, 3. *Neque usum ejus ullum in praesentia esse*. 30, 36, 6. *Non tam noscendi in praesentia, quam deprimendi hostis caussa*. V. etiam infra ad 33, 13, 13. Paullo ante *Manliana imperia*, sine conjunctione *que*, Harlej. 2. et vett. edd. Prima autem adscivit eam Mediol. anni 1505. tum Ascens. anni 1513. et 1516. Aldin. et pleraeque eam secutae.

§. 1. *Fecit tamen atrocitas poenae obedientiorem duci militem*] *Fecit ante atrocitas* Voſſ. 2. *Fecit tum atrocitas* Lovel. 2. V. infra ad Liv. 22, 17, 5. Deinde *obedientem* Harlej. 2. et editi ante Aldum.

Et, praeterquam quod cuſtodiae vigiliaeque] Prima vocula deeſt in Harlej. 2. et edd. vett. quam demum adscivit ed. Mediol. anni 1505. hinc Ascens. anni 1513. et 1516. Aldin. ac reliquae pleraeque. Omittitur deinde *τὸ quod* in Lovel. 5. a m. 1. sed elisum est a vocis proximae syllaba finali. V. ad 37, 54, 4. Tum *vigiliae cuſtodiaeque* Harlej. 2. eae-

vigiliaeque et ordo stationum intentioris ubique curae erant, in ultimo etiam certamine, quam de-
2 scensum in aciem est, ea severitas profuit. Fuit autem

demque mox memoratae vett. edd. In sequentibus *intentioris ubique erant curae* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk. *intentioris ubique curent* Florent.

In ultimo etiam certamine, quum descensum in aciem est, ea severitas profuit] *et in ultimo etiam* Harlej. 2. cum editt. vett. ante Mediol. anni 1505. Tum *in acie est* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. et Gaertn. *in acie*, ultima voce omissa, Lovel. 2. Deinde *ea securitas* Lovel. 5. *profuit* autem non comparet in Haverk.

§. 2. *Fuit enim civili maxime bello pugna similis*] Vet. lib. *Fuit autem civili.* et recte. Est enim novae narrationis initium. SIG. Quasi vero nunc Livius causam ederet, cur ista severitas profuerit. Helm. Rott. Voss. duo *Fuit autem civili.* J. FR. GRON. Similiter praeferunt Florent. Leid. duo, Lovel. quinque, Harlej. 1. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses, quorum tot testium fide in contextum recepi. Tum *civilis maxime bello* Leid. 1. *civili bello maxime* Lovel. 2. Hinc *similis pugna* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk. *civili bello pugna maxime similis* Harlej. 2.

Adeo nihil apud Latinos dissonum ab Romana republica, praeter animos, erat] Communiter dicit, arma, ordines, manipulos, omnia eadem fuisse Latinis. Sed quod est *ab Romana republica*, in scripto optimo libro saltem erat *ab Romana re*. Et malim. LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. Lipsii liber *ab Romana re*. GEBH. Lipsii emendationem Gruterus in ultimae ed. contextum recepit, eamque ex meis probat Florent. Reliqui plerique *republica*, vel *rep.* servant; quod quum Hearne nominatim sibi in Oxon. N. obvium memoret, reliquorum autem non meminerit, eos *Romana re* legisse indicat. Saepius *resp.* sive *respublica*, et *res* inter se commutantur. V. infra hoc lib. ad c. 31, 2. Id autem eo facilius hic committi potuit, quod vox sequens a litera *p* ordiatur. Praeterea *n* apud *Latinos dissonum* Lovel. 2. *nihil apud Latinos nihil dissonum* Haverk. Tum *praeter animus* Harl. 2. Ceterum praeter Lipsium, cujus expositionem inserui notis, hoc caput Livii inlustrat etiam Franc. Patric. in re milit. Rom. part. 4.

§. 3. *Clipeis antea Romanis usi sunt. deinde, postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clipeis fecere*] Quales Romani *clipei* fuerint, exponit pluribus l. 6. Polybius. Eum enim credo esse *clipeum*, quem πάρμην vocat [c. 20.] *scutum* vero, quod θυρεόν [c. 21.] SIG. Hic nisi *clipeum* a *scuto* distinguamus necesse est, a sensu aberremus. Sed et Livius 1, [43, 2.] primae classi imperatum dicit esse *clipeum cum galea, ocreis, lorica*: secundae *pro clipeo scutum, et praeter loricam eadem omnia.* Ubi Dionys. Halic. 4. Ant. Rom. [p. 221.] pro *clipeo* ἀσπίδα Graece scribit, pro scuto θυρεόν. Igitur *clipeus* rotundus erat, ut Virgilio auctore intelligi potest, qui, 3. Aen. [637.] praegrandem

autem civili maxime bello pugna similis. adeo nihil apud Latinos dissonum ab Romana re, praeter animos, erat. Clipeis antea Romani usi sunt: deinde, 3
postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clipeis

Cyclopis oculum comparat clipeo Argolico: oculi autem figura rotunda est.

> *Argolici*, inquit, *clipei, aut Phoebaeae lampadis instar.*

Scutum formae oblongae majusque clipeo. Itaque pro *clipeo* secundae classi datum *scutum* est, quod sine lorica essent, ut scutum et clipei et loricae loco esset, et totum corpus protegeret. 8. Aen. [682.]

> — — *scutis protecti corpora longis.*

Hinc et θυρεὸν Graeci vocant, quod referat similitudinem forium, quae longiores, quam latiores solent esse. *Stipendiarii* hic in Livio sunt, qui stipendia merent. Dicit enim Romanos scutis usos esse, ex quo stipendium militibus constitutum fuit; antea enim sine stipendio militabant. TURNEB. 11. Advers. 27. Ab capite petit et ab alto. Sed quod tamen ait de clipeis, non sic capiendum, quasi solis iis antea usi: imo vero et scutis: (ipse in Serviano censu docuit) sed quod post stipendia instituta solum usi sunt scutis, antea etiam clipeis. Postea docebo 3. de Mil. Rom. Dial. 2. LIPS. 2. de Mil. Rom. Dial. 3. *ante* Portug. V. ad 40, 12, 3. *ante ea* Haverk. V. ad verba seq. Praeterea *clipeis* etc. *Romani usi sunt* Lovel. 2. 4. 5. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et edd. Mediolanenses annorum 1480. 1495. 1505. Ascens. annorum 1513. 1516. 1530. Mogunt. Colon. anni 1525. Cervicorni, et Paris. anni 1529. Plerique reliqui codd. et edd. praeferunt *Clipeis antea Romanis usi sunt* usque ad Gronov. qui *Romani* reposuit. Sed ejus loco Hearnius iterum ac Clericus *Romanis* revocarunt. Patricius etiam de re milit. Rom. part. 4, 1. *Romanis* tuetur, et docet, Latinos, antequam clade ad lacum Regillum accepta stipendiarii Romanorum facti essent, in bello gestasse clipeos ovatos, quibus et Romanos usos fuisse ex censu Tulliano primae classis constat; eos autem clipeos ideo *Romanos* vocari, quia Romulus initio Argolicis clipeis uti solebat, quos scutis Sabinis postea mutavit, teste Plutarcho in Rom. p. 30. Clericus etiam hanc pro ea lectione rationem reddit, quod agatur de Latinis, qui ex foederatis *stipendiarii* facti sunt, non de Romanis. Sed Latinos Romanis stipendiarios factos esse, multo minus clade ad lacum Regillum hanc poenam ipsis inpositam fuisse, ex nullo scriptore constat. Certe Dionys. Halic. qui reliquis uberius historiam hanc narravit, nihil aliud, quam unum hoc, narrat 6. Ant. Rom. p. 358. *Εὖρόν τι παρὰ τῆς βουλῆς τὴν ἀρχαίαν φιλίαν καὶ συμμαχίαν, καὶ τοὺς ὅρκους τοὺς ὑπὲρ τούτων ποτὲ γενομένους διὰ τῶν εἰρηνοδικῶν ἀνενεώσαντο.* Quid autem vetusto foedere, quod vel Tarquinius Superbus vel antea Tarquinius Priscus cum Latinis composuit, convenerit, v. supra ad 7, 12, 7. Quod itaque pace virorum doctorum fiat, probo lectionem, quam Gronovius recepit, *Romani usi sunt*, et existimo, Livium hic non de

fecere: et, quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies coe-

Latinis, sed de Romanis agere. Id enim indicant verba seq. hoc cap. *Scribebantur autem quatuor fere legiones* etc. *alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur, qui eatempestate hostes erant Romanis, eodemque ordine* (quo nempe Romanos aciem instruxisse supra dixerat) *instruxerant aciem.* Et cap. seq. *Instructis, sicut ante* (nimirum hoc cap.) *dictum est, ordinibus, processere in aciem.* Neque etiam adsentior eidem Clerico, cui *scutum* gerere minus honorificum videbatur, quam gerere *clipeum*, quod Romae prima classis clipeum, secunda scutum gerebat; aliam enim, et longe veriorem, ejus rei rationem adtulit modo Turnebus, Ceterum neque eumdem Turnebum in eo sequor, quod *stipendiarios* hic Livio esse putet, qui stipendia merent. Sunt enim, qui stipendium solvunt. V. Cl. Duker. ad Flori 3, 20, 8. Et eo sensu *vectigalem ac stipendiariam Italiam Africae facere* Livius infra dixit 24, 47, 5. (*22, 54, 11.) Praeterea *dein* habet Leid. 1. V. ad 3, 3, 6. Tum *stipendiarii* non adparet in Voss. 2. ut nec *sunt* in Harlej. 2. Fragm. Hav. a m. 2. et omnibus edd. ante Aldum. Illud *sunt* etiam erasum est in Florent. in quo a m. 1. ut et in Leid. 1. voci sequenti *scuta* postponitur. *sunt facti* alio ordine habet Gaertn. Denique *facere*, pro *fecere*, est in Lovel. 1. 3. et Fragm. Hav. a m. 1.

Et, quod antea phalanges similes Macedonicis, hoc postea] Quando *antea*? Nam sub Romulo jam Legio, atque etiam Manipuli. Quid ergo vis? credo hoc. Manipulos quidem fuisse, sed non in acie divisim et distincte stetisse; concurrisse per totas legiones, sive, ut ipse appellat, phalanges. Nam et in ipsa illa Macedonum phalange discrimina sua et sectiones erant usque ad Centurias, Decurias: sed in acie juncta omnia et devincta. Tale igitur fuisse vult olim. In Athenaeo lego l. 6. Ἔλαβον δὲ καὶ περὶ Θυῤῥηνῶν τὴν σαδίαν μάχην φαλαγγηδὸν ἐπιόντων. *Acceperunt et a Tyrrhenis statariam pugnam, per phalanges incedentibus.* Agit de iis, quae Romani a variis gentibus ad se traxerint. Sed hoc *per phalanges ingredi*, sive φαλαγγηδὸν, aliter equidem acceperim, quam primo sonat. Nec enim vult, credo, legiones ipsas ab Etruscis sumtas: sed magis manipulos, aut sectionem potius divisionemque per manipulos in pugna. Nec aliter ego interpretor τὸ φαλαγγηδὸν, quam *manipulatim.* LIPS. de Milit. Rom. 2. Dial. 3. Nisi fuit: *et quae antea phalanges similes Macedonicis, haec postea.* V. in Senecam ad Marciam 19. J. FR. GRON. Partem emendationis Gronovianae probant, *haec* pro *hoc* legentes, Lovel. 5. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. Quum tamen et optimi, et maxima etiam pars codicum stent pro vulgata scriptura, atque ipse Gronov. ad d. l. Senecae fateatur, utrumque genus loquendi ferri posse, nihil mutandum arbitror. V. etiam supra ad 2, 38, 5. Ad haec vocula *et* deest in Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *ante* legit Lovel. 5. *antea* Haverk. V. ad verba praecedentia. Deinde *phalangis similes Macedonicis* Leid. 2. et Lovel. 1.

Hoc postea manipulatim structa acies coepit esse] Iterum rogo, Quando *postea*? incuria tua est,

pit esse. Postremo in plures ordines instrue- 4
bantur. ordo sexagenos milites, duos centurio-

(audeo dicere) Livi, quod non explicasti. Quin tu natare mihi in tota ista re videris, nec vel cum aliis scriptoribus, vel tecum satis consentire. Age, de Manipulis hoc quale est? Enim vero Manipuli statim ab urbe condita fuerunt, imo ante ipsam. Romuli primum tirocinium belli, et cum eripiendo fratri Remulo pastorum manum collegit, Manipulos habuit, ut fatentur prisci omnes, qui haec exsecuti. Illi ipsi Manipuli centenum hominum fuerunt. In Collectaneis de Origine Romana [c. 22.] *Romulus, coacta pastorum manu, eaque in centenos homines distributa, perticas manipulis foeni varie vinctas dedit. Unde institutum, ut postea milites, qui ejusdem signi essent, Manipulares vocarentur.* Plutarchus [in Rom. p. 22.] eadem: et diserte illam totam manum facit συλλελογισμένην εἰς ἑκατοστύας, *divisam ordinatamque in centurias.* Ovidius 3. Fast. [117.]

Pertica suspensos portabat longa maniplos,
Unde maniplaris nomina miles habet.

At enim desierunt postea fortasse Manipuli. Imo tu ipse, Livi, renovas, et jam sub rege Tarquinio agnoscis 1, [52, 6.] *Miscuit manipulos ex Latinis Romanisque.* Quae tamen mixtio non diuturna fuit, etsi habuit suas caussas: metum, ut opinor, a Latinis, si soli et seorsim ordinarentur. Quin et sub primis statim consulibus ponis, atque etiam numerose, et discretos, 2, [11, 8.] *Consulum alter T. Lucretius porta Naevia cum aliquot manipulis militum est egressus.* Atque adeo universe, nec falso, affirmas, 9, [17, 10.] *Disciplinam militarem, jam inde ab initiis urbis, in artis perpetuis praeceptis ordinatae modum venisse.* Ita sane ab ipsis initiis et Romulus decem Manipulos in classe quaque instituit, et Tullus Hostilius fortasse digessit magis et perpolivit. De quo Florus 1, 3. *Hic omnem militarem disciplinam artemque bellandi condidit.* Sed quid tamen hic pro te? quod ante dictum; non negare te de Manipulis, sed de eorum secretione in pugna, deque intervallis inter singulos, quae postea (Etruscorum fortasse exemplo ex Athenaeo) sunt instituta. LIPS. de Milit. 2. Dial. 3. MS. ab alia manu *manipulatim structa* 1. *et* 11. *acies coepit esse.* Lego igitur et sequentia, *postrema in plures ordines instruebatur.* KLOCK. Nihil huic conjecturae praesidii in scriptis meis, nisi quod *instruebatur* probent Portug, Haverk. et Gaertn. Sed nihil mutandum. Verba enim, quae sequuntur, *Postremo in plures ordines instruebantur* recte mox exponet Lipsius. *struebantur* habet Leid. 2. Utraque locutio proba est. V. ad 42, 51, 3. Sequor itaque omnes reliquos codices, vulgatam lectionem servantes. Praeterea *manu paulatim structa* Lovel. 3. Livius 2, 53, 1. *Alii alia manipulatim excurrunt.* 23, 42, 10. *Jam ne manipulatim quidem, sed latronum modo, percursant totis finibus nostris.*

§. 4. *Postremo in plures ordines instruebantur*] Ergo *Ordo* aliud Livio, quam *Manipulus* est, quod nexus orationis poscit, aut potius cogit. Primo in Phalanges, inquit, divisa acies, postea in Manipulos, postremo et in plures Ordines. Quis gradationem hanc non vi-

5 nes, vexillarium unum habebat. prima acies ha-

det, et cum temporibus res distinctas? Nec enim vult, sectionem ibi ftetiffe: sed ipsius Manipuli factas duas partes, quos Ordines appellarunt. Itaque adjungit, quid sit Ordo. LIPS. de Milit. Rom. 2. Dial. 3. Omnis illa gradatio, et cum temporibus distincta res peribit, si recipimus Klockii conjecturam, quam ad verba praecedentia rejiciendam docui.

Ordo enim sexcenos milites] Quidam hoc in *sexagenos* mutarunt. Si certum sciremus, quid *ordo* hoc loco significaret, non erat difficile definire, quid legendum. At paulo poft *quindecim ordines* vocat, longe dispari (si quidem illi recte mutarunt) significatione. Itaque nihil definio. Sicut nec illud *vexillum CLXXXIII. homines erant*, quod iidem *CLXXXVI.* emendarunt. Vegetius sane l. 2. capitibus duobus 6. ac 8. cum hac Livii descriptione minime convenit; quare nos quoque ea de re plura dicere (quando haec non sunt noftri propositi) supersedebimus. GLAR. Si *ordo* hic ipse Manipulus, quod vulgo volunt, cedo, quis manipulum tam exiguum (nisi forte in Triariis, de quibus non hic sermo) legit? Imo jam a Romulo centenarii illi, ut dictum; poftea etiam auctiores. Non tamen nego, *ordinem* interdum pro manipulo sumi: quod in hac ipsa narratione alibi Livius: sed non hic, ubi palam diftinguit. Quid ergo hic? idem, quod *centuriam* idem Livius appellat, Polybius *partem*. Ille *priorem* et *pofteriorem* in manipulo agnoscit, ifte *dextram* et *laevam*. Nec alio sensu *ordines petere* et *impetrare*; item *ordinis ductor*, pro centurione ipso. LIPS. de Milit. Rom. 2. Dial. 3. *Tò enim*, quod in antiquis edd. exftat, in uno tantum obvium fuit Harlej. 2. nisi quod ejus loco *in* babeant Voff. 2. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. sed sine sensu. Recte itaque eam vocem Aldus, ejusque fide reliqui editores omiserunt. Ei enim hic locus effe non potest. Deinde *sexcenos* in nullo non tantum scripto reperi, sed ne in aliis quidem editt. quam Ascens. anni 1513. 1516. et Paris. anni 1529. in quibus tamen ipsis *sexagenos* est in margine.

Duos centuriones, vexillarium unum habebat] Itane? hoc convenit et aequum est, ut in uno ordine duo sint centuriones? ut sexageni milites bis divisi, quaeque pars suum habeat? numquam factum, nec nisi hic lectum. Age, pergamus. Addit quindecim manipulos haftatorum fuiffe: ergo triginta ordines. Totidem principum. quid consequitur? in solis duabus claffibus *centum viginti* centuriones fuisse. Haec talia sunt, ut color iis allini nullus poffit ad fallendum. Equidem lectionem et diftinctionem muto leviter: *Ordo sexagenos milites et duos, centurionem et vexillarium unum habebat.* Ipsa haec res fuit. Primum, vetus ille et Livii hic Ordo non *sexagenos* milites habuit, ut Polybii; sed duobus plures, *sexagenos* inquam *duos*. Palam id evincit Livii numerus infra, qui in tribus vexillis (sive ordinibus. Tot enim vexilla, quot ordines) *centum octoginta sex* milites ponit. Unde illi sex super rotundum numerum, nisi a duobus iftis, qui redundant? Attende, clarum et firmum est. Secundo, feci *Centurionem et Vexillarium unum*. Nec hic aliquid ambigui. Ubi dux cumque, ibi vexillum: et Polybius diserte, *in quemque manipulum duos signiferos* ca-

stati erant, manipuli quindecim, distantes inter

pit, scilicet in ordine unum. LIPS. de Milit. Rom. 2. Dial. 3. Lipsius legit: *Ordo sexagenos milites et duos, centurionem et vexillarium unum habebat.* GEBH. Locus intricatus et corruptus in omnibus libris, quem tamen magna parte reparavit Lipsius. Igitur, ne nihil dicam, illius sententiam paucis proponam. Legendum est: *Ordo milites sexagenos duos, centurionem et vexillarium unum habebat.* nam cuique centuriae vexillum suum. Dein extra aleam est: *Prima acies hastati erant, manipuli decem.* non *quindecim*, quod inauditum. Ovidio [3. Fast. 128.] jam Romulus.

— *Hastatos instituitque decem.*
Et totidem Princeps, totidem
Pilanus habebat
Corpora.

Quia ergo totidem manipulorum Princeps, sine dubio mox legendum, *Hoc viginti manipulorum agmen.* non *triginta.* Consentiunt veteres, in omni legione, numeratis simul triariis, tantum fuisse triginta manipulos. Magis ambigua, quae sequuntur. De triariis Lipsius: *quia sub signis jam alii decem ordine locabantur.* Sed retineri videntur posse *ordines* pro manipulis; utcumque superius aliter acceperit: neque enim novum, veteres eamdem vocem in propinquo diversa vi satis usitata adhibere. Sic nec opus ejicere τὸ *ordo* in illis, quae subjunguntur: *ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat.* Pergit Lipsius: *earum unamquamque primam, Pilum vocabant.* Tres enim partes in quoque facit ordine sive manipulo, triarios, rorarios, accensos. Pilum autem proprie triariorum, primae partis. Sed sunt, qui omnes triariorum ordines *Primospilos* putent vocitatos: ita ut primus ordo centuriaque κατ' ἐξοχὴν *primuspilus* et *centurio primipili* diceretur, quemadmodum *Hastatus* et *Princeps* simpliciter κατ' ἐξοχὴν primus hastatus, et primus princeps: proximus *secundus primuspilus*, inde *tertius primuspilus*, et sic deinceps. Quod si mavis, licet legere: *earum primam quamque primumpilum vocabant.* Denique legit Lipsius: *tribus ex vexillis constabat, centum octoginta sex homines erant.* nempe unusquisque ordo sive manipulus. non enim vexillum, quae singula singulis generibus attribuit, unum triariis, alterum rorariis, tertium accensis. Sic fuerint hastati mille ducenti quadraginta, ex quibus ducenti leviter armati; principes mille ducenti quadraginta, sexcenti viginti triarii, totidem rorarii totidemque accensi: in universum omnis legio quatuor millium trecentorum quadraginta. Eoque inferius legendum: *quatuor fere legiones quaternis millibus peditum*, non *quinis*. J. FR. GRON. Polyb. quoque l. 6, 22. singulis ordinibus singulos signiferos adsignat, id est, cuique manipulo duos. Lipsius tamen 2. de Milit. Rom. Dial. 8. putat, inde non necessario consequi, in singulis manipulis duo signa fuisse. DUK. Omnes codd. scripti et editi constanter vulgatum servant. Cum Gronovio tamen emendationem Lipsii veram puto. Doujatius hoc modo scribendum et interpungendum censet infra ad §. 14. hujus cap. *Ordo milites sexagenos, et duos centurionem et vexillarium habebat.* ut ita per *duos*, qui supra sexagenos erant in unoquoque ordine, intelligantur centurio et vexillarius. τὸ *unum* vero delendum putat, tamquam na-

se modicum spatium: manipulus leves vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. leves autem, qui hastam tantum gaesaque gererent, vocaban-

tum ex ultima parte vocis *vexillarium*. Verum quum haec conjectura ejus illi argumento innitatur, describi hic a Livio legiones, quae ex quinque, non, ut Lipsius docet, quatuor millibus militum constabant, eo subruto ipsius etiam concidet conjectura. V. ad eum locum. [*ordoque sexagenos milites centuriones denos vexillarium* Veith.]

§. 5. *Prima acies hastati erant, manipuli quindecim*] Secus de Romana militia Polybius [l. 6, 18. et seqq.] quam hoc loco Livius agit: ita tamen, ut, quid ille sentiat, facilius, quam quid Livius, intelligi possit. Legionem enim quatuor millium peditum fuisse scribit. Eam vero in quatuor partes dividit: *Velites*, quos γροσφομάχους appellat, *Hastatos*, *Principes* et *Triarios*. primos natu minimos, extremos maximos, medios inter utrosque interjectos fuisse. praeterea *Triarios* sexcentos, *Principes* itemque *Hastatos* singulos mille et ducentos, *Velites* inde mille. Sin autem legio major fuit, tum praeter *hastatos* [*imo praeter* triarios] reliquarum trium partium numerum pro portione auctum fuisse. *Hastatos* praeterea in decem partes distributos, ac singulis earum *Centuriones duos* praefuisse, itemque in *Principibus* ac *Triariis*. *Velites* porro in partes aequales divisisse, iisque separatim *centuriones duas* praefecisse. partes has σπεῖραν, τάγμα, σημαίαν, praefectos ταξιάρχους, κεντουρίονας nominat. Haec ille. Livius autem primam aciem *Hastatos* facit, id est, leves milites ac scutatos, in eamque pubescentes ad militiam omnes conjicit. alteram *Principes* una cum scutatis, quos *antepilanos* vocabant. Tertiam ex quindecim ordinibus constituit, quorum unusquisque tres partes haberet, earum unamquamque *primum pilum* vocabant: ex tribus vexillis constabat, *Triariorum*, *Rorariorum* et *Accensorum*. In nominibus autem *Ordo* et *Manipulus*, atque in summa militum ex verbis ejus concipienda mira obscuritas est. SIG. Turbidus hic Auctor, qui involvit et evertit dicta omnia in militia, aut dicenda. Ergone quindecim manipuli Hastatorum? totidem Principum? totidem Pilanorum: Sunt igitur in legione non *triginta*, ut prisci consensu volunt, sed manipuli *quadraginta quinque*. Si sequimur, ecce et Centurionum numerus atque ordo mutandus, et erunt in universum *nonaginta*. Id quoque contra scripta veteribus. At enim Livius aperte, et iterato. Nam et mox sequitur, *Hoc triginta manipulorum agmen*, de duabus classibus: et deinde *quindecim* iterum adduntur. Quid dicam aut expediam? Ades Critica, tu illa proba cum necessaria: et hic puto esse. Legam *manipuli decem*: aut, copula inserta, quae errorem genuerit, *manipulique decem*. Etsi quid de caussa erroris quaero? nusquam magis aut crebrius, quam in numeris, peccatum. LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. Lipsius *manipuli decem*, vel *manipulique decem*. GEBH. In vulgatam lectionem conspirant omnes codd. nisi quod *prima acie hastati erant* sit in Leid. 2. Lovel. 1. 2. et Haverk Deinde quod *manipulum quindecim* legat Lovel. 3. *manipuli XX*. Lovel. 5. et quod vox *quindecim* desit in Klock. Recte tamen Gronov. ad

tur. Haec prima frons in acie florem juvenum pubes- 6
centium ad militiam habebat. Robustior inde aetas totidem manipulorum, quibus principibus est nomen,

verba praecedentia emendationem Lipsianam extra aleam esse dicit. Contra Doujatius infra hoc cap. ad §. 14. hoc loco *quindecim*, mox §. 7. *triginta* et *quindecim* adversus Lipsium defendit, ut obtineat, a Livio hic describi legionem, quae ex quinque millibus militum constabat: simul autem existimat, quum legio a quatuor millibus ad quinque millia augeretur, manipulos etiam, ordines, ducesque multiplicatos esse. Si quis autem velit, non ordinum ducumque numerum auctum, sed plures unicuique ordini sub unoquoque ductore milites adsignatos esse, eum facile vel ex Tacito refelli putat, apud quem in quinque aut amplius millium militum legione pristinum in unoquoque ordine retentum numerum liquet, sexagenorum nempe, 1. Ann. 32. *Repente lymphati destrictis gladiis in centuriones invadunt.* etc. *prostratos verberibus mulcant, sexageni singulos, ut numerum centurionum adaequarent.* Verum hic locus sententiam Doujatii non firmat, sed potius manifesti erroris convincit. Quum enim ea caussa redditur, cur sexageni milites singulos centuriones mulcarint, *ut numerum centurionum adaequarent*, indicat Tacitus, etiam suo tempore, quo numerus quatuor millium cujusque legionis auctus erat, tamen adhuc sexaginta tantum centuriones in quaque legione fuisse: quum autem duo ordines sive centuriae in quoque fuerint manipulo; sequitur pariter, triginta in legione manipulos, decem hastatorum, decem principum, ac decem triariorum fuisse. Sane Doujatii sententia de quindecim manipulis Hastatorum, totidemque et Principum et Triariorum toti antiquitati adversatur. V. Lipsium 2. de Milit. Rom. Dial. 8. Mox *astantes*, pro *distantes*, Lovel. 4.

Manipulus leves vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat] *manipulus levis vicenos milites* omnes Msti, et edd. vett. Sed *levis* more antiquo pro *leves* scriptum est. Tum *aliam turmam* Harlej. 1. solito errore scribarum. V. ad 25, 16, 15. *ala turbam* Lovel. 2. Hinc *scutorum* Voss. 1. Leid. duo, Florent. Lovel. 1. Harlej. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Contrario errore *armatorum*, pro *armorum*, librarios in Livio dedisse, existimat Gronov. infra ad 42, 37, 7. *aliam turbam scutatam* Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2.

Leves autem, qui hastam tantum gaesaque gererent] MS. *leves lz qui hastam*; quod valet, *leves, id est, qui hastam.* KLOCK. Τὸ *autem* in omnibus meis constanter perstat. Deinde *cesaque*, vel *caesaque*, Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 3. 5. et Harlej. 1. *gessaque* Harlej. 2. Portug. et Haverk. *gessamque* Fragm. Hav. Utroque modo *gaesa* et *gesa* scribi, existimat Dausquej. in Orthogr. parte sec. ea voce. Sed Voss. in Etym. Lat. ea voce, prius in antiquis, posterius in recentioribus tantum libris obvium esse docet. De gaeso plura notavi ad Silii Ital. 2, 444. In Florent. ex interpolatione, pro *gaesaque*, scriptum erat *gestabantque*. [in Veith. *telaque*.]

§. 6. *Haec prima frons in acie florem juvenum*] *Haec prima sors in aciem* Lovel. 2. *Haec prima foris in aciem* Florent. et Harlej. 1.

hos sequebantur, scutati omnes, insignibus maxi-
7 me armis. hoc triginta manipulorum agmen ante-

Haec prima in aciem foris Leid. 1. *in aciem* etiam Leid. 2. Lovel. 1. 5. et Gaertn. Tum in sequentibus *ac militum*, pro *ad militiam*, Voss. 2. Lovel. 2. 3. 5. Leid. 1. et Gaertn.

Quibus principibus est nomen, hos sequebantur] *quibus est nomen principibus* Voss. 2. Deinde *obsequebantur* Lov. 5. et Portug. Mox τὸ *maxime* non conspicitur in Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. Eadem vox, ut et sequens *armis* desunt in Gaertn.

§. 7. *Hoc triginta manipulorum agmen*] Mea voluntate *viginti*. LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. V. supra ad §. 5.

Antepilanos adpellabant, quia sub signis jam alii quindecim ordines locabantur] Sic autem vocabant hastatos et principes in legione, quod essent ante triarios, qui *pilani* vocabantur, ut et M. Varro 4. de ling. Lat. [p. 24.] docet: sic enim scribit. *Hastati dicti, qui primi hastis pugnabant: pilani, qui pilis: principes, qui a principio gladiis, et post, commutata re militari, minus illustres sumuntur. Pilani triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine extremis subsidio deponebantur.* Et Ovid. 3. Fast. [128.]

— hastatos instituitque decem.
Et totidem princeps, totidem pilanus habebat
Corpora, legitimo quique merebat equo.

Ceterum aut pro *quindecim* scribendum *novem*, aut, in vexilli numero error sit, necesse est. Nam cum in vexillo dicat esse centum octoginta sex homines, hi tres efficiunt ordines sexagenûm hominum cum suis centurionibus. nam in ordine duo erant. Sic tria vexilla efficiunt novem ordines, non quindecim: ex quibus acies postrema constabit, qua ordinem unum ex illis effici dicit, cujus pars una primum pilum dicebatur, id est, vexillum triariorum: ut proinde legendum esse suspicer: *novem ordines locabantur: ex quibus ordo unus, qui tres partes habebat, earum una, quam primum pilum vocabant, tribus ex vexillis constabat.* Nam nisi ita legatur, vix est, ut ordinum numerus cum vexillis convenire posse videatur. Haec tamen admonitioni ita sunt, ut non sine cautione lector amplectatur. TURNEB. 11. Advers. 27. Mire haec postrema involuta aut foedata. Si sana sunt, alia mente et ingenio opus (ego cedo) ad eliciendum aliquid sani. Transilit ecce a *Manipulis* ad *Ordines*, et, *alii*, inquit, *quindecem ordines*. Quid alii? quasi et Manipuli Ordines. Vide seriem, hoc evincit. Quid refutem, aut te teneam? sine fraude sententiae dictio mihi esto. Corrigo, *quia sub signis jam alii decem ordine locabantur*. Qui alii *decem?* nempe manipuli. Quomodo locabantur? *ordine* (ita lego) et *sub signis*. Cur hoc monet? nonne et alii sub signis? Ita, sed quia hoc postea immutatum, et Rorarii et Accensi (id est, levis armatura) sub nullis signis, ideo expresse addit *ordine* stetisse, (non sparsim in fronte, ad latera, aut per intervalla) idque *sub signis*. Qui veteris militiae firmiter sciens est, haec non refutabit. Quod si quis totam vocem *ordines* ejicit, per me licebit. LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. Vocem *antepilanos* corruptam, ejusque loco *antesignanos* legen-

pilanos adpellabant, quia sub signis jam alii quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unus-

dum esse, existimat Franc. Patricius de Re milit. Rom. parte 4, 5. ad id tribus rationibus adductus. Prima est, quod vox illa, considerata ejus etymologia, non aliud significare possit, quam eos, qui ante pila stabant: id quod hic locum minime habere potest, quoniam ipsi hastati et principes pila gestabant, et triarii non pila, sed hastas gerebant. Secunda est, quod verba Livii, quemadmodum hodie leguntur, nullum habeant sensum, neque illud *quia jam sub signis* ullo modo cohaereat cum verbis his *antepilanos appellabant*. Tertia est, quod vox *antepilani* non reperiatur apud ullum auctorem, nec usquam apud ipsum Livium, si ab hoc loco discesseris, in quo ter vox illa obcurrit. Patricio favet Leid. 2. in quo scriptum est *antesignarios appellabant*. Verum, praeterquam quod non verisimile sit, alios omnes librarios pro notissima voce *antesignanos* dedisse minus notam *antepilanos*, idemque etiam cod. Leid. 2. infra c. 9, 14. ac c. 10, 5. ut et plerique reliqui Msti vel *antepilanos* legant, vel *antepilarios*, rationes insuper a Patricio adductae non satisfaciunt. Quod enim ad primam, quam dedit, adtinet, quamvis postea genera armorum mutata sint, id tamen negari nequit, olim triarios adpellatos esse *pilanos*, et primitus hastatos dictos esse, qui primi hastis, pilani qui primi pilis, principes qui a principio gladiis pugnabant, ut ex Varr. et Ovidio docuit Turneb. Eo igitur respectu hastati et principes dicti sunt *antepilani*, quia ante pila, ante milites pilis armatos in acie consistebant, ante pilanos, id est triarios, pugnam inibant; quamvis jam hoc tempore non tantum triarii pilis amplius non pugnarent, sed et contra ipsis hastatis ac principibus pila tributa essent: quemadmodum et *hastati* id nomen retinuerunt, licet loco hastarum pila accepissent. Quod ad secundam adtinet, ratio Livii, cur hoc triginta manipulorum agmen *antepilani* vocentur, recte adparebit, si conjungenda non disjungamus, et rationem datam demum finiri credamus verbis *primum pilum vocabant*. Neque etiam tertia ratio satisfacit. Si enim quam maxime verum foret, *antepilanus* non reperiri apud ullum scriptorem, nihil aliud sequeretur, quam vocabulum illud esse referendum inter ἅπαξ λεγόμενα. quae omnia si expungenda forent, ingens corrumpendis scriptoribus fenestra aperiretur, et lingua Latina multo pauperior evaderet. Immo ipse Patricius postea sect. 7. fatetur, se voces *rorarius* ut et *accensus* hoc sensu neque alibi apud Livium, quam hoc cap. neque etiam apud ullum auctorem alium reperisse: et tamen addit, se non ideo adfirmare, voces eas hic esse mendosas. At insuper ex lexicis, quae hodie in omnium manu sunt, constat, eadem hac voce, quamvis sensu translato, usum etiam esse Amm. Marc. 28, 1. *Cum Maximino velut antepilano suo contendens*. Cui adde alium locum a Lipsio 4. de Milit. Rom. Dial. 1. observatum ex l. 16, 12. *Steterunt vestigiis fixis, antepilanis, hastatisque, et ordinibus primis velut insolubili muro fundatis*. Ad eumdem, ad quem Patricius, lapidem offendit etiam Salmas. de Re milit. Rom. c. 4. qui inprimis secundum Patricii argumentum ursit; sed cui jam satisfactum est. Ceterum emendatio-

quisque tres partes habebat. earum unamquam-

nem Lipsianam partim probat Gronov. supra ad §. 4. partim, ea rejecta, vulgatum *ordines* servat. Contra ipsum illud, quod Gronovius probabat, *decem* pro *quindecim*, displicet Doujatio, a quo stant omnes codd. nisi quod *XVI.* sit in Harlej. 2. V. tamen antea ad §. 5.

Ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat] Nec id admitto. Tollo *ordinem* ex repetitione prave insertum, et lego, *ex quibus unusquisque.* Quis unusquisque? manipulus de quo praeivit. Sententiam totam clare mox videbis; sunt enim nexa. LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. Neque hic opus esse, ut *ordo* ejiciatur, monet Gronov. loco supra laudato. Deest tamen illa vox, sed in solo Haverk. Non adparet etiam *τὸ tres* in Voss. 2. et Lovel. 3.

Earum unamquamque primumpilum vocabant] Falso, falso. Quid stultius, quam singulas partes *primas* dicere? Ubi ordo et positio est, etiam numerus variat pro situ. *Earum unamquamque primam Pilum vocabant.* Tres, inquit, sunt manipuli cujusque partes, non duae, ut in prioribus. Primam quamque harum partium (sunt enim decem ita primae) appellant *Pilum.* Nonne id clarius est? Tres fuere classes, *Hastati, Principes, Pilani.* Sunt isti ultimi, quibus subjuncti et adjuncti *Rorarii et Accensi.* Ergo in isto uno manipulo tres, singulae nominibus suis distinctae. Ecce jam complexione sententiam totius loci: *Hoc viginti Manipulorum agmen Antepilanos vocabant. Quare? quia jam sub signis et ordine alii decem Manipuli sequebantur, qui tres partes singuli habebant, et earum unaquaeque prima Pilus dicebatur. Quia igitur ante Pilum positi illi, Antepilani dicti.* LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. Lipsii, qui in toto hoc capite illustrando et emendando laudabilem operam praestitit 2. de Milit. Rom. Dial. 3. et 4. Dial. 1. alias emendationes merito amplectitur Gronovius, duas minus probat. Primum non placet ei, quod hic *ordines* in *ordine* mutat, et *ordo* delendum censet: deinde quod, pro *unamquamque primumpilum vocabant*, legit *unamquamque primam, pilum vocabant.* Nec sane necessaria videtur priorum verborum, quae satis commode ex sententia Gronovii exponi possunt, emendatio: posteriora corrupta esse, certissimum est. Si enim unamquamque partem uniuscujusque ordinis primum pilum vocabant, etiam singulas partes rorariorum et accensorum primos pilos vocatos, et in decem his ordinibus triginta primos pilos fuisse dici debet, quod satis absurdum est. Itaque Lipsius levi mutatione, quod in vulgata scriptura est *primum*, emendat *primam.* Ea emendatio hanc rationem habet, quod quemadmodum *Princeps* et *Hastatus* pro ipsis ordinibus ponuntur, et centuriones eorum *primum*, *secundum*, *tertium*, et sic porro, *Principem* vel *Hastatum ducere* dicuntur; ita credibile est, etiam *pilum* ordinem esse, quia eodem modo *primum pilum ducere*, et *primi pili centurionem* legimus, et quia omnes triarii *pilani* dicti sunt. Sed Gronovius, quum, ut videtur, sententiam eorum probaret, qui omnes triariorum ordines (id est, unamquamque primam partem horum decem ordinum, qui singuli tres partes habebant) *primos pilos* vocitatos putant, mavult legi, *earum primam quamque primum pilum vocabant.* Esse, qui ita putent, etiam Lipsius 2. de Milit.

que primum pilum vocabant. Tribus ex vexillis 8

Rom. Dial. 8. scribit; nec tamen magis eos nominat, quam hic Gronovius. Sed fuerunt in ea sententia P. Manutius, ac deinde Valesii, quorum hi ad Ammian. Marc. 16, 12. verbo *ordines triariorum primum pilum*, ille ad Cic. 5. ad Att. Ep. 20. *omnes centuriones triariorum pariter primos pilos vocatos* tradunt. Addit rationem sententiae Manutius, quia nec usquam *primi*, *secundi*, *tertii*, *quarti pili*, vel reliquorum mentio fit; et quod Livius hic unamquamque triariorum partem primum pilum dictam adfirmat. Verum neque Livius hoc dicit, in cujus recepta lectione, quam Manutius secutus est, non alius sensus, quam quem dixi, esse potest; et *primi pili* tam multis locis mentio est, ut mirer, qui hoc ei excidere potuerit; quum praesertim ipse ad Ciceronem pro Balbo 15. quaedam eorum describat. Quod autem dicit, nusquam *secundi*, *tertii*, *quarti pili*, vel reliquorum, mentionem fieri, id non negat Lipsius, sed tamen verosimile esse putat, omnes ordines triariorum post primum, quem *primum pilum*, et, qui eum ducebat, *centurionem primi pili* vocabant, a primo ita distinctos fuisse, ut *secundum*, *tertium pilum* pro secundo, tertio eorum ordine, et horum centuriones, *secundi*, *tertii pili centuriones*, atque ita ceteros usque ad decimum, dicerent. Nec ullam vim habet argumentum illud Manutii, ut quod eadem ratione adversus ipsum converti possit: quum neque usquam *secundi*, *tertii*, *quarti primipili*, et reliquorum mentio fiat. Ac ne ipse quidem sibi constat. Nam ad Ciceronem pro Balbo d. l. aliam conjecturam proponit, centurionem primi ordinis triariorum *primipilum*, secundi forsitan *secundum triarium*, tertii *tertium triarium*, atque ita deinceps usque ad decimum, appellatos fuisse. Et sic etiam Aldus 2. de Quaesitis per Epist. 3. Sed hoc quoque, quum plane nulla auctoritate nitatur, merito repudiat Lipsius, qui, nisi fallor, eos 2. de Milit. Rom. Dial. 8. in fine tangit. Gronovius hic eos, qui omnes ordines triariorum *primospilos* vocatos putant, hac ratione juvare conatur. Primus ordo principum et hastatorum *primus princeps*, *primus hastatus*, et simpliciter *κατ' ἐξοχὴν princeps* et *hastatus* dicebatur; secundus eorum ordo *secundus princeps*, *secundus hastatus*, et sic porro. Eodem modo ergo primus ordo triariorum *κατ' ἐξοχὴν* erat *primus pilus*, ejusque centurio *primi pili centurio*: proximus ordo *secundus primus pilus*, inde *tertius primus pilus*, atque ita deinceps. Unde intelligitur, eum existimasse, secundi ordinis triariorum centurionem *secundi primi pili*, tertii *tertii primi pili* centurionem, et sic ceteros usque ad decimum vocatos fuisse. Sed non ad amussim exacta est comparatio. Concedamus ordinem primum principum et hastatorum simpliciter *Principem* et *Hastatum* dici, etsi id adhuc non nisi de centurionibus horum ordinum, quum autem ordo designetur, semper *primus* additum inveni. Sed si primus ordo triariorum ita *κατ' ἐξοχὴν primus pilus*, ejusque centurio *primi pili centurio* appellatus fuit, quemadmodum primus ordo et centurio principum et hastatorum *Princeps* et *Hastatus*, consequens est, ut, quemadmodum idem, qui simpliciter *Princeps* et *Hastatus*, etiam *primus Princeps* et *primus Hastatus* dicitur, sic etiam primus ordo triariorum *primus pilus*, et *primus primuspilus*, ejus-

constabat. vexillum centum octoginta sex homines

que centurio *primi pili*, et *primus primi pili centurio* vocetur: nam *primus pilus* in comparatione Gronovii tantum respondet *τοῖς princeps* et *hastatus*. Verum haec haud dubie nusquam reperiuntur. Sententia eorum, qui omnes ordines triariorum *primos pilos* dictos statuunt, hac sola conjectura defendi posse videtur, ut putemus, primam quamque partem cujusque ordinis, id est, triarios, *primum pilum* dictos fuisse, respectu habito ad rorarios et accensos, qui in eodem ordine erant, eamque appellationem deinde, quum jam rorarii et accensi a corpore triariorum detracti essent, mansisse. Ita locum habere potest conjectura Gronovii in Livio. DUK. Doujatius infra ad §. 14. levi, ut aït, mutatione scribit, *eorum* (nempe *ordinum*) *unus*, *quem primumpilum vocabant*, *tribus ex vexillis constat*. Sed ita legit, ut subserviat sententiae suae, revera quinque millium militum legionem a Livio describi, de quo v. eo loco. Praeterea *primipilum* Lovel. 5. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. Gronov. ad §. 5. vel vulgatum contra Lipsium tuebatur, vel aliam ibidem videndam conjecturam proponit.

§. 8. *Tribus ex vexillis constabat*] Ipse manipulus (ἀπὸ κοινοῦ) constabat tribus vexillis. Quid mirum? ratio exigit, et ante dicta. Nam quisque ordo suum vexillum habuit: tres hic ordines sive partes: ergo tria vexilla. LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. Praepositionem *ex* ignorat Klock. Sed eam reliqui constanter servant. Eamdem autem, quam Sueton. Plinius, Quinctilianus, et alii omiserunt, veteres addere solitos fuisse, observat Cel. Burm. ad Suet. Aug. 25.

Vexillum centum octoginta sex homines erant] Iterum hic uro et seco: Diodore, ubi es? Nam age; decem manipuli in extrema acie: cujusque tres partes, et totidem vexilla: sunt igitur haec triginta. Si autem in quoque vexillo homines *centum octoginta sex*; erunt in sola hac acie *quinque millia quingenti octoginta*. Adde reliquas duas, quae et quanta ista legio? Atque haec ex nostra prima correctione: si *quindecim ordines* retines, partes et vexilla magis etiam auges. Ergo iterum necessario seco, et vocem rejicio *vexilli*. Lego, *tribus ex vexillis constabat*, *centum octoginta sex homines erant*. Id justissime et verissime. Quisque ordo, ut ante dictum, sexaginta duo homines erant: tres sunt in hoc tali manipulo: ergo in totum homines *centum octoginta sex*. Atque est haec ipsa Polybiana militia et ordo, cum unico saltem discrimine, quod est a levi armatura. Nam Polybii seorsum est, et extra ordines: hic in ordinibus, et Pilanis conjuncta. Sed numerum si vides, nihil discriminis prorsus. Nam sunt Rorarii *sexcenti viginti*, totidem Accensi: ergo simul *mille ducenti quadraginta*. Nonne totidem Velites in Polybio? excipio, quod quadraginta isti redundent, ex supernumerariis illis duobus. Idem est in Triariis sive Pilanis. ibi sunt *sexcenti*, hic *sexcenti viginti*: et nunc vides ac discis causam, cur et unde illi tam pauci respectu priorum. Ab antiquo scilicet instituto est, et cum in uno Manipulo Leves habuerunt; ii postea divulsi sunt et dirempti: manserunt igitur illi eodem numero, nec aucti. Dic sodes, quae divinatio haec sic attigerit, et undique pariaverit, nisi quia res fuit? ut igitur consummem, habes triginta manipulos in Livio: priores viginti faciunt homines

erant. Primum vexillum triarios ducebat, vetera-

bis mille quadringentos octoginta: posteriores decem, *mille octingentos sexaginta.* Ergo est haec legio *quatuor millium trecentorum quadraginta.* Superat Polybianam *centum quadraginta*: qui nati sunt ex *duobus* supra sexaginta toties dictis. At in Livio mox sequitur, *legiones tunc scriptas fere quinis millibus peditum*: non ergo ad nostrum numerum. Ajo id quoque falso, et in Livio rescribendum *quaternis.* Bona fide invitus toties rescribo: sed quae mea culpa; si res, si Livius ipse poscit. LIPS. 2. de Milit. Rom. Dial. 3. Vocem *vexillum*, in qua delenda Lipsio consentiunt Gronov. supra ad §. 4. et Doujat. infra ad §. 14. agnoscunt omnes scripti et editi. In numero vero variatur. *CLXXXV* habet codex Klock. *CLXXXIII* primae edd. pro quo Aldus primus substituit *CLXXXVI*, quemadmodum reliqui scripti offerunt. In hoc numero servando conspirant etiam viri docti recentiores praeter Patricium de Re milit. Rom. parte 4, 6. qui, per vocem *ordo* supra §. 4. manipulos intelligens, adeoque quindecim manipulos, id est, ordines hastatorum, totidemque principum, simul cum duobus centurionibus unoque vexillario cujuslibet manipuli, mille octingentos et nonaginta homines effecisse existimans, tria millia centum et decem homines, qui insuper requiruntur, ut legio sit quinque millium, in hoc tertio quindecim ordinum sive manipulorum agmine numeratos fuisse opinatur, ita ut quilibet ordo sive manipulus fuerit ducentorum et septem hominum, quorum erant sexaginta novem triarii, totidem rorarii, totidemque accensi. Haec autem tria millia centum et decem homines illorum quindecim manipulorum ex tribus constitisse vexillis arbitratur, et quidem in primo vexillo tot fuisse triarios, quot in secundo rorarii, quotque in tertio erant accensi. Hinc verba Livii corrupta, sive notas numerales mendosas esse, putavit, et pro *centum octoginta sex*, sive 186. legit 1036. sive *mille triginta sex.* Harum adnotationum ratio non permittit, ut singula refellamus; evertendae emendationi sufficit, ei adversari ipsa Livii verba, quae tamen intacta reliquit, et simul refingenda erant. Si enim quindecim hujus agminis ordines in tria vexilla divisi fuissent, dicere Livius debuisset *Tribus ex vexillis constabant*, nempe quindecim illi ordines. Quum autem dicat *constabat*, ostendit, se de unoquoque ordine, de quo modo praecessit, loqui. A Lipsii opinione discedit etiam Doujatius infra ad §. 14. qui, legens *eorum* (nempe, ordinum) *unus, quem primum pilum vocabant, tribus ex vexillis constabat, centum octoginta sex homines erant*, censet, cum emphasi hic *homines*, non *milites*, memorari, ut comprehendantur tres centuriones ac tres vexillarii hujus manipuli; qui ex ipsius emendatione seorsum numerabantur supra §. 4. praeterea existimat, ad solum primum tertii hujus agminis ordinem sive manipulum haec verba referenda esse, reliquos quatuordecim ejus ordines sive manipulos receptum militum numerum non excessisse, sed in unoquoque eorum centum viginti milites, id est, quadraginta triarios, totidem rorarios, totidemque accensos fuisse; quae omnia gratis adsumuntur, et ex verbis Livii probari nequeunt. Veriora Lipsium proposuisse, ipsa ratio, et mira numeri a Livio memorati per omnes partes convenientia docet.

num militem spectatae virtutis: secundum rorarios, minus roboris aetate factisque: tertium accensos, minimae fiduciae manum. eo et in postremam aciem
9 rejiciebantur. Ubi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omnium primi pugnam inibant.

Veteranum militem spectatae virtutis] *veteranorum militum* Lovel. 2. *veteranum militum* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Tum *exspectatae virtutis* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. supra ad 6, 33, 1.

Secundum rorarios, minus roboris aetate factisque] *erarios* Lovel. 2. Nomen *rorariorum*, si ab hoc loco discedas, nusquam, nec apud Livium, nec alium quemquam auctorem, reperiri, existimat Patricius de Re milit. Rom. 4, 7. At plura loca veterum, ubi memorantur, conlegit Lipsius in analect. ad Milit. Rom. 3. Dial. 1. Vox *roboris* deficit in Voss. 2.

Accensos, minimae fiduciae manum] *accessos* Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. Per *accensos* non significari certum quoddam militum genus apud ullum vel Latinum vel Graecum rerum Romanarum scriptorem, pronunciat Patricius l. l. Verum, eumdem et hic errasse, doceent loca a Lipsio ibidem prolata. Hinc *minimae fiduciae manus* Klock. *minimae fiduciae manu* reliqui omnes, quos vidi, scripti, ut et edd. vett. Rom. anni 1472. Parm. Mediol. annorum 1480. 1495. 1505. Veneta anni 1498. et Ald. in qua tamen inter errata *manum* recte praefertur. In verbis sequentibus vocula *et* non adparet in Portug. et Haverk. Deinde *in posteram aciem*, pro *postremam*, praefert Leid. 2. quomodo alibi etiam scribae errare soliti sunt. V. infra ad 9, 7, 11. Ceterum voculam *et* omisit etiam librarius Oxon. L. 2. sed ejus loco sequentia inseruit: *operae pretium judicavi, pro faciliore legentium intellectu, moderno ritu describere, qualiter acies ordinabantur in campo, ubi erat pugnandum: et quoniam in pugna praesenti inter Romanos et Latinos plenius datur forma pugnantium. Consistebat, dicit textus, quod acies continebatur ex manipulis. Manipulus vero continebat LX. milites, quos duo centuriones et unus vexillarius conducebat. Centuriones puto, quod centum milites sub se haberent. sed qui plus aliis erant docti, erant conductores eorum. Cum ergo consules acies ordinare, faciebant tres ordines. In prima acie manipuli XV. et distabant inter se modico spatio. et antecedebant eos alii manipuli leviter armati cum hastis et scutis, qui constabant ex viginti: erantque juvenes pubescentes, avidi ad certamen. et continebat iste ordo XXX. manipulos, vocabaturque primipilanus, vel antepilanus. In illa acie erant quindecim alii manipuli, et habebant tres pilarios* [huic voci adscriptae notae indicant eam inducendam esse] *vexillarios, quorum quilibet conducebat LXXXVI. homines. Sub primo vexillo hujus aciei vocabantur trajani*, [in margine *vel triarii* eadem manu scriptum erat] *erantque veterani milites spectatae virtutis. Secundum vexillum sequebantur rorarii, qui inferiores erant robore et aetate factisque. Tertium vexillum sequebantur milites, qui vocabantur accensi, in quibus non erat tanta fiducia probitatis, et propterea duos acies sequebantur extremi. Hastati ergo primi omnium*

si haſtati proſligare hoſtem non poſſent, pede presso eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant. tum principum pugna erat; haſtati sequebantur. triarii sub vexillis considebant, siniſtro crure porrecto, scuta innisa humeris, ha-

pugnam inibant, et, si fugare hostem non possent, non fugiebant, sed retrocedendo ponebant se poſt principes, qui in succursum eorum pugnabant. Et acies triariorum stabant fixi sub vexillis, parati, si male cessisset primis, ipsi subire certamen, et habebant lanceas erectas, qui fixas in terra, ut hoſtibus videretur ad eas penetrare vel vallum steccatum. principes autem si cogerentur cedere, recurrebant post triarios. Et de alia acie subsequenti fiebat. Cum ergo omnes essent, qui sub uno vexillo conclusi simul et semel ruebant in hoſtes, et erat formidolosissimum eis; qui, cum viderentur viciſſe, reperiebant fortificatas acies exurgentes in ipsos. Et est sciendum, quod consules frequentius secum ducebant quatuor legiones, quarum quaelibet constabat ex quinque millibus peditum et trecentis equitum. Recte Hearnius, ea omnia, olim ad marginem alicujus cod. a sciolo adscripta, in contextum admiſiſſe librarium linguae Latinae rudem, non dubitat. Sane est barbara multisque erroribus scatens loci Liviani periphrasis. [Eadem adduntur in Veith.]

§. 9. *Ubi his ordinibus exercitus inſtructus esset*] Hunc et quatuor sequentes §. latius inluſtrat Lipsius 4. de Milit. Rom. Dial. 1. Ceterum *His ubi ordinibus* Klock. Tum *inſtructus erat* habet Gaertner.

Haſtati omnium primi pugnam inibant] *primi omnium* Fragm. Hav. *omnium primum* Voſſ. 2. Leid. 1. Hearnii Oxon. L. 1. et ed. Parm. *omnium primum primi*, utraque lectione juncta, Haverk. Deinde *proelium inibant* Fragm. Hav. (* v. ad 39, 31, 2.)

Pede presso eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant] *pede pressos eos* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. scribarum aberratione. Ita *presso gradu* Ovid. 3. Met. 17.

Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu.

ubi similis locus Livii laudatur ex 28, 14, 14. Deinde *introcedentes* Haverk. Tum praepositio *in* omiſſa est in Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 3. 5. Portug. et Fragm. Hav. Sed eam absorpsit syllaba prima vocis sequentis. V. infra hoc cap. ad §. 12. et hoc lib. ad c. 33, 6. *in intervallum principes recipiebant* praefert Harlej. 2. Mox vox *principum* non adparet in Lovel. 2.

§. 10. *Triarii sub vexillis considebant*] *Triarii vexillis considerabant* Florent. *insidebant* Voſſ. 2. *insinebant* Lovel. 3. Tum *in siniſtro crure porrecto*, addita prima voce, Leid. 2. *siniſtro crure porrecta scuta* Lovel. 4. Voces *siniſtro crure porrecto* deficiunt in Klock.

Scuta innixa humeris] Teſtatur Lipsius l. l. in mentem aliquando veniſſe, legi poſſe *innexa humeris*; quasi vellet, locis quibusdam ab humeris revincta fuiſſe. At poſtea vidit, nihil mutandum, et *innixa* accepit, a situ ipso sie

stas subrecta cuspide in terra fixas, haud secus
11 quam vallo septa inhorreret acies, tenentes. Si apud

subsidentium scuta in humerum inclinasse. Ceterum *umeris* sine adspiratione scribit librarius Florent. optimi, quomodo etiam constanter exaratum obcurrit in optimo Silii Msto Agrippinate. Et hanc scripturam antiquitati tribuit Dausquej. in Orthogr. parte sec. v. *Humerus*. V. quae notat Broekhus. ad Tibull. 1. Eleg. 4, 44.

Hastas sub erecta cuspide in terra fixas, haud secus] Lege *subrecta cuspide*, ut apud alios *surrecto mucrone*, *surrecto signo*. Festus. *Surregit et Sorctus antiqui ponebant*, *pro surrexit*, *et ejus participio surrectus*. Et sic Vossianus [sec.] Quin etiam *hastas subrecta cuspide in terra fixas*, *ut haud secus quam vallo septa inhorreret acies*, *tenentes*. J. FR. GRON. An non *in terram* maluit? 2, 65, 3. *Fixis in terram pilis*. 9, 7, 3. *Fixosque in terram oculos*. 10, 29, 7. *Verutis in corpora ipsa fixis*. JAC. GRON. *subrecta* jam Lipsius conjecerat 4. de Milit. Rom. Dial. 1. Triarios, etsi a pilis *pilani* dicti sunt, tamen hoc tempore non amplius pilis, sed hastis, pugnasse, ex iis, quae hic et c. 9. ac 10. leguntur, docet Schelius ad Polyb. c. 14. Adde Lipsium 2. de Milit. Rom. Dial. 1. et 3. Dial. 6. Et jam dudum ante hanc aetatem mutationem in ea re factam, ostendunt loca Livii, in quibus primae aciei pila tribuuntur. V. l. 2, 30. et 46. Ceterum *in terra* non minus rectum est, quam *in terram*. Cic. 3. ad Att. Epist. 15. *Caput legis Clodium in curiae poste fixisse*. Virgil. 6. Aen. 636.

— ramumque adverso in limine figit.

Ovidius 2. Fast. 648.

Et solida ramos figere pugnat humo.

Et cur Livius semper eodem modo loqui debuit? DUK. *sub erecta* duabus vocibus male editum est Paris. anno 1573. idque recentiores servarunt usque ad Gronov. sine sensu. Priores dederant una voce *suberecta*, quod in plerisque etiam Mstis superest. Eadem voce usus est etiam Livii perpetuus imitator Silius 15, 155.

Isthmon curvata sublime subrigit unda.

ubi tamen *superrigat* ex conjectura reponit Inl. Heinsius. et Apulej. 2. Metam. p. 34. ed. Pric. *Aggeratis in tumulum stragulis*, *et effultus in cubitum*, *suberectusque in torum*, *porrigit dexteram*. At *surrecta* praeferunt Lovel. 3. et Fragm. Hav. *subrecta*, praeter Voss. 2. a Gronovio memoratum, Haverk. Hearnii Oxon. N. et edd. Mogunt. atque Ascens. anni 1530. Et ita Lipsius etiam legendum sine libris ex sola conjectura monuit 4. de Milit. Rom. Dial. 1. Supra 7, 10, 10. *Romanus*, *mucrone subrecto*, *quum scutum scuto imum perculisset*. Seneca Epist. 86. *Vidi villam structam lapide quadrato*, *murum circumdatum silvae*, *turres quoque in propugnaculum villae utrimque subrectas*. Silius Ital. 10, 253.

Ilia cornipedis subrecta cuspide transit.

ad quem vide, quae olim notavi, ut et Cel. Burm. ad Rutil. Itin. 1, 347. Lectio vulgata *suberecta* nata esse potest ex conjunctione duarum lectionum *subrecta* et

apud principes quoque haud satis prospere esset pugnatum, a prima acie ad triarios sensim referebantur. inde *rem ad triarios redisse*, quum labo-

erecta, quas librarius in cod. suo inventas, quum, utra vera foret, distinguere non posset, hoc modo simul exprimere voluit. Similia ejus erroris alia exempla v. ad 3, 44, 4. *in terram fixas*, ut Cl. Jac. Gronovius malebat, etiam Lovel. 1. et 4. Sed reliqui vulgatum servant, quod et commode ferri potest. Ovid. Ep. 16. Her. 362.

Figitur in jusso nostra sagitta loco.

ubi sine necessitate Francius legebat *in jussum locum*. 1. Met. 472.

Hoc Deus in nympha Peneïde fixit.

ubi unus cod. apud Cel. Burm. *in nympham Peneïda*. lib. 5, 173.

Lamina dissiluit, dominique in gutture fixa est.

lib. 12, 451.

Fixit in adverso cornum sine cuspide vultu.

3. Fast. 697.

Praeteriturus eram gladios in Principe fixos.

Ita et *defigere in terra* Livius 44, 5, 3. *Longi duo validi asseres ex inferiore parte in terra defigebantur*. et *in corde defigere* 1, 58, 11. *Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit*. Similiter *fixus lumina in humo opposita* Ovid. Ep. 6. Her. 26. ubi, iterum Francium sine necessitate *in humum oppositam* velle, observat Cel. Burm. Deinde *ut haud secus*, quemadmodum unus apud J. Fr. Gron. Voss. 2. ita etiam apud me Lovel. 3. et Fragm. Hav.

Vallo septa inhorreret acies] *saepta* Florent. V. etiam supra ad 6, 2, 10. et infra ad 9, 11, 3. In composito *obsaepire* diphthongum etiam retinere solet. V. ad 9, 43, 8. Veriorem hanc scribendi rationem esse docet Dausquej. in Orthogr. part. 2. in v. *Saepes*, dissentiente Voss. in Etym. ling. Lat. v. *Saeptum*. Deinde *inhorret* Lovel. 4. V. ad 39, 52, 6. *inheret* Gaertn. *inhereret* Lovel. 5. A simili errore ope Mstorum Silium liberavit N. Heins. apud quem perperam olim *haerentia*, pro *horrentia*, edebatur 9, 467. Recte *inhorreret vallo*. Ovid. 8. Met. 285.

Et setae densis similes hastilibus horrent,
Stantque velut vallum, vel ut alta hastilia setae.

ubi tamen viri docti alterutrum versum ab inepto homine adsutum putant. Est autem *vallo* a recto *vallus*; quamvis interdum *vallus* et *vallum* promiscue ponantur. V. infra hoc lib. ad c. 38, 7.

§. 11. *A prima acie ad triarios sensim referebantur*] Pall. duo, pr. ac tert. *ad triarios retro se referebant*. GEBH. Idem etiam monuit Gronov. priori ed. notarum, et in epistola ad Salmas. quam edidit Cel. Burm. in Syll. Epist. tom. 2. p. 536. Non aliter etiam inveni in Voss. 2. et Lovel. 3. sed *ad triarios sensim retro se referebant* Gaertn. *ad triarios retro censim se referantur* Haverk. *ad triarios redisse referebant* Leid. 1. *ad triarios redisse referebantur* Lovel. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *ad triarios sensim redisse referebantur* a m. 2. et Lovel. 5. [Veith.] *ad triarios sensim redlisse referebantur* Portug. *ad triarios sensim referebantur* Leid. 2. Sed reliqui in vulgatam conspirant; quod

12 ratur, proverbio increbruit. Triarii consurgentes,
ubi in intervalla ordinum suorum principes et hasta-
tos recepissent, extemplo compressis ordinibus vel-
13 ut claudebant vias: unoque continenti agmine, jam

cur displiceret, caussam nullam video. Ceterum *ab prima acie* Portug. *ab patria acie* Haverk. Paullo ante vox *quoque* deest in Haverk.

Inde rem ad triarios rediisse, quum laboratur, proverbio increbuit] *unde rem* Voss. ambo, Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] cum ed. Ald. anni 1592. V. ad 39, 33, 5. Tum *rediisse* Portug. V. h. l. ad c. 26, 6. Hinc *quum laboratum* Fragm. Hav. a m. 1. Tandem *increpuit* Leid. duo, Lovel. 1. et Voss. 1. *increbuerit* Lovel. 2. V. ad 40, 14, 11. *increbruit* Lovel. 4. Fragm. Hav. a m. 2. et edd. priores usque ad Mogunt. V. supra ad 7, 12, 7.

§. 12. *Ubi in intervalla ordinum suorum principes et hastatos recepissent*] *ubi intervalla ordinum* Voss. duo, Leid. 1. Lovel. 1. 5. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et forte etiam Florent. Certe collatus est codex ille cum ed. quae similiter praefert, et tamen ex eo nulla scripturae diversitas adnotatur. Non probo. Paullo ante hoc cap. *Eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant*; ubi manifestiore jam errore ac sine sensu eadem praepositio in quibusdam libris omittitur ob primam syllabam vocis seq. ut ibi monitum est. Praeterea *hastas* Portug. et *recepisse* Fragm. Hav. a m. 1.

Compressis ordinibus velut claudebant vias] Palat. duo *complexis ordinibus*. GEBH. V. etiam Gronov. in epistola ad Salmas. quam edidit Cel. Burm. in syllog. tom. 2. p. 536. Neque aliter errant Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *velut* deficit in Haverk. Deinde *claudedebant via* Leid. 1. et Lovel. 2. *claudebant viam* Lov. 3. et Fragm. Hav. Male. *vias* vocat, quae modo *intervalla*. V. Lipsium 4. de Milit. Rom. Dial. 1.

§. 13. *Unoque continente agmine, jam nulla spe post relicta*] *uno quoque* Haverk. V. ad 5, 27, 1. Tum *continenti agmine* Florent. Voss. duo, Leid. duo, Lovel. quinque, Port. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. supra ad 6, 14, 13. Praeterea *nulla re post relicta* Port. et Gaertn. V. ad 5, 12, 4. *nulla spe post relictam* Florent.

In hostem incedebant] Palat. sec. *concidebant*. Supra tamen perscriptum *incidebant*, ut repraesentant editiones principes. GEBH. V. etiam Gronov. epistola ad Salmas. apud Cel. Burm. syllog. tom. 2. p. 536. Palat. itaque sec. lectionem inter versus adscriptam secutus esse videtur Gruter. qui in ed. postrema ita vulgari curavit; ejusque exemplum imitati sunt Dan. Heinsius, et ambo Gronovii. Neque aliter erat in excusis vetustioribus, pro quo Aldus demum *incedebant* substituit. Et ita praeferunt Voss. duo, Leid. 2. et Lovel. 1. ac 3. *incedebant in hostem* Lovel. 4. *in hostem mietebant* habet Fragm. Hav. *in hostem concidebant* Haverk. *in hostem incudebant* Florent. a m. 1. pro quo emendatur a m. 2. *incidebant*; idque servant reliqui omnes, ac verius videtur. Est enim *incidere in aliquem*, vel *alicui*, eum cum inpetu invadere. Liv.

nulla spe post relicta, in hostem incidebant: id erat formidolosissimum hosti, quum, velut victos insecuti, novam repente aciem exsurgentem auctam numero cernebant. Scribebantur autem quatuor 14

28, 13, 9. *Postquam acrius ultimis incidebat Romanus.* Solent autem *incidere* et *incedere* passim in Mstis commutari. V. infra ad 9, 24, 10. Mox *aciem insurgentem*, pro *consurgentem*, Fragm. Hav.

§. 14. *Scribebantur hae quatuor fere legiones quinis millibus peditum*] Lege *Scribebantur autem quatuor.* GELEN. Mallem legi *legiones fere quinis.* Non enim de numero legionum ambigit, sed de numero militum cujusque legionis. Libro autem priore [c. 25, 8.] *quaternûm millium et ducenorum peditum* fuisse legionem scribit. Et 22, [36, 4.] auctum esse usque ad *quina millia.* sic enim aït. *Numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum, et centenis equitibus in singulas adjectis, ut quina millia peditum, treceni equites essent.* Quo ex loco apparet, ante tempus illud non nisi *quaternûm millium* fuisse, quemadmodum aperte quoque ibi Polybius aït [6, 18.] Eadem dubitatio de *equitibus* incidit, quos hoc tempore *trecenos* vocat, cum secundo bello Punico centum adjectis *primum trecenos* factos esse scribat. Fortasse autem haec non ad hoc, sed ad illud tempus accommodavit. SIG. MS. *Scribebantur autem quatuor legiones, quinis millibus fere peditum.* Recte autem in peditum numero addidit *fere.* Nam tantum erant in singulis legionibus peditum quatuor millia octingenti et triginta. KLOCK. *Scribebantur autem quatuor fere legiones* omnes scripti, nisi quod solus Harlej. 2. *Scribebantur hae quatuor*, ut ante Gelenium legebatur, praeferat, et *Scribebantur autem fere quatuor legiones* sit in Leid. 1. et Lovel. 2. Praeterea *quaternis millibus peditum* ex conjectura emendat Lipsius 2. de Milit. Rom. Dial. 3. et 5. probante etiam Gronov. supra hoc cap. ad §. 4. Similiter etiam Cl. Jac. Perizonius ad marginem Livii scribendum conjiciebat. Vulgatum quidem superest in omnibus scriptis, idque pro vero habuit Patricius, qui legionem, a Livio hoc loco descriptam, quinque millium esse credens in Re milit. Rom. part. 4, 6. verba Livii §. 8. emendanda, et, pro *centum octoginta sex*, legendum censebat *mille triginta sex*, ut ita legio foret quinum millium peditum. Eamdem lectionem defendit Doujatius ad hunc locum, sed alia ratione. Verum, quidquid dicat, fatetur tamen, secundum calculum suum legionem fuisse quinque millium quadringentorum ac sexaginta militum, quae quinque millium dici posse non videtur. Sed et in calculo, quem sequitur, multa sunt, quae efficiunt, ne sententia ejus probari possit. Talia sunt, quod quindecim manipulos hastatorum, totidemque principum statuat; v. ad §. 5. Insuper quod credat, tot etiam manipulos fuisse in tertia classe; v. ad §. 7. et quidem in ejus primo manipulo plures fuisse milites, quam in quatuordecim reliquis; v. ad §. 8.

Equitibus in singulas legiones trecenis] *tricenis* Leid. 2. et Lovel. 2. V. ad 40, 34, 8. *trecentis* edd. vett. usque ad Froben. qui anno 1531. *trecenis* substituit, con-

fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis. alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur, qui ea tempeſtate hoſtes erant Romanis, eodemque ordine inſtruxerant
15 aciem: nec vexilla cum vexillis tantum, universi haſtati cum haſtatis, principes cum principibus; sed centurio quoque cum centurione, si ordines turbati
16 non eſſent, concurrendum sibi eſſe sciebant. Duo

sentientibus reliquis omnibus scriptis. V. infra ad 32, 28, 11. et ad 39, 38, 11. Quod autem adtinet ad dubitationem, quam circa numerum equitum cujusque legionis movit Sigon. ad verba praecedentia, aliter eam suſtulit Lipsius de Milit. Rom. 2. Dial. 6. exiſtimans, locum Livii 22, 36, 4. vel interpolatum eſſe, tollendamque equitum mentionem; vel *quadringeni*, pro *treceni*, scribendum eſſe. Alii aliter sentiunt. V. quae ibi notantur.

Alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur, qui ea tempeſtate hoſtes erant Romanis] V. Lipsium de Milit. Rom. 2. Dial. 7. et supra ad 3, [22, 4.] KLOCKIUS. *alterum tantum ex Latino dilectum* Florent. Male. De locutione *alterum tantum* v. supra ad 1, 36, 7. Ceterum *dilectu* est etiam in Leid. 1. Lovel. 1. 3. et Fragm. Hav. V. ad 37, 51, 7. Deinde *adjiciebantur*, vel *adiciebantur*, Florent. Leid. 1, a m. 1. et Lovel. 2. ac 4. Denique *ea tempestate hoſtes erant. Romani eodemque ordine* Lovel. 2. et Fragm. Hav. Mox *eodem quoque ordine* Lovel. 4. V. ad 5, 27, 1.

§. 15. *Tum nec vexilla cum vexillis tantum, universi haſtati cum haſtatis*] *tum* redundat. GELEN. Salmas. ad Vopisci Probum 5. *vexilla* hic, et alibi *vexilla legionum*, interpretatur triarios. Hoc recte rejicit Ferrarius 1. Elect. 3. sed dubitanter pronunciat de mente Livii. Vexilla hic fortaſſe sunt signa triariorum, et per tropum ipsi triarii, quia haec ab haſtatis et principibus separari videntur. Sed alioqui in universum hoc capite sunt signa peditum. Nam non solum triariis, verum etiam rorarios et accensis, vexillum tribuit Livius, et singulos ordines *vexillarium* unum habuiſſe dicit, id est, signiferum; qua significatione etiam 10, 19, 12. et 35, 5, 12. *vexillarios* dici puto. Et haec saepe sine discrimine poni, jam Lipsius adnotavit 2. de Milit. Rom. Dial. 8. et 4. Dial. 5. DUK. Illud *tum* in uno tantum apud me superest Harlej. 2. Ejus loco *cum*, vel *quum*, praeferunt Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Voſſ. 1. a m. 2. *cum vexilla cum vexillis tantum* Lovel. 1. *cum non vexilla cum vexillis tantum* Leid. 2. Praeterea *sed universi*, addita voce, Portug. *se universi* Haverk. Deinde *haſti cum haſtatis* Lovel. 1. *haſtati cum haſtis* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Gaertn.

Sed centurio quoque cum centurione] Illud *si ordines turbati non essent* videtur significare, aliquid definitius dixiſſe Livium: nimirum, *sed et centurio, quo cum centurione, si ordines turbati*

primipili ex utraque acie inter triarios erant: Ro-
manus corpore haudquaquam satis validus, cete-
rum strenuus vir peritusque militiae; Latinus viri- 17
bus ingens bellatorque primus; notissimi inter se,
quia pares semper ordines duxerant. Romano, 18
haud satis fidenti viribus, jam Romae permissum
erat ab consulibus, ut subcenturionem sibi, quem
vellet, legeret, qui tutaretur eum ab uno destinato

non essent, concurrendum sibi esset, sciebant. J. FR. GRON. Sensui Livii verba magis convenient, si Gronovii conjecturam recipimus, quam si vulgatum sequimur. Partem ejus *sciebant*, pro *sciebat*, probant Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. et C. Opus tamen non est, ut, inserta particula *et*, legamus *sed et centurio.* Saepe enim *sed*, praecedente *non tantum*, vel *non modo*, pro *sed et*, aut *sed etiam*, obcurrit. V. supra ad 2, 6, 1. Insuper *centurie*, pro *centurio*, est in Leid. 2. *To quoque* deficit in Portug. et Haverk. *centurionibus*, pro *centurione*, habet Voss. 2. a m. 1. Tum *si* deficit in Lovel. 1. particula negativa *non* in Klock. Tandem *occurrendum* praefert Gaertn. V. infra ad 36, 24, 4.

§. 16. *Duo primipili ex utraque acie inter triarios erant*] Nomina horum centurionum omisit, Romani et Latini. SIG. Sensus Livii non est, duos tantum primipilos in utraque acie fuisse, in qualibet unum; in unaquaque enim legione erant duo, adeoque in quatuor legionibus octo: sed potius duos tales, cum notis valetudinis et roboris adscriptis, in utraque acie sibi oppositos fuisse. V. Lipsium 2. de Milit. Rom. Dial. 8. Ceterum *Duo proximi pili* perperam legunt Voss. 1. et Lovel. 1.

Corpore haudquaquam satis validus, ceterum strenuus vir peritusque militiae] *haudquamquam* Lovel. 1. 3. 5. Gaertn. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 7, 26, 8. Tum *validus satis* Leid. 2. Deinde *strenuus vir penitusque* Leid. 1. *strenuus umperitusquae* Florent. pro quo postea emendatum est *strenuus imperitusque.* Sed *strenuus vir peritusque militis* legit Gaertn.

§. 17. *Quia semper pares ordines duxerunt*] Malim *duxerant.* SIG. Ita etiam legunt Lovel. 2. 4. Fragm. Hav. edd. Mediol. anni 1505. atque Ascens. annorum 1513. et 1516. et ita vir doctus emendavit in margine ed. Mediol. anni 1495. Ad haec *pares semper ordines* Florent. Leid. duo, Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quod tot codicum auctoritate in contextum admisi.

§. 18. *Ut subcenturionem sibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum*] *ut eum centurionem* Lovel. 2. *ut centurionem* Hearnii Oxon. L. 2. et C. *ut subcenturionem, quem sibi vellet* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5. Tum vox *eum* deficit in Portug. Paullo ante *a consulibus* Leid. 2. Lovel. 4.

hoste. isque juvenis, in acie oblatus, ex centurione
19 Latino victoriam tulit. Pugnatum est haud procul
radicibus Vesuvii montis, qua via ad Veserim ferebat.

1 IX. Romani consules prius, quam educerent

et Gaertn. Mox autem *juvenisque in acie*, omissa prima voce, Lovel. 5. *juvenis in acie* Portug. *hiisque juvenis in acie* Fragm. Hav. sed primae voci adscriptis notis, quae indicant, eam delendam esse. *iisque juvenis in acie* ed. Mediol. anni 1505.

§. 19. *Pugnatum est haud procul a radicibus Vesuvii montis*] Rectius in manuscriptis legitur *haud procul radicibus*. GELEN. Ad easdem radices castra posita fuisse, scribit Valerius 1, 7, 3. SIG. Praepositionem *a* solus defendit minimae auctoritatis codex Harlej. 2. nisi quod etiam Lovel. 4. praeferat *Pugnatum est ab radicibus*. Utrumque loquendi genus Livio usitatum est. Quum itaque et plures et optimi codd. *τὸ a* non agnoscant, Gelenio consentio. V. infra ad 24, 28, 1. Deinde *Vesuvi montis* Leid. 2. *Vesevi montis* Haverk. quo nomine saepius apud Poëtas adpellatur. V. exempla apud Cluver. 4. Ital. ant. 3. p. 1157. et Cellarii Geogr. Ant. 2, 9. p. 538. qui ambo laudant etiam scripturam hanc ex Suetonii Tito 8. ubi bis in vulgatis ita editum obcurrit. Sed priori loco in optimo Msto Salmasii *Velbii*, in altero *Vesuvio* legitur. In vita vero Plinii, quae etiam vulgo Suetonio tribuitur, *Vesebius* dicitur. Hic tamen vulgatum servo.

Qua via ad Veserim ferebat] In vulgatum conspirant editi. Sed scripti quidam variant. *ad Veseri ferebat* legit Florent. *ad Veserim ferebat* Voss. 2. Lovel. 3. et Harlej. 1. *ad Avernum ferebat* Lovel. 4. *ad Verserim ferebat* Lovel. 2. *ad Vescium ferebat* Fragm. Hav. a m. 1. *ad Vescium inferebat* a m. 2. sed corruptissime *ad hostis se inferebat* Lovel. 5. Port. et Gaertn. In eadem voce, sed alio fere modo, erraront librarii infra 10, 28, 15. Vi etiam Arntzen. ad Aur. Vict. de Vir. Inlustr. 26, 4. De Veseri v. Cluver. 4. Ital. ant. 5. p. 1187. ubi non fluvium, ut dicto loco Aur. Vict. vocavit, sed vel castellum, vel oppidum Campaniae fuisse docet.

§. 1. *Prius, quam educerent in aciem, inmolaverunt*] *prius, quam aducerent* Leid. 1. *prius, quam adducerent* Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertner. et Fragm. Hav. Male. De locutione *educere in aciem* v. supra ad 3, 62, 5. Et quidem simpliciter etiam dixerunt *educere*, non addito casu. V. ad 40, 25, 10. Voces *in aciem* perperam deficiunt in Lovel. 4.

Decio caput jecinoris a familiari parte caesum aruspex dicitur ostendisse] Festus *Pestifera auspicia* fuisse ait, *ubi caput in jecinore non fuisset*. Fuisse autem et fissum, et caput jecinoris apparet ex 2. Cic. de Divin. [13.] *Fissum*, inquit, *familiare tractant, et vitale caput jecoris ex omni parte diligenter considerant*. Unde Lucanus in 1. Pharsaliae [627.]

Ecce videt capiti fibrarum increscere molem

in aciem, inmolaverunt. Decio caput jocinoris a familiari parte caesum aruspex dicitur ostendisse; alioqui acceptam Diis hostiam esse: Manlium egregie litasse. *Atqui bene habet*, inquit Decius, *si ab collega litatum est.* Instructis, sicut ante dictum a

Alterius capitis: pars aegra et marcida pendet,
Pars micat.

Quod autem Cic. *familiare fissum*, et Livius *caput a familiari parte caesum* ajunt, eo pertinet, quod pars una *hostis*, altera *familiaris* dicebatur. Unde Lucanus [1, 621.] *venasque minaces Hostili de parte videt.* SIG. *caput* et *pars familiaris* verba sunt aruspicinae: quae quidem, ars quum ob vanitatem et superstitionem merito desueta sit et improbata, nobis obscura sunt et ignota. Sed conjicere licet, caput fibrarum in jecore initium fuisse: cumque jecur in duas partes dividerent, familiarem et hostilem, et e familiari sua eventa augurarentur, ex hostili hostium fata, duo capita erant, unum hostile, alterum familiare. de familiari hic Livius loquitur, de hostis parte Lucanus 1, [6..]. Cic. 2. de Divin. [13.] De utroque capite familiari et hostili ibidem Lucanus [627.] TURNEB. 11. Advers. 27. Adde Bulengerum de Sortibus c. 7. DUK. Adscripsit ad marginem Livii Cl. Ant. Perizonius locum Cic. ex 2. de Divin. 12. *Quomodo est collata inter ipsos observatio, quae pars inimici, quae familiaris esset.* Quae autem huc congesserat Modius, expunxi, quod ad verbum descripta essent ex Brisson. 1. de Formul. p. 19. ubi commode legi possunt. Ceterum *caput jocineris* Voss. 1. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. Gaertn. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *caput nocinoris* Voss. 2. *caput jocinoris* Lovel. 4. 5. Harlej. 1. et quaedam ex editt. vett. V. infra ad 41, 14, 7. Tum *ab familiari parte* Portug. et Haverk. Deinde *auruspex* Lovel. 2. 5. Portug. et Gaertn. *haruspex* Florent. et Leid. 1. V. supra hoc lib. ad c. 6, 12.

Alioqui acceptam Diis hostiam esse] *alioquin* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et praeter Rom. anni 1472. reliquae edd. usque ad Ascens. anni 1513. (* v. ad 37, 46, 5.) Ita se in Plinii atque Apuleji Mstis reperisse, monuit Corte ad Plinii 1. Ep. 20, 2. Optimi tamen hic stant a vulgato. Sed res non est tanti. Tum *is*, pro *Diis*, Florent. in quo postea emendatum est *Dis*. V. ad 5, 14, 4. *acceptam hostiam Diis esse* Lovel. 2.

Atqui bene habet, inquit Decius] *bene abit* Leid. 1. et Fragm. Hav. Male. De formula hac *bene habet*. v. supra ad 6, 35, 8. Saepissime *abiturus* et *habiturus*, *abiit* et *habuit* inter se commutantur. V. infra ad 22, 59, 19. et 37, 59, 6. Alio ordine, *bene*, *inquit*, *habet* est in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 5.

Si ab collega litatum est] Vet. lib. *si ab collega prospere litatum est*. SIG. Exsulat adverbium *prospere* ab optimis duobus Pall. editionibusque vetustissimis, intrusum ab Sigonio. GEBH. Delevi additum ab Sigonio *prospere*, auctoritate meliorum codicum, qui spernunt illud segregantque. Quis autem ignorat, *litare* esse proprie καλλιερεῖν; 38, 20, 6. *Sacrificio*

est, ordinibus, procedere in aciem. Manlius dex-
3 tro, Decius laevo cornu praeerat. primo utrimque aequis viribus, eodem ardore animorum gerebatur res: deinde ab laevo cornu hastati Romani, non ferentes impressionem Latinorum, se ad principes
4 recepere. In hac trepidatione Decius consul M. Valerium magna voce inclamat: *Deorum*, inquit, *ope,*

facto cum primis hostiis litasset. Plautus Poenulo [2, 1, 7.] *Quia litare nequeo, abii illinc illico iratus.* Justinus 20, [2.] *Facto sacrificio, auxilium Deorum implorant: litatis hostiis, obtentoque, ut rebantur, quod petebant.* Unde et illa Plauti Pseudolo 1, 3, 100.

Ut hodie ad litationem huic suppetat satias Jovi.

Livius 41, (15, 3.) *Senatus majoribus hostiis usque ad litationem sacrificari jussit.* J. FR. GRON. *prospere*, quod a Sigonio in contextum receptum, et a recentioribus editoribus servatum erat, recte Gebhardus et Gronovius rejecerunt. Nam et apud me in nullo, nisi Portug. Gaertn. et Haverk. minimae auctoritatis codd. superest. Est autem *litare*, ut Gronov. monet, inmolata hostia Deos placare, eosque sibi propitios ac faventes reddere. Liv. 29, 10, 6. *Legati referebant, et sacrificantes ipsos Pythio Apollini litavisse.* Servius ad Virg. 2. Aen. 118. *Litare verbo pontificali usus est, id est, sacrificiis Deos placare.* V. plura apud Brisson. de Formul. l. 1. p. 28. ex quo Modius, ut ipse fatetur, pleraque, quae ad hunc locum notavit, descripsit, sed tanta religione, ut ne errata quidem typographorum aut memoriae vitia, a Brissonio commissa, emendare sustinuerit. Ea igitur, quae ex ipso Brissonio commode peti possunt, hic delevi. Ceterum *a collega* Lovel. 2. 4. Gaertn. et editi ante Aldum. *τὸ est* vero deficit in Voss. 2.

§. 2. *Instructis, sicut ante dictum est, ordinibus*] *sicut antea dictum est* Lovel. 4. V. ad 40. 12, 3. *sicut ante dictum*, omisso *τῷ est*, Florent. quod probabat Salvinius. Mox voces *Decius laevo* deficiunt in Lovel. 1.

§. 3. *Utrimque aequis viribus, eodem ardore animorum gerebatur res*] *undeque aequis viribus* Lovel. 3. Tum *gerebant res* Hearnii Oxon. N. et L. 2. *res gerebantur* Lovel. 5. *gerebantur res* Florent. et Lovel. 3. ac 4. V. infra ad 9, 35, 5.

Ab laevo cornu hastati Romani] *a laevo cornu* Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. Tum *obstatur Romani* Voss. 2. et Lovel. 3. Mox *se recipere*, pro *se recepere*, Florent. a m. 1.

§. 4. *M. Valerium magna voce inclamat*] *increpat* Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] Male. Valer. Max. 9, 12. ext. 6. *Puerum, ut illum abigeret, inclamavit.* qui et alibi ita locutus est. Cic. 2. de Invent. 4. *Comitem illum suum inclamavit semel et saepius.* Eodem verbo, sed alia constructione, Livius supra utitur 1, 25, 9. *Albanus exercitus inclamat Curiatiis, ut opem ferant fratri.* Mox *τὸ est* non adparet in Lovel. 2.

Agedum, pontifex publicus po-

Valeri, opus est. agedum, pontifex publicus populi Ro-
mani, praei verba, quibus me pro legionibus devoveam.
Pontifex eum togam praetextam sumere jussit, et, 5
velato capite, manu subter togam ad mentum ex-
serta, super telum subjectum pedibus stantem sic
dicere. *Jane, Jupiter, Mars pater, Quirine, Bel-* 6
lona, Lares, Divi Novensiles, Dii Indigetes, Divi,

puli Romani, praei verba] *agendum* Florent. Leid. 1. Fragm. Hav. et ed. Parm. Perperam. Infra 44, 38, 4. *Recognoscat, agedum, mecum, si videtur.* et saepe alibi. Peccatur autem frequenter eodem modo in Mstis. V. ad 9, 33, 7. Praeterea *publicus pontifex populi Romani* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *Publi pontifex Romani* Lovel. 5. a m. 1. *Publi pontifex Romane* a m. 2. *Publi pontifex populi Romani* Portug. et Haverk. Verum modo Valerio pontifici *Marci* praenomen dederat Livius. Librarios in errorem pellexit Graecismus, sive enallage nominativi pro vocativo, de qua figura v. Voss. 4. Gramm. 5. *Pontifex publicus* autem, ut *sacerdotes publici* infra 25, 2, 1. 26, 23, 7. 41, 21, 8. et alibi. Tum *prae verba* Voss. 2. et Lovel. 1. *praesta verba* Portug. Gaertn. Haverk. et Lovel. 5. a m. 2. quum ab initio *praestaria verba* scriptum fuisset. *praesta ei verba* Leid. 2. *praestet verba* Lovel. 2. quae lectio similiter ex eo orta, quod nominativum pro vocativo positum librarius non videbat. *Praeire verba* Livio frequens est. Infra 10, 28, 14. *M. Livium pontificem praeire jussit verba.* 41, 21, 11. *Q. Marcio Philippo verba praeeunte populus in foro votum concepit.* 42, 28, 9. *Praeeunte verba Lepido pontifice maximo, id votum susceptum est.* (* 39, 18, 3. *praeire carmen* 31, 17, 9.) *Praeire verbis* dixit Plaut. in Rud. 5, 2, 48. *Praei verbis, quid vis.* Plinius 28, 2. *Cujus sacri precationem, qua solet praeire quindecimvirûm collegii Magister, si quis legat, profecto vim carminum fateatur.* Mox *legibus*, pro *legionibus*, Lovel. 1. V. supra ad 6, 39, 7.

§. 5. *Manu subter togam ad mentum exserta, super telum subjectum*] *manus subter togam* Harlej. 1. repetita in fine vocis litera, quae sequentis initialis est. V. ad 28, 25, 2. *manu super togam* Voss. 2. Leid. duo, Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Ita etiam editi variarunt supra hoc lib. c. 7, 9. Tum *ad metum*, pro *ad mitum*, sive *ad mentum*, Leid. 1. *ad humerum* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. C. Deinde *exta* Lovel. 4. *extra* Leid. 2. et Portug. in contextu. Denique *et super telum* Voss. 2. et Lovel. 3. Verbis sequentibus *sit dicere*, pro *sic dicere*, Lovel. 1.

§. 6. *Jane, Jupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares*] Dempster. in Etrur. Reg. 1, 16. p. 66. ut et ad Rosini 2. Antiq. 3. probaturus, Janum peculiari cognomento *Patrem* dictum esse, inter alia testimonia etiam hunc locum adfert, quem ita laudat: *Jane pater, Jupiter, Mars, audite vota.* Sed nimium fallaci memoria confisum fuisse patet. *Marspiter* laudat Brisson. 1. de Form. p. 109. Ceterum *Marus*

quorum est potestas nostrorum hostiumque, Diique Ma-
7 *nes, vos precor, veneror, veniam peto feroque, uti po-*
pulo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis; ho-
stesque populi Romani Quiritium terrore, formidine, mor-
8 *teque adficiatis. Sicut verbis nuncupavi, ita pro republica*

pater est in Leid. 1. et Harlej. 1. post quae verba *inquit* inserunt Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *Quirino* habet Leid. 1. quae vox deficit in Lovel. 4. *vates*, pro *Lares*, est in Gaertn.

Divi Novensiles] V. Loëns. 4. Misc. Epiphyll. 15. KLOCK. *Divi Nodensiles* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *Divi Novemsiles* Lovel. 3. *Dii Novensiles* Gaertn. *Dii novem siles* Lovel. 5. a m. 1. *Dii novem sides* a m. 2. *Dii Novensides* Haverk. quomodo etiam olim edebatur apud Varr. 4. de L. L. p. 20. V. Loëns. l. l. et Voss. Etym. ling. Lat. in v. *Novem*.

Dii Indigetes, Divi, quorum est potestas nostrorum hostiumque, Diique Manes] *Di Indigites* Flor. V. Dausquej. Orthogr. part. 2. in v. *Indigetes*. *Dii indigentes* Lovel. 3. Male. De Diis Indigetibus v. Turneb. 19. Advers. 29. Salmas. Exerc. Plin. p. 51. Voss. de Theol. Gent. 2, 12. et in Etym. ling. Lat. v. *Indigetes*. Tum *Dii quorum est* Lovel. 4. Portug. Gaertn. et Haverk. Deinde *potestas nostrum hostiumque* Voss. 2. et Lovel. 3. *potestas nostrorum hostium* Portug. et Haverk. Denique *Dii Manes* Portug.

§. 7. *Precor, veneror, veniam peto feroque*] Solennia in ejusmodi devotionibus verba. Quae adhibet etiam Macrobius 3. [Saturn. 9.] ubi de ratione urbium et exercituum devovendorum agit. SIG. Quid est *veniam fero?* Non succurrit, quomodo exponam; sed veniebat in mentem *veniam peto quaesoque, uti* etc. Cic. pro Archia 2. *Quaeso a vobis, ut in hac caussa mihi detis hanc veniam, ut* etc. Potuisset dicere *Quaeso a vobis hanc veniam, ut* etc. Idem non raro conjungit *quaeso* et *peto*. 3. ad Famil. Ep. 2. *Etiam atque etiam quaeso et peto.* 5. Ep. 4. *Peto quaesoque, ut tuos mecum serves.* Livius 9, 8, 8. *Vos, Dii immortales, precor quaesoque.* DUK. Verbum *veneror* deesse in Oxon. L. 2. monet Hearnius. Sed recte reliqui omnesque mei servant. Est enim in hac re sollemne, ut ex Macrob. Sigonius monuit. Ad de Brisson. 1. de Form. p. 71.

Uti populo Romano Quiritium vim victoriamque prosperetis] *uti vos Romanam Quiritum vim* Lovel. 2. *Quiritum* etiam Leid. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Male. V. ad 3, 20, 7. *uti populo Romano Quiritibus* legendum esse, existimat Brisson. 1. de Form. p. 62. unde plura in notas ad hunc locum transtulit Modius, quae expunxi, quod commode ibi videri possint. Sed de formula hac *populus Romanus Quiritium* v. supra ad 1, 32, 13. Mox *vim victoriam*, omissa particula *que*, Florent. et Lovel. 4. ac 5. quod Salvinius, qui cod. Flor. cum editis contulit, adposito signo sibi verum videri indicavit. *inde victoriam* Fragm. Hav. cujus librarium decepit similitudo literarum *ui*, id est *vim*, et *iñ*, id est *inde*. V. ad 5, 20, 2. Tum *victoriamque pp̄ Rō. prosperetis* Gaertn. Sed mediae voces ex ultima natae sunt. Denique *prospereris* Fragm. Hav. *praestetis*

Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium, legiones auxiliaque hostium mecum Diis Manibus Tellurique devoveo. Haec ita precatus, li- 9
ctores ire ad T. Manlium jubet, matureque collegae se devotum pro exercitu nunciare. Ipse, incinctus

Portug. in margine, et Haverk. Nihil muto. Plautus in Casin. 5, 4, 26.

Propter eam rem hanc tibi nunc veniam minus gravate prospero.

Tacitus etiam aliique eodem verbo usi sunt.

Hostesque populi Romani Quiritium terrore formidine morteque adficiatis] *hostesque populique Romani* Lovel. 3. Praeterea *populi Romani Quiriti* Leid. 2. et Lovel. 1. *populi Romani Quiritum* Lovel. 2. et Fragm. Hav. V. ad verba praec. Deinde *terrore et formidine* Fragm. Hav. Denique *mortique afficiatis* Voss. 2. Lovel. 3. ac Gaertn. Alibi tamen casum sextum vocis *mors* ita formari, nondum reperi.

§. 8. *Ita pro republica Quiritium, exercitu, legionibus*] Videtur excidisse aliquid, ut integrum sit: *ita pro republica populi Romani Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium.* Nam τὸ *Quiritium* in hujusmodi formulis appendix propria est τοῦ *populi Romani*. Vitiatum quoque in vulgatis erat 22, 10, 2. illud *respublica populi Romani Quiritium,* in veris sacri carmine. J. FR. GRON. Vocula *ita* deest in Lovel. 2. *ita populo Ro.* vel *Romano, Quiritium* habent Voss. 2. et Lovel. 3. *ita pro Ro. po. Quiritium* Fragm. Hav. *ita pro populo Romano Quiritium* Gaertn. quae omnia conjecturam Gronovii verisimiliorem reddunt. Quum enim per compendium scriptum fuisset *pro R. P. P. R.* librarii vel duas priores, vel duas posteriores literas singulares omiserunt: quamvis tamen alibi etiam saepe *respublica* et *populus Romanus* inter se commutentur. V. ad 9, 26, 8. De formula *respublica populi Romani Quiritium* v. eumdem Gronov. 4. Observ. 14. *Quiritum* hic iterum praeferunt Leid. 2. et Lovel. 2. V. ad §. praec. Brissonius autem, hanc formulam proferens, 1. de Form. p. 109. laudat, quasi scriptum invenisset *quo republica Quiritibus,* Quam lectionem in nullo codice, nec scripto, nec edito, invenio. Praeterea vox *exercitu* deest in Haverk. quam reliqui constanter agnoscunt, nisi quod tamen *exercitum* praeferant Flor. Leid. 1. et Lovel. 2. Mox iterum *Quiritum* idem Lovel. 2. ut jam ter hac formula habuimus. Voces *legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium* deficiunt in Haverk. et Fragm. Hav. Sed librariis fraudi fuit vocum *legionibus* et *legiones* similitudo. V. ad 9, 11, 11.

Diis Manibus Tellurique devoveo] *Deis Manibus* Florent. Voss. 1. Leid. duo, Lov. 1. 2. et Harl. 1. Tum vox *Tellurique* deficit in Harlej. 2. et edd. vett. usque ad Aldum, qui primus addidit: et recte. Servant enim omnes reliqui scripti, ut et Livius infra 10, 28, 13. *Jam ego mecum legiones hostium mactandas Telluri ac Diis Manibus dabo.* Insuper *voveo* Fragm. Hav. *devovero* Haverk.

§. 9. *Haec ita precatus*] *Haec itaque precatus* Haverk. V. ad 21, 53, 7. Mox *nunciatur,* pro *nunciare,* Gaertn.

cinctu Gabino, armatus in equum insiluit, ac se in medios hoftes inmisit. Conspectus ab utraque

Ipse, incinctus cinctu Gabino] De *cinctu Gabino* quid a Grammaticis tradatur, omnibus, qui literas amoeniores amant, eft fere notum: sed, quod ab illis tacitum eft, hic adscribemus. Observavimus enim Romanos magiftratus et pontifices eo cinctu uti solitos, cum belli causa operabantur, sacris se devovebant pro exercitu, portas Jani aperiebant, aut amburbia faciebant: denique cum rei sacrae operam dabant belli causa, et ceremonia quadam sacra defungebantur. Lucanus 1, [596.]

Turba minor sequitur, ritu succincta Gabino.

Virgil. 7. Aen. [612.]

Ipse, Quirinali trabea cinctuque Gabino
Insignis, reserat stridentia limina consul.

Interpres Persei de Penatibus ita scribit [ad satyr. 5, 31.] *Habitu Gabino Dii Penates formabantur, involuti toga supra humerum siniftrum et sub dextro.* TURNEB. 22. Advers. 20. *incinctus Gabino*, media voce a praecedenti ob similitudinem intercepta, Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *incinctus ritu Gabino* Harlej. 2. in marg. et Hearnii Oxon. L. 1. ac C. *incinctus Gabino ritu* Lovel. 5. Gaertn. et Haverk. *incinctus Gabinio ritu* Portug. Nihil muto. De *cinctu Gabino* v. supra ad 5, 46, 2.

In equum insiluit] *equum insiluit* sine praepositione se in Oxon. L. 1. inveniffe, teftatur Cl. Hearne. Qua conftructione usus eft Ovidius 8. Met. 142.

— — vix dixerat, insilit undas;
Consequiturque rates, faciente Cupidine vires.

Valer. Flacc. 6, 683.

Insiliunt pariter scopulos: hunc nata coercet,
Hunc conjux Jovis.

quo utroque loco videndus eft Nl. N. Heinsius. Similiter Juftin. 25, 4. *Ut quinqueremem ex scapha cum septimo insiluerit, captamque tenuerit.* Id tamen hoc loco non probo, partim quod alii omnes codices vulgatum tueantur, partim quod Livius praepositionem, cum qua verbum componitur, in regimine plerumque repetere solitus sit. V. ad Praefat. §. 11. et quidem in ipso hoc verbo *insilire* supra 6, 7, 3. *In equum insilit.* Praeterea *insilit* Leid. 1. *insiliit* Portug. et Haverk. *insilivit* Florent. et Leid. 1. Nihil muto. V. ad 2, 10, 11.

§. 10. *Aliquanto auguftior humano visu*] Si vox ultima bonae fidei libris exeffet, non eam desiderarem. Varro Atacinus [in Catal. Pith. 2, 2.]

— — clarissima longe
Nomina vix ullo condita sunt tumulo,
Magnus, et humano major Cato.

Ovidius 2. Faft. [503.]

Pulcher, et humano major, trabeaque decorus
Romulus in media visus adesse via.

Juftinus vel Trogus 42, [3.] *Primusque humanorum poft Herculem et Liberum, qui reges Orientis fuisse traduntur, eam coeli plagam domuisse dicitur.* Cicero 13. ad Attic. Ep. 21. *Ego autem tibi confirmo, (possum falli, ut humanus) a me non habere.* Video quidem conjuraffe viros doctos, ut haec mutent; sed quieffe melius erat. Vel scribe *visus.* Sensus, ut con-

acie aliquanto augustior humano visu, sicut coelo missus piaculum omnis Deorum irae, qui pestem ab

spectus est ab utraque acie, aliquanto augustior humano visus est, vel apparuit: ne alterutrum superfluum putes. J. FR. GRON. Quae ad has voces eruditius, quam verius, notantur, vix ausim Livio attribuere; ne quidem si *τὸ visu* in MSS. quoque desideraretur: quippe eam vocem vel similem omnino crederemus hic quoque a Livio subaudiri, ut 6, 32, 6. *Vocem noctis silentio audisse clariorem humana.* ubi etiam subintelligi voluit *voce.* 5, 41, 8. *Sedentes viros praeter ornatum habitumque humano augustiorem.* Hoc lib. c. 6, 9. *Visa species viri majoris, quam pro humano habitu, augustiorisque.* Seneca 1. Controv. 2. *Altior humana visa est circa me species eminere.* JAC. GRON. Putavit, credo, Gronovius, *visum* non recte pro specie vel forma dici. Et Latini in his fere dicunt *amplior*, *augustior humano habitu*, *forma*, *specie*, non *visu*. V. supra c. 6, 9. Suet. in Aug. 94. Claud. 1. Ner. 1. Val. Max. 1, 8, 8. et Phaedr. 4. fab. 24. Tamen vix est, ut hic aliter accipi possit, libris scriptis consentientibus in retinenda hac voce, qua ex sententia Davisii et aliorum quorumdam etiam pro specie usus est Cic. 1. de Nat. Deor. 5. *Multa esse probabilia, quae quamquam non perciperentur, tamen, quia visum haberent quemdam insignem et inlustrem, his sapientis vita regeretur.* *visus* scabram reddit orationem. DUK. Vocem, quam delendam J. Fr. Gronovius existimabat, tuentur omnes, quos adhibui, codd. Pro *visu*, tamen *visus*, quae altera ejus erat conjectura, praeferunt Florent. et Lovel. 4. *humanus* pro homine nonnumquam poni, non nego. V. Malesp. et Graev. ad l. l. Cic. 13. ad Att. Ep. 21. et quae notavi ad Silii Ital. 7, 5. An tamen hic etiam Livius ita locutus sit, valde dubito, quia alibi vocem illam eo sensu adhibuisse non recordor; nisi quis forte eo referret locum 21, 41, 11. *Licuit ad Erycem clausos ultimo supplicio humanorum, fame interficere.* Verum ibi commode intelligi potest *ultimo supplicio humanorum suppliciorum*, voce ex praecedenti repetita, quod aliis exemplis Cl. Jac. Gronovius hic inlustravit. Quibus adde illud ex 1, 7, 9. *Habitum formamque viri aliquanto ampliorem augustioremque humana intuens.* Senec. 1. de ira 3. *Tota illorum, ut extra, ita intra, forma humanae dissimilis est.* Eodem etiam pertinet illud 27, 47, 1. *Multitudo quoque major solita visa est.* ubi alia vide. Vulgatum itaque servo, et in codd. *visus* praeferentibus ultimam literam ejus vocis ex initio sequentis perperam repetitam esse existimo; qua ratione librarios frequentius errasse, infra videbimus ad 28, 25, 2. V. modo ad §. 5. Ceterum *augustior* sollemni lapsu Lovel. 5. V. supra ad 5, 41, 2.

Sicut coelo missus piaculum omnis Deorum irae] *si e coelo* Klock. *sicut a coelo* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. Utraque lectio admitti potest, ut probant exempla, quae inlustrandae locutioni *mittere vocem* conlata sunt a Gronovio et a me ad 5, 51, 7. Deinde *missum piaculum* Lovel. 2. Sed *missus* servandum esse, indicat *τὸ qui*, quod mox sequitur. *missus piaculum*, pro tamquam piaculum. *jussus piaculum* male Lovel. 2. V. ad 3, 4, 11.

11 suis aversam in hostes ferret; ita omnis terror pavorque cum illo latus signa primo Latinorum tur-
12 bavit; deinde in totam penitus aciem pervasit. Evidentissimum id fuit, quod, quacumque equo invectus est, ibi, haud secus quam pestifero sidere icti, pavebant: ubi vero conruit obrutus telis, inde jam haud dubie consternatae cohortes Latinorum fugam
13 ac vastitatem late fecerunt. Simul et Romani, exsolutis religione animis, velut tum primum signo

Pestem ab suis aversam in hostes ferret. Ita omnis terror] Prava penitus distinctio, et sic potius formanda: *Conspectus aliquanto augustior humano visu, sicut coelo missus piaculum omnis Deorum irae, qui pestem ab suis aversam in hostes ferret; ita omnis terror*, etc. JAC. GRON. Cel. Gronovii distinctionem in contextum recepi, quod veram putarem. Ceterum *a suis* Leid. 1. et Fragm. Hav. Tum *adversam* Leid. 2. Lovel. 1. 5. et Fragm. Hav. V. ad 2, 31, 6. Denique *in hostem* Hearnii Oxoniensis C. reliquis invitis.

§. 11. *Pavorque cum illo latus signa primo Latinorum turbavit*] *pavorque cum Latiis signa* Voss. 2. Tum *primo signa Latinorum* Lovel. 2.

In totam penitus aciem pervasit] *totam penitus aciem pervasit*, omissa praepositione, Lovel. 4. Supra 6, 24, 7. *Et adhortatio in vicem totam alacri clamore pervasit aciem*. ubi vide. Sed nec alterum, quod reliqui codd. tuentur, eorumque auctoritate praeferendum est, Livio indignum. Ita enim infra loquitur 45, 10, 2. *Victoriae Romanae fama quum pervasisset in Asiam*. Cic. 5. in Verr. 2. *Eodem intervallo pars ejus belli in Italiam ulla pervasit*. 2. de Natura Deor. 57. *Ne quid in eas., quod noceat, possit pervadere*. Tacit. 3. Hist. 62. *Pervasisse in Germanias Valentem, et veteres illic novosque exercitus ciere credebant*.

§. 12. *Evidentissimum id fuit*] Post haec verba reperiuntur sequentia *pavorem ac fugam hostium secum Decius circumferens cadit, moxque consternatio et conversio exercitus Latini* in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. 5. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Neap. Latinii, et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. Eadem etiam margini Voss. 1. adscripta sunt. Sed non infrequens fuisse librariis, ut lemmata, quae olim in ora codicum notata erant, postea in contextum reciperent, supra dictum est ad 7, 40, 4. Ceterum *Evidentissimum idque fuit* Gaertn.

Quod quacumque equo invectus est] *et quacumque equo* Harlej. 2. *qui quodcumque equo* Fragm. Hav. *quod quocumque* Voss. 2. V. ad 38, 7, 3. *ictusque quocumque* Hearnii Oxon. L. 2. et C. Tum *invectus est equo* Lovel. 2. et Haverk. Ceterum haec verba et seq. usque ad initium §. proximi desunt in Neap. Latinii.

Conruit obrutus telis, inde jam haud dubie consternatae cohortes] *terruit obrutus* Gaertn. Tum *inde*

dato coorti, pugnam integram ediderunt. nam et 14
rorarii procurrebant inter antepilanos, addiderantque vires hastatis ac principibus: et triarii, genu dextro innisi, nutum consulis ad consurgendum exspectabant.

X. Procedente deinde certamine, quum aliis 1
partibus multitudo superaret Latinorum, Manlius consul, audito eventu collegae, quum, ut jus fasque erat, lacrimis non minus quam laudibus debi-

haud jam dubie Portug. et Haverk. *inde haud dubiae* Lovel. 5. Mox *fugam et vastitatem* Voss. 2.

§. 13. *Exsolutis religione animis, velut tum primum signo dato coorti*] *solutis religione animis* Haverk. reliquis invitis. De locutione *exsolvere religione* v. supra ad 7, 3, 9. Deinde *velut dum primo signo dato coorti* Lovel. 5. *tū*, id est *tamen*; pro *tū*, sive *tum*, Haverk. V. ad 22, 17, 5. *animis velut tum primum signo dato coortis* Florent.

§. 14. *Nam et rorarii procurrebant inter antepilanos*] *namque triarii* Lovel. 5. *nam et triarii* Klock. *namque et rorarii* Hearnii Oxon. N. et L. 2. *nam et Romani* Florent. et Harlej. 2. Tum *percurrebant* Lovel. 2. et Gaertn. Male. V. (* ad 40, 30, 5. et) quae N. Heinsius et ego notavimus ad Silii Ital. 7, 566. *per* et *pro* innumeris locis confunduntur. V. ad 9, 10, 7. Praeterea *inter antesignanos* hic etiam reponebat Franc. Patricius de Re milit. Rom. part. 4, 5. V. ad cap. praec. §. 7. *per antepilanos* habet Hearnii Oxon. C. Ceterum omnia haec verba cum voce sequenti *addiderant* non adparent in contextu Portug. sed demum margini adscripta sunt a manu altera. Mox *viros*, pro *vires*, est in Leid. 1. et Lovel. 2. Alibi etiam hae voces commutantur. V. infra hoc lib. ad c. 13, 1.

Et triarii, genu dextero innisi] *Et* exsulat a Fragm. Hav. Hinc *in genu dextro* Voss. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. ut apud Cic. de Harusp. resp. 27. *Etenim vix haec, si undique fulciamus, labefacta, vix, inquam, innisa in omnium nostrûm humeris cohaerebunt.* Sed reliqui, et inter eos optimi, vulgatum tuentur. Et ita etiam passim Livius loqui solet. Supra 3, 26, 9. *Seu fossam fodiens palae innisus, seu quum araret.* 4, 19, 4. *Ipse, hasta innisus, se in pedes excepit.* ubi alia exempla vide. Tum *inmissi* Fragm. Hav. V. supra ad 4, 42, 5. Mox *ad surgendum*, pro *ad consurgendum*, Leid. 2. Verum mox cap. seq. dixit: *Tum consul triariis, Consurgite nunc, inquit.* et paullo post, *Ubi triarii consurrexerunt.*

§. 1. *Quum aliis partibus multitudo superaret Latinorum*] *superaret multitudo* Harlej. 2. *multitudo supererat*, transpositis literis, Lovel. 5. edd. Parm. Tarvis. utraque, et paucae aliae (* v. ad 38, 29, 9.) *superare* Mediol. anni 1480, 1495, et 1505. Veneta anni 1498. Tum vox *Latinorum* non adparet in Lovel. 4. qui et mox alio ordine vocabulorum *collegae eventu* praefert.

tis prosecutus tam memorabilem mortem esset; 2 paullisper addubitavit, an consurgendi jam triariis tempus esset: deinde, melius ratus integros eos ad ultimum discrimen servari, adcensos ab novissima 3 acie ante signa procedere jubet. Qui ubi subiere, extemplo Latini, tamquam idem adversarii fecissent, triarios suos excitaverunt: qui aliquamdiu pugna atroci

Quum, ut jus fasque erat, etc. *mortem esset*] Illud *quum* et *esset* resipiunt gluten interpretum. GRUT. Utraque vox apud me superest in omnibus scriptis, nisi quod prior tantum desit in Lovel. 2. Nullam autem caussam video, cur τὰ *quum* et *esset* gluten interpretum resipere Gruterus invitis codd. judicarit, quam quod salvo sensu abesse potuerint. V. quae dicuntur infra ad 23, 34, 15. Ceterum *tum*, pro *cum*, sive *quum*, est in Fragm. Hav. a m. 1. V. ad Epit. 48. circa finem. Τὸ *ut* deficit in Haverk. *debitis* autem in Harlej. 2. omnibusque, quas vidi, edd. ante Aldum. Curtius 5, 8. *In coelum vos debitis laudibus ferat.*

§. 2. *Paullisper addubitavit, an consurgendi jam triariis tempus esset*] Omnia haec desunt in Lovel. 1. quinque posteriores voces cum duabus sequentibus in Haverk. vocula sola *jam* in Leid. 2. Harlej. 2. omnibusque edd. ante Aldum. Praeterea *triarii tempus esset* habet Lovel. 3. *triariis tempus adesset* Gaertn. Mox *natus*, pro *ratus*, Harlej. 1. (* v. ad 10, 40, 10.)

Accensos ab novissima acie ante signa procedere jubet] *accessos* Lovel. 4. *accersitos* Klock. et pro varia lectione Voss. 1. De *accensis* v. ad c. 8, 8. Tum *a novissima acie* Voss. 1. a m. 2. (*an novissima acie* habuit a m. 1.) Lovel. 4. Gaertn. et edd. ante Aldum. praepositio deest in Lovel. 1. a m. 2. (qui *vel novissima acie* antea habuerat) et Leid. 2. *ad novissima acie* Lovel. 2.

§. 3. *Qui ubi subiere*] *subire* Haverk. solito errore. V. ad 45, 2, 7. *subierunt* Gaertn. Mox *hiidem adversarii*, pro *idem*, Voss. 1. *hiisdem adversarii* Lovel. 1. Deinde *exciverunt*, pro *excitaverunt*, Leid. 2. et Lovel. 1. Sed solent haec verba passim commutari. V. ad 28, 24, 4. Similiter Curtius 6, 2. *Non contentus artificum, quos e Graecia excitaverat, turba.* ubi codd. plures *exciverat*, quod praefert Scheff. quoniam *excitantur*, qui per otium, ignaviam, vel similes caussas manent in occulto, ac proferre se nolunt. Quod si verum, vel sic etiam hic apud Livium *excitaverunt*, in quod reliqui codd. conspirant, non est rejiciendum. Supra enim c. 8, 10. docuit, prioribus hastatorum et principum aciebus pugnantibus *triarios consedisse, sinistro crure porrecto*. unde et supra §. 2. et mox §. 4. *consurgendi* verbum de iis usurpavit. Jam autem *excitare* est jubere, ut surgat. Infra 45, 25, 1. *Secundum talem orationem universi rursus procidebant; tandem excitati curia excesserunt.*

atroci quum et semet ipsi fatigassent, et hastas aut praefregissent, aut hebetassent, pellerent vi tamen hostem, debellatum jam rati, perventumque ad extremam aciem; tum consul triariis, *Consurgite nunc*, inquit, *integri adversus fessos, memores patriae parentumque et conjugum ac liberorum; memores consulis pro vestra victoria morte occumbentis*. Ubi triarii consurrexerunt integri, refulgentibus armis,
4
5

Quum et semet ipsi fatigassent, et hastas aut praefregissent, aut hebetassent] Τὸ *et* prius omittitur in Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 2, 44, 3. Tum *semet ipsos fatigassent* Lovel. 2. Male. V. ad 2, 19, 5. Hinc voces *et hastas aut praefregissent* desunt in Gaertn. sola tantum vox *aut* in Harlej. 2. Sed *praefrigissent* habet Florent. *praefrixissent* Klock. *perfregissent* Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Neap. Latinii. Perperam. De verbo *praefringere* v. infra ad 27, 33, 2. Denique *beatassent*, pro *hebetassent*, Florent.

Pellerent vi tamen hostem] *pellerentque* Lovel. 2. *pollerentque* Lovel. 5. Gaertn. Portug. et Haverk. Tum *ut*, pro *vi*, Lovel. 4. V. ad 4, 51, 6. Insuper *tm̄* id est *tantum*, pro *tn̄* id est *tamen*, Lovel. 1. saepius in Mstis obvio librariorum errore. V. supra ad 3, 46, 1.

§. 4. *Memores consulis pro vestra victoria morte occumbentis*] *pro nostra victoria* Lovel. 5. V. ad 34, 2, 2. Hinc *occubantis morte* Harlej. 2. *morte occubantis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. editique ante Aldum. Vox *morte* deficit in Lovel. 2. quam reliqui tuentur. V. ad 31, 18, 6. Paullo ante *tunc consul* Fragm. Hav. V. ad 2, 12, 15. Ceterum voces *memores patriae* etc. *ac liberorum* desunt in Haverk. errore librarii. cui fraudi exstitit vocis *memores* repetitio. V. infra ad 9, 11, 11.

§. 5. *Consurrexerunt integri, refulgentibus armis, nova ex inproviso exorta acies*] *integra* Lovel. 4. quasi jungendum foret *integra nova acies*. Sed male. *Integri* sunt non fessi, ut paullo ante hoc cap. *Melius ratus, integros eos ad ultimum discrimen servari*. et *Consurgite nunc, inquit, integri adversus fessos*. 2, 20, 6. *Integris corporibus animisque fessos adorti*. hoc lib. c. 39, 7. *Adeo repente laboris per diem pene totum tolerati vulnerumque obliti sunt, ut haud secus, quam si tum integri e castris signum pugnae accepissent*. etc. 28, 13, 8. *Quum plures et integri fessis, magnumque jam agmen armatorum a castris in proelium rueret*. 34, 15, 2. *Integri recentibus telis fatigatos adorti hostes*. 38, 40, 4. *Ut quam maxime recentibus et integris jumentis Thraciam ingrederetur*. 44, 4, 9. *Nec auxit copias, integros fessis submittendo*. c. 36, 2. *Statuit sic adfectos recenti atque integro hosti non objicere*. c. 38, 8. *Utrum militem, quem neque viae labor hodie, neque operis fatigaverit, requietum, integrum in tentorio suo arma capere jubeas*. Tacit. 2. Ann. 5. *Integrum equitem equosque per ora et alveos fluminum media in Germania fore*. Frontin. 2. Strat. 1, 2. *Fatigatos aestu facile integris et recentibus suorum*

nova ex inproviso exorta acies, receptis in intervalla ordinum antepilanis, clamore sublato princi-
6 pia Latinorum perturbant. hastisque ora fodientes, primo robore virorum caeso, per alios manipulos, velut inermes, prope intacti evasere; tantaque cae-

vicit viribus. c. 3, 16. *Suis et Macedonibus, qui jam fessos Romanos integri exciperent, in secunda acie conlocatis.* Hinc *refugientibus armis* Leid. 2. Perperam. Alibi etiam *fugere* et *fulgere* commutantur. V. infra ad 44, 37, 7. Deinde *nova et improviso acies orta* Lovel. 4. Nihil mutandum. Non tantum *inproviso*, sed et *ex inproviso* in usu fuit. V. ad 6, 33, 7. *ex* autem atque *et* saepe inter se commutantur. V. ad 26, 45, 1. *nova ex improviso orta acies* edd. vett. Frobenius deinde anno 1535. *exorta* edidit, quemadmodum recte praeferunt reliqui scripti. Saepe enim *exortus* de illis dicitur, qui subito et inproviso oriuntur. Supra 1, 14, 9. *Inde subito exorti Romani transversam invadunt hostium aciem.* 4, 46, 7. *Certamen subito inter tribunos exortum.* 6, 21, 2. *Lanuvini etiam, quae fidelissima urbs fuerat, subito exorti.*

Receptis in intervalla ordinum antepilanis] Praepositio *in* deest in Lovel. 5. Harlej. 1. et Portug. Sed eam intercepit syllaba initialis vocis sequentis, quemadmodum etiam factum erat c. 8, 9. V. plura infra hoc lib. ad c. 33, 6. ejus loco *inde* est in Leid. 2. Saepe *in* et *iñ*, id est *inde*, in Mstis commutantur. V. infra ad 10, 20, 6. Tum *ant'pilanis* Lovel. 2. *antepilariis* Leid. 2. et Fragm. Hav. Ceterum hic etiam *antesignanis* legendum censuit Patricius de Re milit. Rom. part. 4, 5. Sed supra v. ad c. 8, 7. Mox *perturbabant*, pro *perturbant*, Neap. Latinii.

§. 6. *Hastisque ora fodientes*] Pall. duo *ferientes.* GEBH. *hostisque* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *hastatisque* edd. Bechar. et Ascensii anni 1510. quod melius, se judice, pronunciat Doujatius: triarii enim Romani pilis ora fodiebant hastatorum Latinorum, qui primi oppositi. Male. Apud Latinos enim, aeque atque apud Romanos, res ad triarios redierat, adeoque ex triplici acie jam una facta erat, non ex solis hastatis, sed ex hastatis principibus ac triariis simul, constans. V. supra c. 8, 12. et 13. Deinde *ora foedantes* Lovel. 4. *Foedare* et *foedum* propria in vulneribus ac strata acie vocabula esse, observant viri docti ad Plauti Amphitr. 1, 1, 76. Sed unius fide hanc lectionem non receperim. *ora ferientes* Voss. 2. Leid. 1. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] Cui lectioni firmandae facere posset dictum Caesaris, a Floro memoratum 4, 2, 50. *Miles faciem feri.* Et ita Ovid. Ep. 7. Her. 189.

Nec mea nunc primum feriuntur pectora ferro.

12. Metam. 479.

Nudaque Phyllei juvenis ferit ora sarissa.

Auctor Epit. Liv. 2. *Quum ad feriendum Porsenam castra hostium intrasset.* Sed nihil muto, plerisque et optimis codd. vulgatum defendentibus. Livius 21, 55, 11. *Velites insecuti aversos elephantos sub caudis, qua maxime molli*

de perrupere cuneos, ut vix quartam partem relinquerent hostium. Samnites quoque, sub radicibus 7 montis procul instructi, praebuere terrorem Latinis. Ceterum inter omnes cives sociosque praecipua laus ejus belli penes consules fuit: quorum

cute vulnera accipiunt, *fodiebant.* Ovid. de Remed. am. 19.

Cur aliquis rigido fodit sua viscera ferro.

In Ibin 627.

Sic tua conjectis fodiantur pectora telis.

Curtius 4, 15. *Resistentium adversa ora fodiebat.* 5, 4. *Ipsorum telis plerosque fodiebant.* 9, 1. *Ab utroque latere vehiculis circumfusi repugnantes fodere coeperunt.*

Prope intacti evasere] *prope iacti* Harlej. 2. Male. Liv. 2, 12, 14. *Jure belli liberum, te intactum inviolatumque hinc dimitto.* 42, 66, 3. *Quum sciret nihil roboris secum esse, dum liceret intacto, abire.* 10, 27, 9. *Victor Martius lupus, integer et intactus, gentis nos Martiae et conditoris nostri admonuit.* c. 36, 3. *Diversique integri atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum timuissent.* Silius 10, 63.

— — *integer*, *oro*,
Intactusque beas, atque intres moenia Romae.

intactus vulnere dixit idem Silius 7, 399.

Plena tibi castra atque intactus vulnere miles
Creditur.

intactum ferro corpus Liv. 1, 25, 11. Tum *evaserunt* Gaertn. *invasere* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

Tantaque caede perrupere cuneos] Doujatius vel legendum existimat *cuneo*, ut 2, 60, 9. *Rupere cuneo viam.* vel Livium generali nomine *cuneos* pro agminibus seu manipulis dixisse putat; quod posterius praeferendum videtur. Certe nullius codicis fide conjectura ejus nititur. Frontin. 2, 3, 20. *Triplicem aciem cuneis instruxit, inter quos subinde velites emisit.* Ceterum *prorupere in eos*, *ut vix* Kloch. *prorupere cuneos* Portug. V. ad 4, 39, 4. *perrumpere cuneos* Lovel. 3. *Mox reliquerint*, pro *relinquerent*, Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 7. *Samnites quoque sub radicibus montis procul instructi*] V. quam varia de Samnitibus scribat. Antea dixerat, [c. 6, 8.] consules adjuncto Samnitium exercitu ad Capuam castra locasse. Hic dicit, sub radicibus montium procul instructos. Paulo post [c. 11, 2.] dicturus, eos post proelium auxilio venisse Romanis, ut quidam tradiderint. Nam hoc ipse dixisse videri noluit. GLAR.

Inter omnes cives sociosque praecipua laus ejus belli penes consules fuit] *inter omnes sociosque* Voss. 2. *inter omnes cives Latinosque* Lov. 1. quae lectio ex proxime sequentibus *inter Romanos Latinosque* interpolata videtur. Sensum Livii esse puto, in exercitu Romano neminem civium sociorumque majorem laudem promeritum fuisse, quam consules. Per *socios* autem hic Latini in genere intelligi nequeunt, quibuscum eo tempore bellum gerebatur; sed forte Latinorum Laurentes Campanorumque equites, qui non de-

alter omnes minas periculaque ab Diis superis in-
8 ferisque in se unum vertit: alter ea virtute eoque consilio in proelio fuit, ut facile convenerit inter Romanos Latinosque, qui ejus pugnae memoriam posteris tradiderunt, utrius partis T. Manlius dux fuisset, ejus futuram haud dubie fuisse victoriam.

sciverunt, ut Livius cap. seq. docet. *in omnes cives sociosque* Florent. quomodo saepe librarii lapsi sunt. V. infra ad 38, 57, 6. Tota vox *inter* vel *int'* deficit in Lovel. 4. intercepta ab ultimis literis vocis praecedentis *Ceterum*. Praeterea *praecipue laus ejus belli* Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. et B. *praecipua ejus laus belli* Harlej. 2. et editt. antt. ante Aldum. Paullo ante alio ordine *Latinis praebuere terrorem* Gaertn.

Periculaque ab Diis superis inferisque in se unum vertit] *ab aliis superis inferisque* Haverk. *a Diis superis inferisque* Gaertn. *ab Deis superis inferisque* Voss. 2. Lovel. 3. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *ab Deis superisque inferisque* Voss. 1. et Lovel. 1. *ab Diis superisque inferisque* Leid. 2. et Lovel. 5. *ab Diis inferisque* Lovel. 2. Ceterum voces *alter omnes minas* etc. *in se unum vertit* desunt in Harlej. 1. a librario ob repetitam vocem *alter* omissae. V. ad 9, 11, 11.

§. 8. *Eoque consilio in proelio fuit, ut facile convenerit*] *eoque concilio* perperam Lovel. 3. Tum *in proelio* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *ut non facile convenerit* Voss. 2. et Lovel. 3. Mox *inter Latinos Romanosque* Klock.

Utrius partis T. Manlius dux fuisset, ejus futuram haud dubie fuisse victoriam] *utrius partis dux Manlius fuisset* Lovel. 4. *utrius partis T. Manlius fuisset dux* Lovel. 3. Harlej. 2. et Fragm. Hav. *utriusque partis* Leid. 1. et Gaertn. V. supra hoc lib. ad c. 6, 13. Praeterea *ejus futuram haud dubium fuisse victoriam* Voss. 2. et Lovel. 3. *ejus haud dubiam fuisse victoriam* Portug. *ejus futuram haud dubiam fuisse victoriam* Haverk. et Fragm. Hav. V. infra ad 34, 43, 5. (* Sed nihil muto. v. ad 27, 49, 4.) *futuram* deficit etiam in Gaertn. Paullo ante *ejus pugnae memoriam tradiderunt*, omissa voce *posteris*, Portug. quomodo Livius infra loquitur 9, 41, 4. *Neque ejus pugnae memoria tradita foret, ni Marsi eo primum proelio cum Romanis debellassent*. Sed unius illius codicis auctoritas levior est, quam ut eam sequi audeam. Vulgatum defendit locus Cic. 8. ad fam. Ep. 3. *Quod nostrae amicitiae memoriam posteris quoque prodat.* et Livii supra 3, 67, 1. *Hoc posteris memoriae traditum iri.*

§. 9. *Latini ex fuga se Minturnas contulerunt*] *Latini se ex fuga* Lovel. 2. *Latini fuga se* Oxon. L. 2. apud Hearnium. *Latini ex victoria se* Leid. 2. Deinde *Minam*, pro *Minturnas*, exhibent Voss. 2. et Lovel. 3. *Menturnas* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 1. et Portug. *Minturniam* Lovel. 2. *Minturna* Fragm. Hav. *Minctur-nas* Gaertn. *Latini fuga seme nocturnas* Florent. Insuper *receperunt* Lovel. 4. et Hearnii Oxon. B. quod ex glossa marginali in

Latini ex fuga se Minturnas contulerunt. castra se- 9
cundum proelium capta, multique mortales ibi vi-
vi obpressi, maxime Campani. Decii corpus ne eo 10
die inveniretur, nox quaerentes obpressit. postero
die inventum inter maximam hostium stragem, co-
opertum telis; funusque ei par morti, celebrante

contextum inrepsit. Cic. 12. ad fam. ep. 14. *Laodiceam, quae est in Syria ad mare, se contulit.* 3. de Orat. 56. *Quum propter ignominiam judicii cessisset Athenis, et se Rhodum contulisset.*

Castra secundum proelium capta] *secundo proelio* Voss. 2. Lovel. 3. 4. et Neap. Latinii. *post proelium* integerrimus Florent. qui tamen hic nubem pro Junone amplexus est. Illud *post* enim ex interpretis expositione, olim margini adscripta, contextum invasit. V. infra ad 39, 41, 5. Livio autem frequens est *secundum* eo sensu usurpare. Supra 2, 4, 1. *Sed debebatur, ut opinor, fatis tantae origo urbis, maximique secundum Deorum opes imperii principium.* 2, 5, 9. *Secundum poenam nocentium praemium indici pecunia ex aerario, libertas et civitas data.* 4, 49, 13. *Secundum tam saevum atque inhumanum dictum.* c. 6, 11. *Alios animos in contentione libertatis dignitatisque, alios secundum deposita certamina incorrupto judicio esse.* 7, 37, 2. *Secundum consulis donationem legiones gramineam coronam obsidionalem Decio inponunt.* 9, 29, 2. *Nec erat ea tempestate gens alia, cujus secundum Gallicos tumultus arma terribiliora essent.* 24, 10, 11. *Secundum apum examen in foro visum, adfirmantes quidam legiones se armatas in Janiculo videre, concitaverunt civitatem ad arma.* ubi v. plura.

§. 10. *Decii corpus ne eo die inveniretur, nox quaerentes obpressit*] *die* deficit in Voss. 2. *ne eo die invenirent* legit Portug. a m. 1. errore ex non intellecta nota compendiariae scripturae nato. V. infra ad 38, 40, 1. Caussa etiam, cur librarius *invenirent* dederit, illa esse potuit, quod sequatur eadem forma *obpressit.* Sed solet ita saepius Livius activa passivis, et contra subjungere. V. infra hoc lib. ad c. 34, 9. Mox vox *hostium* non adparet in Lovel. 5. et Harlej. 2. quam reliqui constanter tuentur.

Funusque compar morti, celebrante collega, factum] In manuscriptis melius *par*, quam *compar*. GELEN. Pal. cod. MS. *funusque ei compar*, sed manu interpolatoris. Prima quoque editio *funusque compar morti*. GEBH. *funusque compar morti* apud me tantum superest in Lovel. 2. et Harlej. 2. *funusque par morti* Voss. 2. et Lovel. 3. quam lectionem post ed. Froben. anni 1535. ex Gelenii mente emendatam servarunt recentiores usque ad Gronovium, qui reposuit *funusque ei par morti*, nulla ejus mutationis in notis ratione reddita. Id igitur quoniam dubium esse posset, qua auctoritate a viro summo factum sit, profitendum censui, eodem modo praeferre Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Harlej. 1. Portug. a m. 1. (in quo a m. 2. fuit *funusque ei compar morti*) Gaertn. Fragm. Hav. et Haverk. Hinc non multum abeunt Flo-

11 collega, factum est. Illud adjiciendum videtur, licere consuli dictatorique et praetori, quum legiones hostium devoveat, non utique se, sed quem velit ex legione Romana scripta civem, devovere:

rent. Leid. 1. et Lovel. 4. *funusque et par morti* praeferentes, ut et Klock. in quo *funusque ejus par morti* legitur. Quid in Oxoniensibus suis Hearne invenerit, non addidit: quum tamen lectionem Gronovii expresserit, et in variis lectionibus meminerit earum, quae et ante Gelenium exstiterit, et ab eo prioris loco reposita sit, silentium hoc indicare videtur, eum a Gronoviana diversam non invenisse. Denique *factum est* primus vulgari curavit Cl. Jac. Gronovius, quum in prioribus edd. τὸ *est* omitteretur: quod etiam omittunt Harlej. 2. et forte Klock. reliquis meis Gronovio consentientibus. Hearnius, qui τὸ *est* omisit, lectionem a Jac. Gronovio propositam memorans, ac tamen de codd. Oxoniensibus nihil addens, illud sibi in iis non obvium fuisse, innuere videtur.

§. 11. *Illud adjiciendum videtur, licere consuli, dictatorique, et praetori*] *Istud* habent Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 2, 23, 5. Tum *addiciendum* Leid. 2. *adiciendum* plerique reliqui. Unde patet, ex hac posteriori scriptura non intellecta ab indoctis librariis factum esse, ut toties *addicit*, pro *adjicit*, in codd. antiquis exaretur; de quo dictum est supra ad 1, 30, 8. Deinde τὸ *videtur* deest in Leid. 2. et Lovel. 1. Denique *licere consuli*, *dictatori et praetori*, omissa altera copula, Lovel. 3. Male. V. ad 2, 31, 1.

Legiones hostium devoveant, *non utique se*, *sed quem velint*] *devoveat* et *velit* Florent. Klock. Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 2. 3. 4. 5. Harlej. duo, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et edd. vett. *devoveat* autem etiam in Oxon. N. B. ac C. se invenisse Hearnius monuit; at de altero *velit* nihil addit, nisi tantum ita esse in Rom. ed. principe. Postea Basil. anno 1539. ediderunt *devoveant* et *velit*, (quod et in Lovel. 1. erat) quorum exemplum imitantur edd. Basil. annorum 1549. et 1554. Lugdun. anni 1553. Paris. anni 1573. ac proximae usque ad J. Fr. Gronov. qui *devoveant* et *velint* substituit, eamdem scripturam servantibus recentioribus. Certe Basil. lectio probari nequit; sed vel cum Gronovio legendum est: *devoveant* et *velint*, vel cum priscis edd. *devoveat* et *velit*, id est, quicumque sit, sive consul, sive dictator, sive praetor, qui devoveat. Quum autem lectio vett. edd. tot codicum consensu nitatur, eam in contextum admittendam censui. Ceterum *legationes hostium* perperam est in Leid. 2. V. ad 7, 30, 14. Etiam pronomen *se* deerat in Florent. Sed id intercepere primae literae sequentis vocis *sed*. V. ad 29, 21, 7.

Ex legione Romana scriptum civem devovere] Nec hic erat, cur *scripta* in *scriptum* mutaretur, GELEN. *scriptum* non nisi in Lovel. 4. et Harlej. 2. inveni; reliqui omnes Gelenio *scripta* reponenti adsentiuntur. *ex legione scripta Romana*, inmutato vocabulorum ordine, Lovel. 5. Deinde *devoveat* Portug. a m. 1. pro quo postea emendatum est *devovere*; *at si is homo*.

si is homo, qui devotus est, moritur, probe fa- 12
ctum videri: ni moritur, tum signum septem pedes altum, aut majus, in terram defodi, et piaculum hostia caedi. Ubi illud signum defossum erit, eo

§. 12. *Tum signum, septem pedes altum, aut majus, in terram defodi*] *Signum* quid proprie hic significet, scire velim, ad quod Romanum magistratum descendere fas non est. Et *piaculum hostiam caedi*, sive *hostia*, ut alii legunt, paulloque post, *sive hostia, sive quo alio volet, jus esto*, ea minus intelligo. GLAR. *Signum* opinor vocare imaginem ejus hominis, qui devotus non est mortuus: mortem enim ejus defossione imaginis et hostiae caede repraesentari voluerunt. SIG. Lego *probe factum esto: ni moritur, tum signum septem pedes altum, haud majus in terram defodito et piaculum hostiam caedito. Ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum adscendere fas non esto*. KLOCK. Non video caussam, cur haec omnia invitis codd. mutanda censuerit Klockius, neque ea pendere voluerit ex praecedenti *adjiciendum videtur*, unde et quae praecesserunt *licere consuli* etc. pendent. Non enim Livius ipsa constitutionis antiquae circa ritum devovendi verba refert, sed omnia suis verbis, ut alibi solet, proponit. Ceterum *pro benefacto videri* perperam est in Leid. 1. Deinde *tum signum ergo septem pedes altum* Fragm. Hav. *tum signum septem pedum altum* Lovel. 4. Praeterea *ad majus*, Voss. 2. et Fragm. Hav. *aut ad majus*, utraque lectione juncta, Gaertn. *aut manus* Harlej. 2. *aut magis* Lovel. 2. quae lectio ferri potest, si jungenda sint *septem pedes altum in terram defodi*. Contra vulgatum praeferendum erit, si jungamus *signum septem pedes altum*; quod etiam praefero ab aliorum codd. in hanc lectionem consensum. *magis* autem et *majus* etiam alibi in Mstis confunduntur. V. ad 26, 41, 16. Denique *fodi* Florent.

Piaculum hostia caedi] Nisi quid vitii inest, *piaculum caedi* dixit, pro *fieri*. Nam paullo post ait, *Marti suovetaurilibus piaculum fieri*. SIG. Nisi quid vitii inest, inquit Sigonius. Volunt certe id Rott. Helm. Voss. alter, Mureti libri, qui *piaculum hostiam caedi* eleganti ἐπεξηγήσει. J. FR. GRON. Similiter praeferunt Haverk. Lovel. 3. et edd. Mediol. annorum 1495. et 1505. Veneta anni 1498. Ascens. annorum 1513. 1516. et 1530. Mogunt. Colon. Cervic. et Paris. anni 1529. Eodem etiam adludunt Lovel. 5. et Portug. qui *hostium* legunt. Doujatius, *piaculum caedere* non facile alibi occurrere opinatus, ne non tamen Gronovio obloqueretur, legendum conjicit *piaculo hostiam caedi*, id est, ad piaculum, seu expiandi caussa. Sed, locum mendosum esse Gronovio consentiens, in ejusdem etiam conjectura, quae non tantum codicum fide nitebatur, sed etiam, licet Mstorum auctoritas abesset, minus a vulgato abibat, tutius acquiescere potuisset. (* v. Act. Lips. anni 1738. p. 397. Bibl. raisonn. T. 22. part. 1. p. 99.)

Ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum descendere fas non esse] Varietas hic lectionis addubitare me facit de genuitate hujus loci: quippe Pall. pr. ac tert. *eo magistratum Roma-*

13 magistratum Romanum escendere fas non esse. Sin autem sese devovere volet, sicuti Decius devovit; ni moritur, neque suum, neque publicum divinum pure faciet, qui sese devoverit. Vulcano arma si-

num excedere fas non esse. sec. *considere fas non esse*. Camp. vero ed. *eo magistratum Romanum accendere fas non essa*. Forte leg. *escendere*. GEBH. Non minus variant libri mei. *descendere* est in Voss. 1. Lovel. 1. 5. Harlej. 2. Fragm. Hav. et Oxoniensibus Hearnii N. L. 2. ac C. *ascendere* Florent. Lovel. 4. et Klock. *excedere* Voss. 2. Lov. 2. 3. et Gaertn. *defendere* Leid. 2. *considere* Portug. et Haverk. *escendere* Leid. 1. et Harlej. 1. quemadmodum Gebhardus hoc loco ex conjectura, Gronovius autem ad 2, 28, 6. ex Fulvii libro legendum monuerunt, et hic etiam in contextum recepit. Ceterum *defossum erat* Leid. 2 et Lovel. 5. Tum *fas non est* Harlej. 2. omnesque editi usque ad Froben. qui anno 1535. *fas non esse* substituit, consentientibus reliquis scriptis.

§. 13. *Sin autem sese devovere volet, sicuti Decius devovit*] *se devovere volet* Leid. 1. et Gaertn. *sese devoverit* Lovel. 4. qui etiam exhibet *sicut Decius*.

Pure faciet. qui sese devoverit, Vulcano arma sive cui alio Divo vovere volet, sive hostia, sive quo alio volet, jus esto] Alii *pure faciet, qui sese devoverit. Vulcano* etc. Lego et suppleo *pure facito. Qui sese devoverit, Vulcano arma, sive cui alii Divo volet, vovere jus esto. Sive hostia, sive quo alio facere volet, jus esto.* Vel *sive Vulcano arma, sive cui alii Divo vovere volet* etc. ut est in Msto. KLOCK. Pall. MSS. et vetustissimae edd. *sive cui alii Divo vovere volet.* GEBH. Lugdun. anno 1553. operarum errore ediderunt *sive cui alii divovere volet*: Basil. anno seq. *sive cui alii devovere*: Paris. anno 1573. *sive cui alii Divo devovere*, quod deinde omnes recentiores servarunt. Hinc Gebhardo necesse fuit monere, se in scriptis et edd. vett. *vovere*, non *devovere*, invenisse: quae lectio mihi in omnibus meis, Hearnio autem in Oxon. L. 2. et B. obvia fuit, quare eamdem nunc demum iterum Livio restitui. Praeterea *qui se devoverit* Haverk. et Fragm. Hav. Tum *sive cui alii Deo* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. 5. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. *sive cui alii Decio* Harlej. 1. Hinc *vellet* Oxon. L. 2. et C. apud Hearnium, *non licet* Gaertn. Deinde voces *sive hostia, sive quo alio volet* desunt in Voss. 2. Leid. utroque, Lovel. 3. et Harlej. 1. sed alio ordine *sive hostia, sive alio quo volet* legit Lovel. 1. Denique *jus esto. Telo* edd. pleraeque. quae caussa exstitisse videtur, cur Klockius praecedentia et sequentia omnia per inperativum concepta, eamque formam loquendi Livio restituendam esse, invitis scriptis, existimarit; quum opportuisset potius, ut, si codd. in *esto* conspirassent, hunc locum ad exemplum reliquorum, quam reliqua ad exemplum hujus emendasset. Nunc vero tanto minus conjecturae Klockii probandae sunt, quod unus tantum Harlej. 2. per omnia edd. vett. consentiat; et *jus esto*. *Hujus enim telo* praeferat unus etiam Haverk. Recte igitur Sigonius et postea Cl. Jac. Gronovius *jus est* ediderunt. Reliqui enim omnes similiter *est* exhibent, quamvis eorum qui-

ve cui alii Divo vovere volet, sive hostia sive quo
alio volet, jus est. Telo, super quod stans consul 14
precatus est, hostem potiri, fas non est: si potiatur, Marti suovetaurilibus piaculum fieri.

dam etiam hac parte corrupti sint. Nam *hujus est. Telo* habent Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. *jus est. Hujus est telo*, recepta utraque lectione, Gaertn. *jus est. Hujus est telum* Lovel. 2. *Tò est* etiam in Oxoniensibus suis superesse, Hearne testatur; quamvis is quoque *esse* in contextu retinuerit.

§. 14. *Telo, super quod stans consul precatus est, hostem potiri, fas non est*] Lego *fas non esto*. KLOCK. Omnia haec verba desunt in Leid. 2. culpa librarii. *super quo stans consul precatus est* legunt Voss. 2. et Lovel. 3. *super quod stans consul precatus* Voss. 1., *super quod stans precatus* Lovel. 1. Quod autem ad conjecturam Klockii adtinet, eam mihi displicere, patet ex illis, quae ad verba proxime praecedentia notavi.

Si potiatur, Marti suo lue et aribus piaculum fieri] Mendosa est haec novissima clausula, et verbis semihiulcis male coagmentata, adeo ut nullus verus sensus percipi queat. Nos vero ita emendavimus: *si potiatur, Marti solitaurilibus piaculum fieri*. Sunt autem *solitaurilia* sacrificia, quae (ut docet Asconius Pedianus [ad Cic. Divin. in Caecil. 3.]) censores urbem completo quinquennio lustrantes *de sue ove tauro* faciebant, a quibus tribus particulis nomen ipsum compositum esse existimavit Quintilianus in 1, [5.] ita tamen, ut non tam ex tribus, quam ex particulis trium *Solitaurilia* coagmententur. Et hoc est illud sacrificii genus, quod circumscripsit Livius [1, 44, 2.] his verbis: *Ibi instructum exercitum omnem Servius sue, ove taurisque lustravit, idque conditum lustrum appellatum*. Solitaurilia ad agrum lustrandum circumagi, docet M. Cato in libro de re rustica [142.] Sensus itaque Livii hic erit: consulem Romanum Marti solitaurilibus, hoc est, sue, ove, tauro immolatis, sacrificaturum pro piaculo, si hostis telo potitus fuerit, quo eum potiri nefas est. Quod autem Marti solitaurilibus sacra facerent, docet M. Cato, qui sic aït [142.] *Mars pater ejusdem rei ergo macte hisce solitaurilibus lactentibus esto*. Item alibi [eodem cap.] ita verba mystici sacri concipienda esse praescribit: *Mars pater, si quid tibi illisce solitaurilibus lactentibus neque satisfactum est, his solitaurilibus piaculo*. De solitaurilibus item aït Festus. *Solitaurilia hostiarum trium diversi generis immolationem signant, tauri, arietis, verris, quod omnes integri solidique corporis sunt. Solum enim lingua Oscorum significat totum et solidum. unde* apud Livium *tela soliferrea vocantur tota ferrea*. BEROALD. in Annotat. p. 222. Quidam legunt *Marti suovetaurilibus*, quod ego intelligo solitaurilia, quae apud Festum immolationem significant tauri, arietis et verris, ut etiam apud Homerum est Odysseae *Λ*, ac *Ψ*. GLAR. Olim *solitaurilibus* legebatur. At Festus docet rationem, cur et *solitaurilia*, et *suovetaurilia* defendi possint. SIG. Lego *piaculum fito*. KLOCK. *Martis novet auribus* Lovel. 1. *Martis novem tauribus* Fragm. Hav. *Martis novem taurilibus* Lovel. 5. Portug. et

1 XI. Haec, (etsi omnis divini humanique moris memoria abolevit, nova peregrinaque omnia priscis ac patriis praeferendo) haud ab re duxi, verbis quoque ipsis, ut tradita nuncupataque sunt, referre.
2 Romanis post proelium demum factum Samnites ve-

Haverk. *Martis vovet auribus* Lovel. 2. 3. *Martis vovent taurilibus* Gaertn. *Marti suo vovet auribus* Lovel. 4. *Marti suo luet auribus* Harlej. 2. *Marti solvet aurilibus* Florent. *Marti suovetauribus* Voss. 2. Leid. 1. et Harlej. 1. *Marti suovetaurilibus* Voss. 1. Leid. 2. et Klock. V. supra ad 1, 44, 2. De conjectura Klockii, qui inperativum *fito*, pro *fieri*, malebat, v. ad verba praecedentia.

§. 1. *Etsi omnis divini humanique moris memoria abolevit*] Locus corruptus et contra sensum. Legendum autem *incuria abolevit*. Τὸ *memoria* natum ἐκ τοῦ *moris*. Nihil ego certius puto. T. FABER. Immo sanum est τὸ *memoria*, et verbum boni coloris: quippe memoria abolescens parit incuriam: ac Livius voce *memoria* sic utitur, ut aliquid proximum curae, et sollicitudinis speciem quandam denotet. 27, 3, 8. *Ne Tarentinae quidem arcis excidit memoria.* hoc est, cura, et ad eam recipiendam intentio. 4, 21, 6. *Pestilentior inde annus tantum vastitatis fecit, ut non modo praedandi causa quisquam ex agro Romano non exiret, bellive inferendi memoria patribus aut plebi esset.* hoc est, cupiditas et propositum. Sic *miles praedae aut vivos capiendi non memor* dicitur 28, 20, 6. qui caedi tantum et sanguini fundendo animum adjicit. Ipsa phrasis est 9, 36, 1. *Aliis omnibus cladis Caudinae nondum memoria aboleverat.* JAC. GRON. Ut Faber judicaret, locum corruptum esse et contra sensum, inde factum est, quod tantum non omnes edd. ante Gronovianam anni 1665. sine interpunctione ulla verba continuarent *Haec etsi omnis* etc. nisi quod Sigonius *Haec, etsi omnis* dederit, adeoque non *memoriam moris*, sed *incuriam moris*, *haec abolevisse* existimaret. Quin insuper, licet recipienda sit interpunctio Sigonii ac Gronovii, tamen Fabri conjectura probanda foret, si vera esset lectio Harlej. 2. qui praefert *etsi omnia divini humanique*. Sed hic testis est unicus, et saepe incertae fidei. Recte igitur, si quid videam, Cl. Jac. Gronovius Fabri conjecturam rejecit, utque ita judicem, variae sunt caussae. Primo enim Livius *memoria abolevit* neutraliter, pro memoria abolita est, etiam alibi dixit, plurimisque aliis verbis similiter uti solitus fuit. V. ad 1, 23, 3. ubi etiam huc proxime facientem locum Livii laudavi ex 3, 55, 6. *Cujus rei prope jam memoria aboleverat.* Secundo omnes codd. in servanda voce *memoria* uno ore conspirant. Tertio Priscian. hunc locum laudans, servat etiam τὸ *memoria*, licet in aliis a recepta lectione discedat. Exhibet enim 9. Gramm. p. 872. *Etsi omnis divini humanique memoria aboleverit.* Igitur ejus etiam auctoritate *memoria* defendo; alia omnia, in quibus a vulgato in diversa abit, non probo. Locum enim ideo laudat, ut doceat, *aboleo* praeteritum facere *abolevi*: quod ut evincat, nihil interest, utrum legamus, quemadmodum exhibet Priscianus, an ut in Li-

nisse subsidio, exspectato eventu pugnae, apud quosdam auctores invenio. Latinis quoque ab La- 3
vinio auxilium, dum deliberando terunt tempus, victis demum ferri coeptum. et, cum jam portis 4
prima signa et pars agminis esset egressa, nuncio

vio nunc exstat. Praeterea *moris*, quam vocem omittit Prisc. superest in omnibus scriptis, nisi quod *juris* ejus loco sit in Leid. 2. quod ex glossatoris expositione ortum puto. Certe, teste Fest. hac voce, *Mos est institutum patrium, id est, memoria veterum pertinens maxime ad religiones ceremoniasque antiquorum.* Servius autem notat ad Virg. 12. Aen. 836. *Ritus est comprobata in administrandis sacrificiis consuetudo, quam civitas ex alieno adscivit sibi: quum receptum est*, mos *adpellatur*. Neque etiam necesse est, ut cum Prisciano *abolevit* mutemus in *aboleverit*. Licet enim *etsi* subjunctivum admittat, ut vidimus ad 5, 42, 7. saepissime tamen indicativum adsciscit. non temere ergo a codd. recedendum est, qui hic omnes servant *abolevit*, nisi quod *absolvit* sit in Florent. Locus itaque Prisciani exemplo sit, quam parum fidei habendum sit varietatibus lectionum, quae ex veteribus Grammaticis producuntur; nisi forte varietas consistat in eo, ad quod probandum locus ex antiquo scriptore ab ipsis laudatur: quamvis interdum id quoque fallat. Ceterum mox *priscis ac patriciis* Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *praeferens*, pro *praeferendo*, Lovel. 2.

Ut tradita nuncupataque sunt, referre] Vocula *ut* deficit in Voss. 2. Tum *ut tradita sunt nuncupataque referre* Lovel. 4. a m. 2. nam a m. 1. *nuncupataque* in ultimum locum rejiciebatur. Praeterea *referre Romanis. Post praelium*, mutata interpunctione, legit Lovel. 2.

§. 3. *Dum deliberando terunt tempus*] Vitiose, ut puto, Pall. duo *teritur tempus.* GEBH. Ita etiam Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. Displicuisse videtur librariis *terunt* absolute positum sine nomine. Sed, id in Livio frequens esse, infra videbimus ad 34, 56, 11. Neque tamen necesse est, ut eo recurratur. Nam *ab Lavinio* ponitur pro *ab Laviniensibus*, unde tum ad *terunt* commode intelligi potest *Lavinienses*. Infra 31, 41, 1. *Profecti Cercinium obsedere: clauserant portas, incertum vi an voluntate.* De hac syllepsi plura infra v. ad 38, 29, 9. Ceterum paullo ante *a Lavinio*, pro *ab Lavinio*, est in Lovel. 3. 4. Voss. 2. et Gaertn. *ab Lavino* in Haverk. Mox autem in sequentibus *fieri coeptum*, pro *ferri*, Portug. et Fragm. Hav. Saepe ita librarios peccare solitos fuisse, ut has voces confunderent in Mstis, supra vidimus ad 5, 54, 6.

§. 4. *Quum jam portis prima signa et pars agminis esset egressa*] *quum portis jam prima signa* Harlej. 2. *quum jam prima signa*, omissa voce *portis*, Gaertn. Tum *esset elata* Lovel. 4.

Nuncio adlato de clade Latinorum] Pal. tert. *nuncio illato.* GEBH. *nuncio ablato* Fragm. Hav. V. supra ad 3, 42, 6.

Quum conversis signis retro in urbem rediretur] *tum conversis si-*

adlato de clade Latinorum, quum conversis signis retro in urbem rediretur, praetorem eorum nomine Milionium dixisse ferunt, *pro paullula via magnam mercedem Romanis esse solvendam.* Qui Latinorum pu-

gnis Portug. V. ad Epit. Liv. 48. circa fin. *cum consulis signis* Haverk. Deinde *in urbem redierunt* Voss. 2. et Lovel. 3. *in urbem rediirent* Hearnii Oxon. L. 2. Vel librarii non adtenderunt ad differentiam notarum, quibus scribebantur voces *redirei*, id est *rediretur*, et *redirēt*, id est *redirent*, in quibus eos saepius lapsos esse infra videbimus ad 38, 40, 1. Vel ipsis displicuit *rediretur*, passivum; quod tamen alibi apud Livium occurrit. Supra 2, 55, 2. *Actum esse de libertate sua, rursus ad antiqua reditum.* 9, 24, 2. *Ad Soram inde reditum.* 37, 7, 1. *Reditum inde Hypatam est.* (* 27, 13, 1. 41, 3, 5.) aliisque locis. Similiter etiam apud Caes. 3. B. Civ. 16. *Manerent induciae, dum ab illo rediri posset.* et apud Auct. B. Alex. 18. *Quum ab hostibus eodem modo pugnaretur, nec cominus ad manus rediretur.*

Praetorem eorum nomine Millionium dixisse ferunt] Nomen praetoris eo modo in nullo meorum codd. nullaque ed. ante Curionem scribitur. *Milionium* habent Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Harlej. duo, Portug. Gaertn. Klock. et Hearnii Oxon. B. et C. cum plerisque edd. ante Curionem. *Melionium* Lovel. 2. *Milonium* Lovel. 5. Haverk. et edd. Ascens. annorum 1510. 1513. 1516. ac Paris. anni 1529. *Milionum* Voss. 2. Lovel. 1. Fragm. Hav. ed. Mediol. anni 1505. et modo memoratae quatuor in margine. *Milonum* Leid. 2. Adparet itaque inter omnes convenire, alteram liquidam expungendam esse. Utrum tamen *Milionium*, an *Milonium* legendum sit, dubito. Hoc videntur defendere Γαΐος Μιλώνιος senator Romanus, qui partes Cinnae secutus est, memoratus App. Alex. belli Civ. p. 389. et Caligulae uxor, *Caesonia* dicta Sueton. in ejus vita c. 25. quam Μιλωνίαν Καισωνίαν adpellat Dio Cass. l. 59. p. 658. Sed illud tuetur ingens codicum, et inter eos optimorum, turba; quare eam etiam lectionem admisi. Insuper *ferī*, id est *fertur*, Lovel. 2. ut sit *fertur praetorem dixisse.* Sed v. quae supra dicta sunt ad 1, 31, 8.

Pro paullula via magnam mercedem Romanis esse solvendam] *pro parvula via* Portug. Gaertn. et Haverk. Male. Infra 35, 11, 7. *Equi hominesque paululi et graciles.* ubi similiter variatur. V. quae ad eum locum notantur. Deinde *esse Romanis solvendam* Voss. duo, Lovel. quinque, Harlej. 1. Portug. Haverk. et Fragm. Hav.

§. 5. *Vescia urbs eis receptaculum fuit*] De *Vescia* urbe quid dicam, non habeo. GLAR. Stephanus *Βεσκία πόλις Αὐσόνων.* Hoc dixi, quia Glareanus, se nusquam alibi legisse hoc nomen, ait. † „Hoc non dicit Glareanus, „sed se, quod de hac urbe di„cat, nihil habere." † SIG. Palat. duo *Vesci urbs.* sec. vero *Vestia* cum Campani edit. GEBH. Suspectum mihi *τὸ eis*: nec pejus erit, si deleas, scribasque: *multis itineribus dissipatis,* quod tamquam ambiguum videntur mutasse. Nihil tamen ausim, antequam vetus aliqua accedat au-

gnae superfuerant, multis itineribus dissipati, quum se in unum conglobassent, Vescia urbs eis receptaculum fuit. Ibi in conciliis Numisius imperator 6 eorum, adfirmando *communem vere Martem belli u-*

ctoritas. J. FR. GRON. Nihil tentandum videtur, nec supervacuum esse *eis*, ostendit ordo verborum in struenda oratione. Liv. 34, 35, 8. *Mercenariorum militum Nabidis, qui aut in civitates suas, aut ad Romanos transiissent, iis res suae omnes recte redderentur.* DUK. *Vescia urbs ejus* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Voscia urbs eis* Lovel. 4. *Vessia urbs eis* Lovel. 5. Portug. et Fragm. Hav. errore ex minus articulata verba praeeuntis pronunciatione orto. *Vestia eis urbs* Haverk. *Vestia urbs eis* Hearnii Oxon. C. *Vesci urbs eis* Lovel. 3. Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 1. *Vesci urbs ei* Lovel. 2. De urbe *Vescia* v. Cluver. 3. Ital. Ant. 10. p. 1082. Codicum meorum nullus Gronovii conjecturam firmat. Paullo ante *quum se in unum cum se globassent*, pro *quum se in unum conglobassent*, male Florent. V. ad 9, 23, 16.

§. 6. *Ibi in conciliis Numisius imperator eorum*] *Ubi* Leid. 2. sollemni varietate passim in Mstis obvia. V. ad 27, 5, 2. Tum *in consiliis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 5. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Id praeferendum videtur, si vera sunt, quae de differentia et usu vocum *consilium* et *concilium* commentatus est Gronov. ad Liv. 44, 2, 5. Non enim intelligi potest vel conventus ac comitia incolarum urbis Vesciae; Numisius enim erat Circejensis, ut constat supra ex c. 3, 9. neque etiam conventus legatorum totius Latii, quia mox literae circa omne Latium nomenque Volscum missae dicuntur; sed potius duces minores, quos deliberationibus adhibuit. Nam Numisius hic potius *imperator* dicitur, quam *praetor*; deinde *imperator e o r u m*, id est, Latinorum, qui pugnae superfuerant, et in unum conglobati Vesciam se receperant. Quum tamen optimi nihil mutent, neque ego eam lectionem probare audeo. Deinde *Numitius* ed. Mediol. anni 1480. eamque secuti alii editores usque ad Aldum, qui *Numisius* substituit; neque aliter edd. quas vidi, Mediol. illa priores, ut et scripti, nisi quod *Numissius* sit in Lovel. 2. et *immissus* in Leid. 2. *Numicius* Sigonius edidit. V. supra ad c. 3, 9.

Adfirmando communem fore Martem belli] Antiquior ac dubio procul sincerior lectio habet *communem vere Martem*. Non hoc solum loco ex lectione Liviana apparet, *communis Mars* aeque fuisse celebratum Romanis, ac Graecis illud κοινὸς Ἑρμῆς. Sumtum est autem ex Homerico versu [Iliad. Σ. 309.]

Ξυνὸς Ἐνυάλιος καί τε κτανέοντα κατέκτα.

GELEN. Pro *vere*, quidam emendarunt *fore*. Non recte, ut puto. GLAR. *fore* tantum ex editionibus praeferunt Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, Venet. annorum 1495. et 1506. Ascens. anni 1510. Ald. eamque secutae tantum non omnes usque ad Gelen. Ex scriptis vero similiter legunt Harlej. 2. Neap. Latinii, et Lovel. 4. a m. 1. in quo a m. 2. inter versus adscriptum est *fere*. Contra *communem esse Martem belli* Lovel. 2. 5. *communem belli Martem* Portug.

tramque aciem pari caede prostravisse, victoriaeque nomen tantum penes Romanos esse, ceteram pro victis for-
7 tunam et illos gerere: funesta duo consulum praetoria, alterum parricidio filii, alterum consulis devoti caede; trucidatum exercitum omnem; caesos hastatos principesque; stragem et ante signa et post signa factam; tria-
8 rios postremo rem restituisse. Latinorum etsi pariter adcisae copiae sint, tamen supplemento vel Latium pro-

communem Martem belli Haverk. et Hearnii Oxon. B. Mox *utrimque aciem pari caede prostituisse* Lovel. 2. vocem *aciem* omittit Harlej. 2. Deinde *victorisque nomen*, pro *victoriaeque*, legit Fragm. Hav. a m. 2.

Ceteram pro victis fortunam et illos gerere] *et ceteram pro victis fortunam illos gerere* Harlej. 2. et edd. vett. pro quo Mediol. anno 1505. vulgarunt *ceteram pro victis fortunam illos gerere*. Ascens. annis 1513. et 1516. *at ceteram pro victis fortunam illos gerere*. Aldus tandem *ceteram pro victis fortunam et illos gerere*. Et ita reliqui scripti, nisi quod *ceterum pro victis* sit in Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. Male. V. ad 34, 34, 2.

§. 7. *Praetoria, alterum parricidio filii, alterum consulis*] Omnia haec vocabula omiserunt neglegentes librarii Voss. 2. et Lovel. 3. ob repetitas voces *consulum* et *consulis*. V. ad 9, 11, 11. Ceterum *patricidio* habent Lovel. 2. Haverk. et Fragm. Hav. V. supra ad 3, 50, 5.

Trucidatum exercitum omnem; caesos hastatos principesque] Pall. duo Msti *caesos hastatosque principesque*. GEBH. Similiter Leid. 1. et Lovel. 2. ac 3. At *trucidatum exercitum; omnes caesos hastatos principesque* Leid. 2. Mox *stragem ante signa et post signa*, altero *et* omisso. Portug. Gaertn. et Haverk. Male. V. ad 2, 44, 3. Insuper *jam restituisse*, pro *rem restituisse*, Leid. 2. Male. V. supra ad 3, 12, 4.

§. 8. *Latinorum etsi pariter adcisae copiae sint*] *abscisae copiae* Portug. Gaertn. Fragm. Hav. et Voss. 1. in marg. *abscissae copiae* Leid. 2. et Lovel. 1. *accissae copiae* Lovel. 5. *abcisae copiae* Voss. 2. *abcitae copiae* Klock. *caesae copiae* Hearnii Oxon. L. 2. V. ad 6, 5, 2. Vulgatum verum est, quod facit firmandae conjecturae Heinsii, de qua dubitabatur, ad Silii 2, 392.

Adcisis velox populis, quis aegra lababat
Ambiguo sub Marte fides.

ubi vulgo editur *Accitis*. quemadmodum enim ibi *accisi populi*, ita hoc loco *accisae copiae*; similiterque *accisae reliquiae*, nempe exercitus, apud Tacit. 1. Ann. 61. *Semiruto vallo, humili fossa, accisae jam reliquiae consedisse intelligebantur.*

Supplemento vel Latium propius esse, vel Volscos, quam Romam] *vel Antium* Lovel. 2. et Portug. a m. 1. *Vellacium* Lovel. 5. *vel Latinum* Lovel. 1. Sed librarius non adtendit ad morem Livianum, qui passim variandi caussa nomen regionis vel urbis ac po-

pius esse, vel Volscos, quam Romam. Itaque, si videatur eis, se, ex Latinis et ex Volscis populis juventute propere excita, rediturum infesto exercitu Capuam esse; Romanosque, nihil tum minus quam proelium 9
exspectantes, necopinato adventu perculsurum. Falla- 10
cibus literis circa Latium nomenque Volscum missis, quia, qui non interfuerant pugnae, ad credendum temere faciliores erant, tumultuarius un-

puli jungere solitus est. V. supra ad 7, 26; 9. Deinde *proprius esse* Florent. V. ad 4, 17, 15. Cl. Ant. Perizonius ad marginem Livii conjecit vel *Latium aptius*, vel *Latium promtius* legendum esse. Caussam ejus rei non video. Praeterea vox *Romam* deficit in Haverk. ejus loco *Romani* est in Harlej. 5. [?]

§. 9. *Si videatur eis, se, ex Latinis et ex Volscis populis juventute propere excita, rediturum*] *si videtur eis* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. Deinde *sese ex Latinis* ed. Parm. Sed pronomen illud deest in Leid. 2. quod saepe omitti solet. V. ad 1, 23, 5. Hic tamen unius id codicis auctoritate delere periculosum foret; praesertim quum facile absorberi potuerit partim a litera finali praecedentis, partim ab initiali sequentis vocis. V. infra ad 39, 6, 2. Tum *ex Latinis et Volscis* Haverk. Male. Passim enim in his similibusque locutionibus Livius praepositiones geminare ac repetere solet. V. ad 6, 28, 6. Hinc *juventutem propere excitare, rediturum* Lov. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. *juventutem propere excitare, rediturumque* Lovel. 2. *prope*, pro *propere*, Leid. 2. et Haverk. V. ad 39, 31, 4. *excitare* etiam Voss. 2. *excitata* Haverk. V. infra ad 28, 24, 4.

Nihil tum minus quam proelium exspectantes, etc. *perculsurum*] Similiter Livius 22, 19, 8. *Nihil minus quam hostem aut proelium eo die exspectantes, conscendere naves propere atque arma capere jubet.* Locutionem *nihil minus quam*, ut et *exspectare* pro timere, inlustrat Cl. Corte ad Sallustii Jug. 14, 11. *nihil tũ*, id est *tamen*, Haverk. V. ad 22, 17, 5. *nihil tum minus exspectantes*, mediis aliis omissis, Harlej. 2. Deinde *excussurum* Klock. *percursurum* Leid. 2. et Lovel. 1. *percussurum* Voss. 1. solito librariorum errore. V. supra ad 1, 27, 10. et infra ad 34, 15, 2. Paullo ante *Romanos*, pro *Romanosque*, Harlej. 1.

§. 10. *Circa Latium nomenque Volscum missis, quia, qui non interfuerant*] *circa Latinum nomenque Volscum* Lovel. 5. et ed. Parm. *circa Latium Volscumque nomen* Leid. 2. a m. 1. Hinc τὸ *quia* deest in eodem cod. interceptum a sequenti *qui*. Deinde *interfuerunt* Harlej. 2. et editi ante Gronov. qui anno 1665. primus vulgari curavit *interfuerant*. Et ita omnes mei praeferunt.

Tumultuarius undique exercitus raptim conscriptus convenit] *tumultuarius inde exercitus* Lovel. 1. Tum *partim conscriptus*, transpositis perperam literis, Florent. V. infra ad 22, 6, 10.

11 dique exercitus raptim conscriptus convenit. Huic agmini Torquatus consul ad Trifanum (inter Sinuessam Minturnasque is locus est) obcurrit. prius, quam castris locus caperetur, sarcinis utrimque in 12 acervum conjectis, pugnatum debellatumque est. adeo enim

§. 11. *Inter Sinuessam Minturnasque is locus est*] Hinc Diodorus l. 16. [p. 557.] aït, Latinos Campanosque ad *Suessam* hoc anno victos: vitiose pro ad *Sinuessam*. *Ῥωμαῖοι δὲ πρὸς Λατίνους καὶ Καμπανοὺς, παραταξάμενοι περὶ Σουέσσαν πόλιν ἐνίκησαν, καὶ τῶν ἡττηθέντων μέρος τῆς χώρας ἀφείλοντο. ὁ κατωρθωκὼς τὴν μάχην Μάλλιος ὁ ὕπατος ἐθριάμβευσε.* SIG. Vox *inter* deficit in Lovel. 1. Tum *Sinūessam* Harlej. 1. *Sinumessam* Leid. 1. *Sinum'essam* Lovel. 1. *Sinumesam* Voss. 1. *Sinumersam* Leid. 2. *Sinuesam* Lovel. 3. et 5. *Siluessam* Haverk. Insuper *Menturnasque* ed. Rom. anni 1472. *Meturnasque* Leid. 2. et Lovel. 1. *Miturnasque* Lovel. 3. et Fragm. Hav. *Micturnasque* Lovel. 5. *Minctur-nasque* Gaertn. *Minturmasque* Lovel. 2. Paullo ante *ad Trifarium*, pro *ad Trifanum*, Haverk. litera *n* in *ri* dissoluta. V. ad 3, 30, 3. Mox in verbis sequentibus *occurrerit*, sive *occurr'it*, pro *occurrit*, Florent. V. ad 40, 14, 11.

§. 12. *Adeo enim adcisae res sunt, ut consuli*] Vocula *enim* deficit in Portug. et Haverk. Praeterea *abscisae res sunt* Gaertn. *abscissae res sunt* Portug. et Haverk. *abcisae sunt* Leid. 2. *accissae res sunt* Lovel. 1. V. modo ad §. 8. Insuper *ne consuli* Leid. 2.

Ad depopulandum agros eorum ducenti, dederent se omnes Latini] *ad populandum* Harlej. 2. omnesque editi usque ad Gronov. qui primus anno 1665. *ad depopulandum* substituit. Neque aliter praeferunt scripti, nisi quod corrupte, eodem tamen ducentibus vestigiis, sit *ad depulandum* in Florent. et Harlej. 1. V. ad 37, 27, 9. Tum *eorum* non comparet in Harlej. 2. Hinc *dederent se nostris Latini* Voss. 2. et Lovel. 3.

Latium Capuaque agro mulctati] Vet. lib. *Latini Capuaque*. SIG. Bene ita habent Pall. duo meliores, vetustissimaque adeo editio Andreae: ut non opus sit lectione Sigonii Palatinique sec. *Latini Capuaque*, quibus dudum annuerat Campanus. GEBH. Alienum, non Livii est, quod venditat Sigonianus, *Latini*. Nam *Latium Capuaque* sensu est Latini Campanique: itaque his conveniens verbum illis apponitur. Sic 6, [3, 2.] *Etruria prope omnis armata Sutrium, socios populi Romani, obsidebat*. Rursus [c. 30, 9.] *Eodem anno Setiam, ipsis querentibus penuriam hominum, novi coloni adscripti*. Quasi dixisset *in Setinos*. 9, [21, 6.] *Plistiam ipsi, socios Romanorum, ut parem dolorem hosti redderent, circumsidunt*. Eodem c. 41, 3. *Is profectus ad Nuceriam Alfaternam, jam pacem petentes, quod uti ea, quum daretur, noluissent, adspernatus oppugnando ad deditionem subegit*. Quasi esset Nucerinos petentes adspernatus subegit. Itaque Sigonius, bene alioquin hic versatus, male addit *eam oppugnando*. Adde, quae ad 29, 12, 4. et

enim adcisae res sunt, ut consuli, victorem exercitum ad depopulandos agros eorum ducenti, dederent se omnes Latini, deditionemque eam Campani sequerentur. Latium Capuaque agro multati.
Latinus ager, Privernati addito agro, et Falernus, 13
qui populi Campani fuerat, usque ad Vulturnum

38, 29, 9. J. FR. GRON. *Latini Capuanique* Klock *Latini Campanoque agro* Haverk. *Latini Capuaque* Voff. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Hearnii Oxon. L. 2. atque N. in margine; quod eadem forma, apud Livium saepe obvia, dictum esse videri posset, qua *per Volscos Falernumque agrum* habuimus 7, 26, 9. ubi plura vide. Verum quum reliqui omnes, et cum iis optimi codd. stent pro vulgato, id recte Gronovium defendisse puto: certe ita etiam Livius saepe loqui solitus est. Supra 7, 28, 6. *Consules Soram ex hostibus, incautos adorti, ceperunt.* Infra hoc libro c. 13, 2. *Jam Latio is status erat rerum, ut neque bellum neque pacem pati possent: ad bellum opes deerant, pacem ob agri ademti dolorem adspernabantur.* V. infra plura ad 38, 29, 9. Praeterea *agris multate* Lovel. 2. *agro multati* Lovel. 1. 3. et Fragm. Hav. V. ad 3, 67, 5. Paullo ante *deditionemque Campani*, omisso medio pronomine, Lovel. 4. et Florent. quod Cl. Salvinius, qui codicem Flor. cum vulgatis contulit, addito signo sibi non displicere testatus est. Voces vero *deditionemque eam Campani sequerentur. Latium Capuaque agro multati. Latinis* desunt in Harlej. 1. aberrante scriba ob τῶν *Latini, Latinus* repetitionem.

§. 13. *Latinus ager Privernati addito agro: et Falernus*] Pall. duo, primus ac tertius, *Latinus ager Privernati additus et Falernus.* secundus quoque *additus*. GEBH. Ita primus distinxit Curio, quem, praeter Sigonium, sequuntur recentiores usque ad Hearnium. Is autem, ut nunc interpungitur, edidit. Praeterea quinque priora vocabula deficiunt in Leid. 2. *Privernati agro addito, et Falernus* habet Fragm. Hav. *Privernati additus agro, et Falernus* Lovel. 2. 5. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. et B. [Veith.] *Privernati additus, et Falernus* Lovel. 3. qualem scripturam etiam in duobus Pall. Gebhardus reperit; quorum librarii repetitione vocis *agro* obfensi fuisse videntur. Sed perperam. V. supra ad 1, 3, 9. Neque etiam *additus* placere potest. Non enim *ager Latinus* tamquam adpendix agri Privernatis considerandus, eique additus esse dicendus est; at contra.

Et Falernus, qui populi Campani fuerat, etc. *plebi Romanae dividitur*] *fuerant* male Harlej. 2. Non enim praeter Falernum aut Latinus ager aut Privernas umquam populi Campani fuit. Praeterea *ppli Ro. dividitur* Haverk. *plebi Romanae dividuntur* Harlej. 2. et edd. vett. ut sit *Latinus ager et Falernus dividuntur*. V. supra ad 1, 31, 7. Aldus deinde substituit *dividitur*; quod non modo servarunt pleraeque postea edd. sed constanter etiam in aliis omnibus scriptis superest. unde id genuinum esse non dubito.

14 flumen, plebi Romanae dividitur. bina in Latino
jugera, ita ut dodrantem ex Privernati complerent,
data; terna in Falerno, quadrantibus etiam pro
15 longinquitate adjectis. Extra poenam fuere Latino-

§. 14. *Bina in Latio jugera*] *Latino* lege, et subintellige *agro*. Nam mox sequitur *terna in Falerno*. GELEN. *bina in Latii jugera* Leid. 2. *bina in Latio jugera* Harlej. 2. et Haverk. *bina ex Latino jugera* Lovel. 4. Reliqui omnes cum Gelenio *bina in Latino jugera*; atque ita etiam edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Ita ut dodrantem ex Privernati complerent, data] Sensus apud quosdam est, in Latino agro colonis data jugera, ac dodrantem ex Privernati adjectum. In Falerno autem trina data cum quadrantibus, ita ut, qui in Falerno agro partem acciperet, semisse plus acciperet, quam in Latino, atque id propter longinquitatem. nemo enim est, qui propiora non praeferat. Quamquam haec Livii verba, *ita ut dodrantem ex Privernati complerent, data*, amphibola videri queunt. Nescias enim, dicerene velit, dodrantem eos explesse quadrante, quem ex Privernati acceperint, ut jugerum integrum fieret: an dodrante ex Privernati accepto quadrantem Latini agri explerint, ut fieret jugerum. Nisi quis verbum *complerent* pro adjicerent positum existimet, quod equidem nescio. Atque hoc quidem modo intelligeremus, in Latino duntaxat bina data jugera, in Falerno autem terna cum quadrantibus. Verum id judicio lectoris committimus. GLAR. *Tò ita* deest in Leid. 2. *ita ut quadrantem* habent Voss. 2. Lovel. 2. in margine, Lovel. 3. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. [Veith.] et Oxonienses Hearnii B. ac N. cujus ultimi tamen margo *dodrantem* praefert. Nihil mutandum, ac locum ita accipiendum esse puto: illis, qui in Latio agros acceperunt, data sunt bina jugera agri Latini, et insuper dodrans sive tres quartae partes jugeri ex agro Privernati; illis autem, qui in Campania, data sunt tria jugera agri Falerni: quadrans autem sive quarta pars jugeri, quam hi plus, quam alteri, acceperunt, adjecta est propter agri illius longinquitatem. Locum longe aliter accipit Doujatius, qui existimat, complementum ex agro Privernati non in singulorum portionibus intelligendum, neque unumquemque dodrantem duorum jugerum in Latino, quadrantem eorum sive dimidiatum jugerum in Privernati accepisse; sed intelligendum esse in portionibus integris eorum, quibus ager Latinus ad duo jugera capienda non sufficeret: si itaque forte quatuor millibus civium hac in parte agri adsignandi forent, eorum dodrantem seu tria millia in Latino, quadrantem seu mille in Privernati agro bina jugera accepisse: in Falerno autem non tantum singulis tria jugera adsignata esse, sed praeterea quadrantem seu quartam partem jugeri, quod ager Falernus longius ab urbe Roma distaret, quam Latinus. Mox *tertia in Falerno*, pro *terna*, Lovel. 2. et Fragm. Hav. neque aliter Lovel. 5. in contextu, in cujus tamen margine est *trina*. *terciana in Falerno* Gaertn. juncta utraque lectione *tercia* et *terna*. V. ad 3, 44, 4.

§. 15. *Extra poenam fuere Latinorum Laurentes Campanorumque*

rum Laurentes Campanorumque equites, quia non
desciverant. Cum Laurentibus renovari foedus jus-
sum. renovaturque ex eo quotannis post diem de-
cimum Latinarum. Equitibus Campanis civitas da- 16

equites] *Extra poenam Latinorum fuere* Lovel. 4. et Haverk. *fuerunt* Gaertn. Tum *Laurentem Campanorumque equites* Lovel. 5. a m. 1. pro quo inter versus emendatum vidi *Laurentum Campanorumque equites*. Quomodo tamen Livius hic narrat *Laurentes* non descivisse? quum supra hoc cap. victis Latinis *auxilium ab Lavinio* ferri coeptum tradat, et per *Laurentes* intelligantur incolae Lavinii, ut dictum est supra ad 6, 21, 2. An forte verba *quia non desciverant* ad solos equites Campanos referenda sunt? Mox *qui non desciverant*, pro *quia*, Leid. 2. V. ad 36, 33, 5. *quia non desiverant* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 30, 3, 5. *destituerant* Lovel. 5. a m. 1. Verum, et haec verba in Mstis commutari a librariis, docuit Cl. Corte ad Plin. 4. Epist. 17, 10.

Renovari foedus jussum. renovaturque ex eo quotannis] *renovari foedus missum* Gaertn. et Portug. a m. 1. de quo errore v. supra ad 3, 4, 11. in posteriori autem a m. 2. emendatur *renovare foedus missum*. Tum *revocaturque* Portug. et Haverk. quomodo saepe variant libri scripti. V. ad 3, 51, 7. *renovatumque* Harlej. 1. Deinde *ex eo quo ante hiis* Leid. 2. et Lovel. 4. *ex eo quod annis* Leid. 1. Harlej. 1. Portug. a m. 2. Haverk. et Fragm. Hav. (* v. ad 27, 9, 2.) *ex eo quot annis*, duabus vocibus, edd. vett. De utraque scribendi ratione v. Noris. ad Cenotaph. Pis. dissert. 4. c. 2, 2. p. 452. *ex eo q? quotannis*, duplici scriptura juncta, Gaertn. V. ad 3, 44, 4.

Post diem decimum Latinarum] Vet. lib. *decimam*. Latinae feriae per quatuor dies agebantur, post diem x, quam actae erant, renovabatur hoc foedus. SIG. Praepositionem *post* omittit perperam Voss. 2. Tum *diem decimam* habent etiam Lovel. 5. Portug. et Haverk. Sed vulgatum malo. Quamvis enim non semper observatur discrimen illud, quod Grammatici inter vocem *dies* genere masculino, eamdemque genere foeminino usurpatam statuunt, ut supra vidimus ad 1, 12, 1. (* v. Serv. ad Virg. 2. Aen. 324.) attamen *diem decimum* hic praeferendum existimo tum propter aliorum omnium codicum, in hanc lectionem conspirantium, auctoritatem, tum etiam quod Livius fere ubique ita loqui solitus fuerit. Certe hoc modo plerumque *postero die*, rarissime *postera*, dixit. V. ad locum modo laudatum. *hodierno* vel *hesterno die*, v. ad 44, 38, 1. *hoc die* 27, 13, 7. 38, 51, 7. *die uno* 24, 13, 9. 32, 1, 14. c. 22, 4. *die primo* 4, 58, 8. 26, 51, 4. 27, 32, 1. *die altero*, v. ad 37, 29, 2. *die tertio* 3, 8, 2. c 69, 10. 10, 27, 7. 23, 44, 6. c. 45, 1. c. 46, 6. 24, 17, 8. 25, 19, 7. c. 31, 14. 26, 26, 3. 31, 45, 6. 32, 12, 1. c. 22, 4. 34, 12, 6. c. 26, 9. 37, 38, 5. 44, 45, 1. Epit. Liv. 112. *die quarto* 28, 18, 12. c. 33, 1. 30, 8, 4. *die quinto* 22, 51, 2. 26, 27, 15. 37, 38, 8. *die sexto* 27, 50, 1 *die septimo* 29, 35, 5. *die octavo* 4, 47, 6. 10, 1, 9. *die nono* 21, 35, 4. *die decimo* 3, 33, 8. 36, 10, 1. 39, 9, 4. *die tertiodecimo* 27, 5, 9. *die quintodecimo* 30, 11, 1. *die vicesimo* 6, 29, 10. et similia alibi. (* *quarto et tricesimo* 27, 7, 1. *eodem die* v. ad 28, 34, 1.) Quae-

ta: monumentoque ut esset, aeneam tabulam in aede Castoris Romae fixerunt. vectigal quoque eis Campanus populus jussus pendere in singulos quotannis (fuere autem mille et sexcenti) denarios nummos quadringenos quinquagenos.

dam tamen etiam exempla in contrarium apud Livium reperiri, non diffiteor; verum illa hujus generis longe praevalent. Ceterum *Latinorum* male praeferunt Voss. 1. a m. 2. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav.

§. 16. *Equitibus Campanis civitas data*] Pall. duo, et Campani ed. *reddita*, non *data*. GEBH. *reddita* etiam Voss. 1. Lovel. 2. 3. 4. *redita* Fragm. Hav. *re data* Florent. *rodata* Leid. 1. *ró data* Harlej. 1. quasi voluisset librarius *civitas Romana data*. Media tamen vox abesse potest, et saepissime apud Livium abest. Voces *Equitibus Campanis* non adparent in Gaertn.

Monumentoque ut esset, aeneam tabulam in aede Castoris fixerunt] Copula *que* deficit in Voss. utroque, Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. 5. Gaertn. Portug. et Fragm. Hav. *monumentumque ut esset* habent Harlej. 2. et edd. vett. usque ad Froben. qui anno 1535. *monumentoque* substituit. Et ita reliqui scripti. V. ad 24, 8, 20. Tum *etiam tabulam*, pro *aeneam*, Gaertner. Deinde *fuerunt* Voss. 2. Leid. 1. in contextu, et Lovel. 3.

Jussus pendere in singulos quotannis] *pendere singulos quotannis* Haverk. *pendere in singulis annis* Portug. et Lovel. 5. *pendere in singulis quotannis* Harlej. 2. *pendere in singulosque annos* Fragm. Hav. *pendere in singulos quotannos* Voss. 2. et Lovel. 3. cum edd. principibus. *pendere in singulos quod annis* Leid. 1. V. ad §. praec. *pendere in singulo quotannis* Florent. Sed *singulo* postea erasum est. [*pendere singulis in annis* Veith.]

Fuere autem mille et sexcenti] Ne quis de hac lectione dubitet, ita etiam in lib. vet. esse scito. SIG. Nostri etiam omnes hanc lectionem servant, nisi quod vocula *et* desit in Portug. ac *ducenti* sit in Lovel. 4. V. ad 38, 37, 6. Sed nec editi a vulgata scriptura recedunt.

Denarios nummos quadragenos quinos] Quod haec in casu accusandi legenda sint, fortasse nulli dubium. Caeterum quod alii decuplo auxerint hanc summam, legerintque *quadringenos quinquagenos*, non item certum. Denos denarios singulis coronatis dabimus Budaeana aestimatione: qua supputatione prior lectio minutum quiddam singulis tribuit annuatim equitibus, videlicet coronatos quaternos cum quinis denariis: altera vero lectio quadragenos quinos coronatos. At annuam in universos summam immensam 72000. videlicet coronatorum, posterioribus etiam seculis, quamvis magnae civitati, gravem. Haec ea de caussa annotamus, ut vetusta exemplaria diligentius introspiciantur. Nam haec in omnibus codicibus variata invenio, cum equitum, tum summae pensionis numerum. GLAR. Hotomannus de re numm. c. 27. [p. 169.] de aereis denariis sive decussibus hunc locum accipit. Mirum tamen, cur hunc annum ab urbe condita DCXIII. esse scribat. KLOCK. Hunc locum exponit Schelius ad Polyb. c. 3.

XII. Ita bello gesto, praemiis poenaque pro cujusque merito persolutis, T. Manlius Romam rediit: 1
cui venienti seniores tantum obviam exisse constat; juventutem, et tunc, et omni vita deinde, aversatam eum exsecratamque. Antiates in agrum 2

DUK. *den nūmis quadrigenis quinquagenis* Gaertn. *denarii nummi quadrigeni quinquagenени* Lov. 2. *denarii nummi* CCCL. Lov. 4. *denarii nummi quadringeni quinquageni* Lov. 5. *denarii nummi quadrageni et quinquageni* Portug. et Haverk. *denarii nummi quadrageni quinquageni* Hearnii Ox. B. et L. 2. *denarii nummi quadrageni quini* Harl. 2. editionesque Aldo priores, nisi quod Rom. anni 1472. Parm. et forte paucae aliae casu accusandi concipiant. *denarios nummos quadrigenos quinquagenos* Voss. 1. Harlej. 1. et Lovel. 1. *denarios nummos quadringentos quinquagenos* Voss. 2. et Lovel. 3. *denarios nummos quadrigenos quinuulgenos* Klock. Reliqui omnes, et inter eos optimi, in vulgatum conspirant: cui propterea non videtur controversia movenda esse. In loco Hotom. operae aberrarunt, et, transpositis notis numeralibus, DCXIII pro CDXIII dederunt. Ejus vero sententiam de denariis aereis, quam latius proposuit in lib. de re numm. c. 11. p. 75. examinat atque inprobat Gronov. 3. de pec. vet. 15. Praeterea Cl. Hearne observat, Scalig. de re numm. ant. videri vocem *nummos* abundare: neque enim Livium *denarium nummum*, sed *denarium* tantum, vocare; neque adhuc denarium Romae signatum fuisse. Verum quemadmodum hic Livius voci *denarius*, quod natura sua adjectivum est, addit substantivum *nummus*, quod plerumque subintelligi solet, ita plene *nummus sestertius* dixit Cic. pro Rab. Post. 17. *Ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirii Postumi nummo sestertio sibi addici velit.* Valer. Max. 5, 2, 10. *Extuderunt, ut exsequiorum paratus sestertio nummo ipsis praebentibus addiceretur.* et Auctor Epit. Liv. 55. *Diu virgis caesus est, et sestertio nummo veniit.* quod ex ipso forte Livio hausit. Praeterea, quod pro altera ratione datur, non tollitur, licet inducatur vox *nummo.* Quin ita potuit Livius per prolepsin locutus esse, quemadmodum *stipendia facere* pro militare, antequam adhuc stipendia constituta forent, supra dixit 3, 68, 6. et *stipendia numerare* pro numerare annos, quos quisque militavit, 4, 58, 13. Alia exempla supra notata sunt ad Livii 1, 34, 10.

§. 1. *Pecuniis poenaque pro cujusque merito persol tis*] Quis non videat, rectius legi *praemiis poenaque*? GELEN. Lectionem Gelenii probant omnes codd. praeter unum Harlej. 2. qui veterum ante Gelenium editionum scripturam servat. Praeterea *pro ejus merito* Gaertn. *pro cujusque meritis* Portug. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. B. Sed haec verba omittuntur in Voss. 2. Infra c. 14, 1. *Ut pro merito cujusque statueretur.* 10, 44, 3. *In conspectu duorum exercituum et Carvilius suos pro cujusque merito laudavit, donavitque.* ubi quaedam vide. Id *prout cuique meritum virtusque erat*, dixit infra 26, 48, 14. Deinde *psolutis*, id est *prosolutis*, Gaertn. *dissolutis* Florent.

T. Manlius Romam rediit] Prae-

Ostiensem, Ardeatem, Solonium incursiones fecerunt. Manlius consul, quia ipse per valetudinem id bellum exsequi nequierat, dictatorem L. Papirium Crassum, qui tum forte erat praetor, dixit: ab
3 eo magister equitum L. Papirius Cursor dictus. Nihil memorabile adversus Antiates ab dictatore ge-

nomen deficit in Voss. 2. Lovel. 2. 3. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. ac C. *Titius Mallius* habet Gaertn.

Juventutem, et tunc, et omni vita deinde, aversatam eum exsecratamque] *juventute, et tunc, et omni vita deinde, aversata exsecrataque* Harlej. 1. *juventute* etiam Leid. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. Hinc prius *et* deficit in Portug. et Haverk. V. ad 2, 44, 3. Tum *adversatam* Flor. Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 3. 4. 5. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. V. supra hoc lib. ad 7, 14. *aversa causa* Lovel. 1. sed, posteriorem vocem delendam esse, librarius adpositis notis indicavit. *aversatam esse exsecratamque* Lovel. 2. *adversatam eumque exsecratam* Leid. 2.

§. 2. *In agrum Ostiensem, Ardeatem, Solonium*] *Solonius ager* quis sit, adhuc quaero. *Sollinatium* ac *Solonatium* meminit Plinius 3, [14. et 15.] at nihil ad hunc locum. GLAR. Agrum *Solonium* fuisse campum agri Lanuvini ex Cic. 1. de Divin. 36. docuit Cluverius 3. Ital. Ant. 4. p. 939. et ex aliis optime inlustravit. Ceterum *Solonum* perperam est in Voss. 2. et Lovel. 3.

Quia ipse per valetudinem id bellum exsequi nequierat] Hic est ordo verborum in Pall. pr. ac tert. *quia id bellum ipse per valitudinem exsequi nequiverat.* GEBH. Idem ordo etiam est in Lovel. 3. Praeterea *per valitudinem* Voss. 1. Leid. duo, Lovel. quinque, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 3, 6, 9. Tum *nequerat* Lovel. 1. *nequeret* Lovel. 2. *nequiverat* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 4. 5. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. supra ad 5, 10, 10.

L. Papirium Crassum, qui tum forte erat praetor] Praenomen exsulat a Voss. 2. et Lovel. 3. quinque ultima vero vocabula ab Haverk. *tunc*, pro *tum*, praeferunt Lovel. 5. Portug. et Fragm. Hav. V. ad 2, 12, 15.

§. 3. *Quum aliquot menses stativa in agro Antiati habuisset*] *quum aliquot stativa*, omissa voce *menses*, Lovel. 4. et Klock. Tum *in agro Antiatis* Gaertn. *in agro Antiate* Harlej. 2. et editt. vett. usque ad Ascens. anni 1530. Utroque modo hunc casum sextum efferri, et *Antiate*, et *Antiati*, docet Voss. 4. Gramm. 12. Certe pari ratione *Privernati* supra est c. 11, 13. et 14. *Privernate* c. 20, 9. *Sentinate* 10, 27, 6. *Sentinati* ibid. c. 30, 4. et c. 31, 12. et ita *in agro Interamnati* dixit infra 10, 39, 1. et *depopulato Atinate agro* eodem cap. (* *in agro Larinati* 22, 24, 1.) quare plerorumque codicum scripturam illi, quae in uno ac priscis editionibus est, praeferendam non dubito. Similiter infra est c. 14, 8. Praeterea *habuissent* Gaertn. Paullo ante *a dictatore gestum* Lovel. 4. 5. et Gaertn. *ab dictatore regestum* Leid. 1. sed syllaba initialis *re* perpe-

ſtum eſt, quum aliquot menses ſtativa in agro Anti-
ati habuiſſet. Anno insigni victoria de tot ac tam 4
potentibus populis, ad hoc consulum alterius nobi-
li morte, alterius sicut truci, ita claro ad memori-
am, imperio, succeſſere consules Ti. Aemilius Ma-
mercinus et Q. Publilius Philo; neque in similem 5

ram repetita eſt ex praecedentis vocis syllaba finali.

§. 4. *Anno insigni victoria de tot ac tam potentibus populis*] *Anno insigni victoriae* Leid. 1. Florent. Harlej. 1. et Lovel. 1. ac 5. a m. 1. Deinde *de tot ac potentibus* Lovel. 5. et Haverk. *de tot ac patentibus* Portug. Alibi etiam *potens* et *patens* commutantur. V. (* ad 21, 7, 5.) N. Heins. ad Ovid. 7. Metam. 460. *de tot actam potentibus* Florent. in quo *acta*, erasa litera *m*, emendatum eſt a manu sec. *de tot acte potentibus* Lovel. 5. in quo *acta* dedit manus altera. et ita eſt in edd. Rom. anni 1472. Parm. Tarvis. utraque, aliisque. Male. Infra 24, 26, 13. *Quum tot ac tam validae eluctandae manus essent.* Alibi *tot tam*, omiſſa conjunctione, dixit Livius. Ita 5, 54, 5. *Conjuncti cum Aequis Volsci, tot tam valida oppida.* ubi alia exempla vide. *tot ac tam populis potentibus*, mutata vocabulorum serie, Gaertn.

Ad hoc consulum alterius nobili morte] *adhuc consulum* Leid. 2. *ad haec consulum* Hearnii Oxon. C. V. infra ad 21, 52, 10. Tum *nobilis morte* Harlej. 1. Mox *dato*, pro *claro*, Portug. et *succrescere*, pro *successere*, Haverk. Tum *consules* deeſt in Lovel. 4.

T. Aemilius Mamercus] *Ti. Aemilius Mamercinus* Diodorus [l. 16. p. 557.] et vet. lib. SIG. *T. Aemilius* Lovel. 4. et Haverk. *Titus Aemilius* Leid. 2. Lovel. 2. Portug. et Fragm. Hav. *Titius Aemilius* Florent. Leid. 1. Lovel. 1. et Harlej. 1. Reliqui recte ei *Tiberii* praenomen tribuunt. V. supra ad 2, 61, 1. Teſtatur autem Pighius in Annal. ad ann. CDXIV. perperam *T. Aemilius* in vulgatis Livii exemplaribus legi, in vetuſtioribus autem recte *Tiberii* praenomen illi dari. Verum, nisi per vetuſtiora exemplaria intelligat editiones Sigonii, omnino erravit. Quascumque enim Sigonio antiquiores vidi, perperam *Titi* praenomen praeferunt. Praeterea *Mamertinus* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 5. Haverk. et Fragm. Hav. *Numentinus* Portug. *Mamercus* Leid. 2. Lovel. 4. Harlej. 2. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. B. et N. Sed recte Sigonius *Mamercinus* reſtituit. V. supra ad 4, 25, 5. c. 61, 1. 5, 1, 2. 7, 1. 2, c. 39, 17. 8, 1, 1. c. 16, 12. c. 20, 3. et alibi saepe.

Et Q. Publius Philo] *Publilius*, ut ante. SIG. Duae voces *et Q.* desunt in Voſſ. utroque, Leid. utroque, Lovel. quinque, Harlej. 1. et Fragm. Hav. Praenomen *Q.* solum omittunt Harlej. 2. Florent. Port. Gaertn. et Haverk. Tum *P. Philo* legunt Lovel. 4. Gaertn. et Hearnii Oxon. B. ac C. Sed recte Sigonius *Publilius* reſtituit, ut eſt in Flor. Leid. 1. Harlej. utroque, et Klock. quod inscitia librariorum paſſim in *Publius* depravatum eſt. V. ad 2, 55, 4. 6, 19, 5. Epit. Liv. 8. Infra hoc lib. c. 15, 9. c. 16, 12. c. 17, 11. c. 22, 9. 9, 7, 15. c. 26,

materiam rerum, et ipsi aut suarum rerum, aut partium in republica magis, quam patriae, memores. Latinos, ob iram agri amissi rebellantes, in campis Fenectanis fuderunt, castrisque exuerunt.
6 Ibi Publilio, cujus ductu auspicioque res gestae erant,

21. 10, 8, 8. cap. 9, 2. et passim. Denique *Philon* Voss. 2. et Lovel. 3. Verum ultima litera *n* perperam repetita est ex initio vocis sequentis *neque*. Certe Lovel. 3. hinc *eque*, pro *neque*, praefert, *Philone quae in similem* Florent.

§. 5. *Neque in similem materiam rerum, et ipsi aut suarum rerum*] Cum *neque* dixisset, subjungit aliam sententiam. Suspicor defectum esse, quem ego absque vetusti codicis fide non facile restituerim. GLAR. Inmerito Glareanus locum defectum credit. Nam *neque* resolvendum in *et non*, quasi foret *et non in similem materiam rerum*, *et ipsi* etc. Ita infra hoc ipso cap. *Nam neque criminari apud populum Patres destitit*, *et collegam dictatorem dixit*. Plura ex Cic. aliisque exempla conlegerunt Stewich. de Partic. ling. Lat. in *Neque*, *et*. et Tursell. de Partic. Lat. serm. c. 101. V. etiam Cl. Cortium ad Sallust. Jug. 1, 5. Ceterum *ut suarum rerum* Voss. 2. V. ad 4, 12, 8. *aut rerum suarum* Lovel. 4. Tò *aut* deficit in Leid. 2. sed omnes quinque posteriores voces omisit librarius Fragm. Hav. in errorem abductus repetitione vocis *rerum*. V. ad 9, 11, 11. Mox *in rempublicam*, pro *in republica*, Flor. Voss. 2. et Lovel. 3.

Ob iram agri amissi rebellantes] *ab iram* Harlej. 1. *ob ira* Leid. 1. *ab ira* Fragm. Hav. quod probari posset, si plurium codicum auctoritas accederet. V. ad 24, 30, 1. et ad 26, 1, 3.

In campis Senectanis] Id mihi ignotum; quamquam quidam *Fenectanis* emendarunt, non minus obscura voce. GLAR. Cluverius 3. Ital. ant. [4. p. 965.] legit *Pedanis*. JAC. GRON. Doujatius etiam hunc locum corruptum credidit, ac varie tentavit. Primo enim legit *in campis Faustinianis*, quae pars erat agri Falerni, aut *in campis Fregellanis*, vel *Setinis*, qui in Volscis et Priverno proximi. Verum, quum loca haec fuerint extra Latium vetus, et nomina ipsa a *Fenectanis*, vel *Senectanis*, nimium differant, postea se legere malle addidit *in campis Ferentinis*, qui et regione et literis minus distant, modo ab aqua et luco Ferentinae, ubi Latinorum comitia habebantur, alibi *campos Ferentinos* legeremus. *in campis Senectanis* in nullo mihi cod. obvium fuit. Et ita demum editum inveni ab Ascensio, quum priores *Fenectanis*, vel *Fenectariis*, exhibuissent. Ascensius etiam *Senectariis* in margine ostentat. *in campanis Fenetanis* praefert Lovel. 1. *in campis Fenetanis* Leid. 2. *in campis Funestinis* Lovel. 5. *in campis Ferentariis* Voss. 2. et Lovel. 3. *in campis Ferentanis* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. qui *in agris Ferentanis* in cod. L. 1. invenit. quae lectio non multum a Doujatii *campis Ferentinis* abit. Sed *in campis Fenectanis* servant Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 2. 4. Harlej. uterque, Fragm. Hav. et Florent. Tria autem haec vocabula omisit librarius Klock. Quamvis alibi *campi Fenectani* non me-

in deditionem accipiente Latinos populos, quorum ibi juventus caesa erat, Aemilius ad Pedum exercitum duxit. Pedanos tuebatur Tiburs, Praeneſtinus, 7
Veliternusque populus: venerant et ab Lanuvio Antioque auxilia. Ubi quum proeliis quidem superior 8

morentur, eos tamen sollicitare non audeo. Si enim locorum nomina, quorum semel tantum mentio obcurrit, in saepius memorata mutanda forent, quanta non saniſſima tentandi feneſtra temerariis criticis aperiretur. *fudere*, pro *fuderunt*, eſt in Gaertn.

§. 6. *In deditionem accipiente Latinos populos*] *in dedictionem* Lovel. 1. *in dedicationem* Leid. 1. sollemni errore. V. infra ad 5, 48, 4. *in deditione* Voſſ. ambo, Lovel. 3. et Fragm. Hav. Male. V. ad 33, 20, 5. Praeterea *accipete Latinos populos* Leid. 1. *acceptis Latinis populis* Lovel. 2. et Oxon. L. 2. apud Hearnium nullo sensu. Paullo ante *dictu auspicioque*, pro *ductu*, Voſſ. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. et paullo poſt *dixit*, pro *duxit*, Lovel. 1. V. infra ad 38, 43, 1. Praeterea *ubi*, pro *ibi*, Harlej. 2. V. ad 27, 5, 2. Tum *ceserat*, pro *caesa erat*, Flor. *ceſſerat* Klock.

§. 7. *Pedanos tuebatur Tiburs, Praeneſtinus, Veliternusque populus*] Palat. sec. *tuebantur*. GEBH. Ita etiam Voſſ. 1. Leid. 2. Lov. 1. 3. 5. Port. et Gaertn. itaque se in Thuan. Pall. et Voſſ. antiquiore reperiſſe, Gronov. infra teſtatur ad 36, 16, 6. eamque lectionem jam anno 1644. in contextum recepit. Certum eſt, utrumque, *tuebatur* et *tuebantur*, dici poſſe. Quum autem prius defendant et plures et melioris notae codd. illud etiam revocandum censui. Praeterea *Tiburis* Voſſ. 1. Fragm. Hav. et Lovel. 5. a m. 1. in quo *Tibur* eſt a manu altera. *Tybins* Harlej. 2. et pleraeque edd. ante Mediol. anni 1505. *Tiburtinus* Lovel. 4. quo etiam utitur Liv. 9, 30, 7. Quum tamen reliqui codd. conſtanter alterum servent, idque etiam Romanis, inprimis Livio, frequens sit, eam lectionem non muto. V. Cluver. 3. Ital. Ant. 4. p. 958. Tum *Praeneſtrinus* Fragm. Hav. *Peneſtrinus* Gaertn. *Praeneſterinus* Leid. 2. tota haec vox exsulat a Lov. 3. relicta tamen lacuna. Deinde *Velitrinusque* Voſſ. 2. Lovel. 2. et Gaertn. *Velletrinusque* Lovel. 4.

Venerant et ab Lanuvio Antioque auxilia] *Lavinio* ex vet. lib. ut poſt dicam. SIG. *venerunt* Voſſ. 2. et Fragm. Hav. Tum vocula *et* deficit in Voſſ. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. praepositio *ab* in Lovel. 5. Illam tamen suo tempore agnovit Priscian. qui probaturus, nomina civitatium cum praepositionibus prolata maxime apud hiſtoricos inveniri, inter alia etiam hunc locum laudat 15. Gramm. p. 1007. Ejus praepositionis loco *a* praeferunt Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn. Deinde *Lavinio*, ut Sigonius emendavit, Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. quinque, Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *ab Janusio* Florent. V. infra ad cap. seq. §. 5. ubi rationes dedi, cur priscam lectionem *Lanuvio* revocarim.

§. 8. *Quum proeliis quidem superior Romanus eſſet*] *Romanus superior*, trajectis dictionibus, Lovel. 2. et 3. sed vox *Romanus* non adparet in Voſſ. 2.

Romanus esset, ad urbem ipsam Pedum castraque sociorum populorum, quae urbi adjuncta erant,
9 integer labor restaret; bello infecto repente omisso, consul, quia collegae decretum triumphum audivit, ipse quoque triumphi ante victoriam flagitator Ro-
10 mam rediit. Qua cupiditate obfensis Patribus, negantibusque, nisi Pedo capto aut dedito, triumphum, hinc alienatus ab senatu Aemilius seditiosis

Castraque sociorum populorum, quae urbi adjuncta erant, dum integer labor restaret] Lego *dum tamen integer*. In aliis τὸ *dum* abest, etiam in MS. KLOCK. *castraque sorum populorum* Flor. in quo *ipsorum populorum* a m. 2. correctum erat. *castraque ipsorum sociorum populorum* Fragm. Hav. Tum pronomen *quae* deficit in Lovel. 2. Deinde *verbi adjuncta* Leid. 1. V. ad 6, 17, 3. *ubi adjuncta* Lovel. 2. *urbi adjuncti* Harlej. 2. Τὸ *dum*, quod in vett. edd. erat, non modo Aldus eumque secuti recentiores omiserunt, sed etiam in nullo Msto comparet. Neque caussam video, cur cum Klockio, invitis omnibus codd. vocem *tamen* interponerem. Non perpetuo enim vocem *quidem* particula *tamen* similesve excipere solent. Certe abest etiam infra 41, 18, 11. *Consul e quo advectus suos quidem a fuga revocavit: ipse, dum incautius ante signa obversatur, missili trajectus cecidit.* (* 45, 24, 4.)

§. 9. *Triumphi ante victoriam flagitator Romam rediit*] *triumphante victoriam flagitator* Gaertner. *triumphi aut victoriam flagitator* Portug. *triumpho ante victoriam flagitato* Lovel. 2. Male. *flagitator* ut supra 2, 45, 13. *Inter primores pugnae flagitator.* Paullo ante *triumphum* deficit in Gaertn. [*triumphum deberi hinc* Veith.]

§. 10. *Qua cupiditate obfensus Patribus, negantibusque*] Procul dubio legendum est *offensis Patribus:* praesertim cum subsequatur *negantibusque*. SIG. Non aliter legunt omnes, quas consului, edd. Sigonio priores; ut nesciam, ubi demum *offensus* invenerit: quod mihi in solo Haverk. obvium fuit. Deinde vocula *que* deficit in Lovel. 2. Mox *nisi Pdae capto haud dedito*, id est *praedae*, Leid. 1. *nisi pede capto aut dedito* Harlej. 1. *Pedo capto aut debito* Harlej. 2. sollemni scribarum aberratione. V. N. Heins. ad Claud. 1. in Eutrop. 45. ad Nason. Ep. 7. Her. 103. et Cel. Burm. ad Quinctil. Declam. 9, 5. Adde infra cap. seq. §. 15.

Seditiosis tribunatibus similem deinde consulatum gessit] MS. Fuld. *seditiosi tribunatus similem*. MOD. Modius e Fuldensibus indicavit *seditiosi tribunatus similem*. Vulgata scriptura residet in MSS. Pall. Vetustissima tamen editio *seditiosum similem tribunatibus deinde consulatum gessit*. ex interpolatione editoris. GEBH. Ut in vetustissima ed. se invenisse Gebh. testatur, in omnibus obcurrit excusis ante Aldum, qui primus eam lectionem recepit, quae nunc vulgo exstat. Eam autem firmant omnes codd. excepto solo Harlej. 2. qui antt. edd. consentit. Neque opus est, ut cum

tribunatibus similem deinde consulatum gessit. Nam 11
neque, quoad fuit consul, criminari apud populum
Patres destitit, collega haudquaquam adversante,
quia et ipse de plebe erat: (materiam autem prae- 12
bebat criminibus ager in Latino Falernoque agro
maligne plebei divisus) et, postquam senatus, finire
imperium consulibus cupiens, dictatorem adversus
rebellantes Latinos dici jussit, Aemilius; cujus tum 13

Modii Fuld. *seditiosi tribunatus similem* legamus. V. supra ad 6, 13, 3. Paullo ante *huic alienatus*, pro *hinc*, Lovel. 4. Quomodo saepe peccatur in Mstis. V. ad 25, 40, 2. Tum *a senatu* Gaertn.

§. 11. *Quoad fuit consul*] *quo affuit consul* Lovel. 1. a m. 1. et Haverk. *quod affuit consul* Voss. 2. et Fragm. Hav. *quod fuit consul* Florent. et Lovel. 4. V. supra ad 6, 38, 13. Tum in verbis sequentibus *haud quamquam* Lovel. 1. 3. 5. et Fragm. Hav. V. ad 7, 26, 8. Mox vocula *et* non exstat in Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 12. *Ager in Latino Falernoque agro maligne plebi divisus*] Dele τὸ *agro*. Sic supra [c. 11, 14.] *Bina in Latino jugera, ita ut dodrantem ex Privernati complerent, data*. T. FABER. Scio posse excusari, quum priore loco partem proprie illam designet, quae sub sortem et perticam venit, posteriore omne territorium eorum populorum. Si tamen τὸ *agro* vetus aliquis liber excluderet, facile intelligerem illud ipsum, vel τὸ *solo:* ut cum dicimus, *in hostico, in pacato*. 3, [6, 7.] *Non diutius se in Hernico hostis continuit*. 8, [34, 9.] *Sine commeatu vagi milites, in pacato, in hostico errent*. J. FR. GRON. Omnes mei vocem *agro* uno ore defendunt. Nec video, cur viris doctis ea vox suspecta esse debeat, qui patienter tulerunt supra cap. praec. *Latinus ager, Privernati addito agro, et Falernus plebi Romanae dividitur*. Ne repetitio vocis *ager* offendat, v. supra ad 1, 3, 9. Ceterum copula *que* deficit in Portug. et Haverk. *maligni* praefert idem Haverk. Praeterea *plebei* edidit Cl. Jac. Gronovius, quod firmant Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. Harlej. 1. Gaertn. et Klock. V. ad 2, 42, 2.

Et, postquam senatus, finire imperium consulibus cupiens, dictatorem adversus rebellantes Latinos] Vocula *et* deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 5. Port. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Deinde *imperium cupiens consulibus* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk. *imperium consulibus capiens* Voss. 2. De hoc errore scribarum v. ad 10, 35, 4. Post vocem *cupiens* inseritur *nequibat* in Lovel. 5. a m. 2. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Tum *dictatorem dixit adversus rebellantes Latinos discussit* Florent. pro quo inter versus deinde adscriptum est *dici jussit*. Τὸ *dixit* autem ex §. seq. male huc inrepsit. *adversus rebellantes Latini* Haverk. Verba *adversus rebellantes* etc. *collegam dictatorem* desunt in Leid. 1. Lovel. 3. et Harlej. 1. librariorum culpa, quibus fraudi fuit repetitio vocis *dictatorem*. V. ad 9, 11, 11.

fasces erant, collegam dictatorem dixit; ab eo ma-
14 gister equitum Junius Brutus dictus. Dictatura po-
pularis, et orationibus in Patres criminosis, fuit,
et quod tres leges secundissimas plebei, adversas

§. 13. *Aemilius, cujus tum fasces erant*] Vet. lib. *cui*, ut 2, [1, 8.] *Brutus prior, concedente collega, fasces habuit*. Et alibi [3, 70, 1.] de eadem re: *Penes quem summa imperii erat*. „† Haec non pro„bant, *cui* pro *cujus* legendum.“ † SIG. Pal. sec. *Aemilius, cui fasces erant*. GEBH. *Aemilius tamen, cui successerat* Lovel. 2. *Aemilius tamen, cui facesserant* Leid. 2. Lovel. 1. et Voss. 1. in quo *facesserat* a m. 2. emendatur. *Aemilius tamen, cui fas cesserat* Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. in quo manus altera reposuit *Aemilius, tum cui fasces erant*. Et ita est in Gaertner. *Aemilius, tum cujus fasces erant* Lovel. 4. *Aemilius, cui fasces erant* Lovel. 5. Portug. et Haverk. *cui*, pro *cujus*, se etiam in Oxon. B. et C. invenisse, Hearnius testatur. Utrumque, *cui tum fasces erant* et *cujus* ferri potest. Prior firmaretur lectio illo ex 22, 45, 5. *Varro postero die, cui sors ejus diei imperii erat, signum pugnae proposuit*. Posterior ex eodem 22, 27, 6. *Se optimum ducere, aut diebus alternis, aut partitis temporibus, alterius summum jus imperiumque esse*. et c. 41, 3. *Obstitit Paullus, cujus eo die imperium erat*. Et pro hac lectione stat optimus Florent. *Tò dixit*, quod sequitur, deest quidem in Florent. sed, ut modo vidimus, hinc migrarat in verba praecedentia.

Magister equitum Junius Brutus dictus] Hic est D. Junius Brutus Scaeva, qui post consul erit. SIG. *magistrum equitum* inepte Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *dictus Junius Brutus* Lovel. 4. qui ordo suspicionem injecit, praenomen *D.* a librariis non intellectum, hic culpa eorum excidisse, atque olim scriptum fuisse *D. Junius Brutus dictus*.

§. 14. *Dictatura popularis, et orationibus in Patres criminosis, fuit*] Lego *Dictator popularis*. nam sequitur *leges tulit*. alioquin fiet, ut dicamus *Dictatura leges tulit*. Sic vet. lib. SIG. Probat Sigonius e suo *Dictator popularis*. quod et ego reperi in Pal. sec. Campanique recensione. Sed vulgata, quia et melioribus rationibus, quas, quia in propatulo cuivis sunt, nihil attinet ingerere, et sincerioribus codicibus fulcitur, non erat excludenda luce publica. GEBH. Sigonius *Dictator*. Sed v. notas ad l. 34, 6. J. FR. GRON. *Dictator popularis* etiam Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 5. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. [Veith.] Sed recte Gebhardus et Gronovius vulgatum tuentur, quod servant reliqui codd. et inter eos optimi. Non insolentius enim *dictatura* ponitur pro dictatore, quam *Latium et Capua* pro Latinis et Campanis cap. praec. §. 12. *servitium* pro servis. V. ad 3, 15, 9. ubi plura alia notavi. Praeterea *et quod orationibus*, addita media voce, Gaertn. Male. *fuit* enim, quod sequitur, referendum ad praecedentia. Dictatura fuit popularis primo orationibus in Patres criminosis, deinde quod tres leges etc. Voces *in Patres* desunt in Haverk. Postea *criminosus* non modo plerique codd. qui paullo ante *Dictator* praeferebant, sed

nobilitati, tulit: unam, ut plebiscita omnes Quirites tenerent: alteram, ut legum, quae comitiis cen- 15
turiatis ferrentur, ante initum suffragium Patres auctores fierent: tertiam, ut alter utique ex plebe, quum 16

insuper etiam Leid. 1. Voss. 2. et Lovel. 3.

Tres leges secundissimas plebei, adversas nobilitati, tulit] *fecundissimas* Leid. 2. Sed similitudo literarum *ſ* et *f* librarios in errorem abstulit. V. ad 22, 28, 10. Deinde, quum priores editi haberent *plebi*, primus Jac. Gronov. *plebei* substituit. Et ita est in Florent. et Voss. 1. V. modo hoc cap. ad §. 12. Voces *plebei*, *adversas nobilitati, tulit*: *unam*, *ut* desunt in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Harlej. 1. Iis omittendis caussa exstitit initium vocis sequentis *plebiscita*.

Ut plebiscita omnes Quirites tenerent] Legem de plebiscitis, omnibus Quiritibus observandis, non a *Q. Publilio Philone* (ita legendum est, non *Q. Publio*, ut passim errant codices) dictatore, sed ab Hortensio latam, auctor est Gellius 15, 27. GLAR. Contra alii, ut Plinius, Gellius, et Jurisconsulti, qui hanc legem primum latam esse a Q. Hortensio dictatore scribunt, ut post dicam in Epitoma l. 11. SIG. Contra alii, ut Plinius 16, 10. Agellius 15, 27. Pomponius J. C. in leg. 2. §. 8. D. de orig. jur. Imperator. in §. 4. Instit. de jur. nat. gent. et civ. qui hanc legem post demum anno CDLXVII. M. Valerio Maximo, C. Aelio Paeto consulibus, a Q. Hortensio dictatore, secessionis a Janiculo reducendae caussa, latam esse tradunt. KLOCK. Primi M. Horatius et L. Valerius consules legem centuriatis comitiis tulere proximo, post decemviros abrogatos, anno, ut, quod tributim plebes jussisset, populum teneret. V. supra 3, 55, 3. Quae lex quum paullatim in desuetudinem abiisset, eam nunc reduxit Q. Publilius Philo dictator. Verum quum et illam inpotentia patriciorum paullatim abrogasset, tertius eam reduxit Q. Hortensius dictator, ut docent loca a viris doctis hic laudata. V. etiam Pighium in Annal. ad ann. CDXV. p. 312. et commentatores ad l. l. Gellii; ubi pudendo anachronismo Oiselius legem Hortensiam latam scribit anno urbis cond. CCCLXVII. (quum lata sit anno CCCCLXVII) eamque antiquiorem statuit hac Publilia, quam anno CCCCXIII. latam tradit. Ceterum *plebescita* Lovel. 5. *plebeiscita* Leid. 1. et Harlej. 1.

§. 15. *Ante initum suffragium Patres auctores fierent*] De hac lege, ut et Maenia, qua idem postea confirmatum est, v. Pighium in Ann. l. l. et ad ann. CDLXVI. p. 410. sed inprimis Gronov. 1. Obs. 25. Ceterum haec vocabula male omittuntur in Gaertn.

§. 16. *Quum eo ventum sit, ut utrumque plebejum fieri liceret*] Miror, non hoc loco notatum esse a Glareano Livium, qui scripserit, *eo ventum* esse, *ut utrumque plebejum* censorem *fieri liceret*, cujus rei nihil ante meminerit. Nam de altero tantum occupato a plebe censurae loco egit. Hoc tamen si quis fecerit, injuste faciet. legitur enim mendose in vulgatis libris, recte autem in manuscriptis, sic: *cum eo ventum sit, ut utrumque plebejum consulem fieri liceret*: sensus est, ut, quoniam, quod gravius erat, concessum est a Patribus, utrumque

eo ventum sit, ut utrumque plebejum consulem fieri
17 liceret, censor crearetur. Plus eo anno domi acceptum cladis ab consulibus ac dictatore, quam ex victoria eorum bellicisque rebus foris auctum imperium, Patres credebant.

consulem ex plebe fieri, concedant id etiam, quod levius esse videtur, ut alter utique censor ex plebe fiat. De utroque autem consule plebejo lata lex anno CDXIII, ut aït Livius l. 7. extremo. SIG. Vulgata scriptura fraudi fuit Ant. Augustino, qui in libro de Legibus scribit, tertiam legem Publilii fuisse, ut alter ex plebe censor fieret, *etsi utrumque jam tunc fieri licebat*. Liv. 7, 42, 2. non pro certo refert, jam ante cautum fuisse, ut ambos consules plebejos creare liceret, sed se hoc apud auctores quosdam invenisse dicit. Si verum est, quod hoc loco scribit, res certa est; nec tamen usurpata ante annum urbis IↃXXXVIII. quo primum duos plebejos consules factos tradit 23, 31, 13. Quamquam hi neque iisdem comitiis creati sunt, nec simul magistratum gesserunt, quod alter eorum se ex decreto augurum consulatu abdicaverat, in cujus locum patricius subrogatus est. Historia est in l. 23, 24. et 31. DUK. Nolo Sigonio vocem *consulem* addenti adversari. Notandum tamen est, eam non exstare in Flor. Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. quinque, Harlej. utroque, Klock. et Fragm. Hav. a m. 1. Codicum suorum scripturam non memorat Hearnius; Sigonii autem emendationem perperam J. Fr. Gronovio adscribit.

§. 17. *Ab consulibus ac dictatore*] *a co nsulibus ac dictatore* Lov. 2. et Fragm. Hav. *ab consulibus et dictatore* Leid. 2. *a consulibus a dictatore* Lovel. 4. et Gaertn.

Auctum imperium Patres credebant] *conventum imperium* Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *credebant Patres* Haverk. sed vox *Patres* non adparet in Portug.

§. 1. *L. Furio Camillo, C. Maenio consulibus*] In Diodori Alexandro [l. 17. p. 562.] pro *C. Menio, C. Manlius* legitur, quod non placet. Nam oportebat alterum consulem ex plebe esse. Et Plinius 34, 5. *Menium* habet. Quidam, quod *Menius* obscurum sit nomen, *C. Menenium* legerunt, qui postea dictator fit libro sequente [c. 26, 7.] anno ab urbe condita CDXLI. Quidam et lib. sequente *Maenium* legunt, non *Menenium*. Sed fieri potuit, ut nomen esset obscurum, quia ex plebe erat, et alius postea fuerit dictator, quapropter cuique libera sit hac de re conjectura. Legendum etiam *L. Furio Camillo II.* Nam primum fit anno CDVI. GLAR. Plinius 34, 5. *C. Maenium* cum Livio consules edit. Diodorus *Λεύκιον Φούριον, Γάϊον Μάλιον. C. Maenius P. F. P. N.* in censura et dictatura ejus Capitolina dicitur; at collega *L. Furius Sp. F. M'. N. Camillus*. Ex quo apparet, errare Glareanum, qui hunc *iterum* consulem esse scribendum putat, quasi vero idem sit, atque ille, qui ante et consul et dictator fuit, cum ille *M. F.* hic *Sp. F. M. N.* sit, hoc modo.

XIII. Anno insequenti, L. Furio Camillo, C. 2
Maenio consulibus, quo insignitius omissa res Aemilio, superioris anni consuli, exprobraretur, Pedum armis virisque et omni vi expugnandum ac delendum senatus fremit: coactique novi consules

M. Furius Camillus Tr. mil. ann. 352.

M. Furius Camillus Tr. mil. anno 354, 357, 361, 370, 372, 375. Dictator 359, 365, 367, 387, 388.

M. Furius Camillus mortuus in damnatione patris. Liv, Plut.

S. Furius Camilli Dictat. F. praetor primus 389.

L. Furius Camillus Dictatoris F. Dictator 405. 410. Cos. 406.

L. Furius Sp. F. M. N. Camillus Cos. 417. 430.

SIG. *L. Camillo Furio* Klock. Quae autem de L. Furio Camillo contra Glareanum disputat Sigonius, probantur etiam Pighio in Annal. ad ann. CDXV. p. 313. Praeterea *C. Menenio* male Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. 5. et Hearnii Oxon. L. 2. ac C. Saepe haec nomina in Mstis confunduntur. V. supra ad 4, 53, 2. 5, 18, 2. 6, 19, 5. 7, 16, 1. 9, 26, 7.

Insignitius omissa res] Vet. lib. *insignius*. SIG. Ita et Hearnii Ox. L. 2. et B. cum edd. Mediol. anni 1505. et Ascens. annorum 1513. ac 1516. *insignitis* Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *insignis* Portug. Sed nihil mutandum. Videnda sunt, quae supra notantur ad 7, 6, 6. Tum *omissa res* Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *commissa res* Leid. 2. et Lovel. 1.

Pedum armis virisque et omni vi expugnandum ac delendum] *armis viribusque* pro varia lectione praefert Voss. 1. Eadem lectio est in edd. antt. usque ad Aldum, qui *virisque* restituit. Interdum haec vocabula in Mstis permutantur. V. supra hoc lib. ad c. 9, 14. et 9, 19, 13. Vel etiam *viribus*, pro *viris*, eodem errore scriptum esse potuit, quo ejus generis multa alia, de quibus infra v. ad 22, 8, 7. Deinde *et omni expugnandum* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. vocula *vi* intercidente ob similitudinem ultimae syllabae vocis praecedentis. *et omnium expugnandum* Florent. et Leid. 1. *et hominum expugnandum* Voss. 2. et Lovel. 3. Nihil muto. Infra 22, 23, 4. *Ferrum ignemque et vim omnem hostium abstineri jussit*. *arma* autem et *vim* jungi, infra videbimus ad Epit. Liv. 79. Denique *τὰ ac delendum* exsulant a Gaertn.

Coactique novi consules omnibus eam rem praeverti, proficiscuntur] Immittenda elegans videtur particula, quam agnoscit Palatinorum unus, *coactique novi consules vel omnibus eam rem praeverti*. GEBH. *coactique novi consules omnibus tum rebus profectis proficiscuntur* Lovel. 2. utraque lectione juncta, *coactique novi consules novi vel eam rem praeverti omnibus tum rebus perfectis proficiscuntur* legit Haverk. in quo est etiam particula, quam restitutam volebat Gebhardus. Verum quum eamdem ignorent reliqui omnes

2 omnibus eam rem praeverti, proficiscuntur. Jam
Latio is status erat rerum, ut neque bellum neque
pacem pati possent. ad bellum opes deerant: pa-
3 cem ob agri ademti dolorem aspernabantur. Mediis
consiliis standum videbatur, ut oppidis se tenerent;
ne

codd. utrique huic non adsentiendum existimo.

§. 2. *Pacem ob agri ademti dolorem aspernabantur*] *pacemque* Lovel. 4. Tum *ab agri ademti dolorem* Haverk. Hinc suspicio nasci posset, legendum esse *ab agri ademti dolore*. V. ad 24, 30, 1. Aliis tamen receptam scripturam defendentibus, eam servandam puto. Nam et alibi librarii *ab* et *ob* perperam commutarunt. V. ad 26, 1, 3. Tum *aspernebantur* Gaertner. V. ad 8, 28, 3. Paullo ante vox *rerum* exsulat a Fragm. Hav. a m. 1. *pacem* autem non nisi a m. 2. exstat in Florent.

§. 3. *Ut oppidis se tenerent, ne lacessitus Romanus*] Abest a duobus Pall. *ut*. GEBH. Abest etiam a Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. Sed facile excidere potuit ob similitudinem ultimarum literarum vocis praecedentis. (* v. ad 29, 28, 3. 40, 11, 2.) Praeterea *nec lacessitus* Fragm. Hav. a m. 1.

Undique ex omnibus populis obsessis auxilium ferretur] *de omnibus populis* Gaertn. At vox *populis* non adparet in Fragm. Hav. Paullo ante *si ejus oppidi*, pro *si cujus*, Haverk.

§. 4. *Neque tamen, nisi admodum a paucis populis, Pedani adjuti sunt*] *ubi admodum a paucis* Gaertn. *nisi admodum paucis* sine praepositione Leid. 2. Lovel. 3. Portug. et Haverk. V. ad 6, 11, 4. Optimi tamen praepositionem servant. Tum *sunt adjuti* Gaertn. *adjuncti sunt* Leid. 1. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. V. infra ad 10, 14, 11.

Tiburtes Praenestinique, quorum ager propior erat] *Tibures* Lovel. 4. Tum *Praenesterinique* Leid. 2. *Pestrinique* Fragm. Hav. Deinde *ager erat propior* Gaertn. *ager propius erat* Lovel. 2.

§. 5. *Aricinos Lanuvinosque*] Quemadmodum paulo ante [c. 12, 7.] *ab Antio Lavinioque* dixit, sic hoc loco *Aricinos Laviniosque* legendum puto. Me in hanc sententiam adducunt cum libri veteres, tum maxime Capitolini lapides, in quibus hic C. Maenii triumphus his verbis descriptus est:

C. MAENIUS. P. F. P. N. COS. DE ANTIATIBUS. AN. CDXV. LAVINEIS. VELITERNEIS. PRIDIE. K. OCT.

Quoniam autem in his duorum oppidorum nominibus tanti errores implicant non Latinorum, sed etiam Graecorum auctorum, ut vix *Lavinium* a *Lanuvio* distinguere vel diuturna attentione queas, non alienum ab hoc instituto esse duxi, notas quasdam afferre, quibus alterum ab altero prudens lector internoscere possit. Est autem illa una, quod *Lavinium* ab Aenea, ut omnes, *Lanuvium* a Diomede, ut Appianus 2. [bell. civ. p. 439.] ait, conditum est. Altera, quod *La-*

ne lacessitus Romanus caussam belli haberet; et, si
cujus oppidi obsidio nunciata esset, undique ex om-
nibus populis auxilium obsessis ferretur. Neque ta- 4
men, nisi admodum a paucis populis, Pedani ad-
juti sunt. Tiburtes Praenestinique, quorum ager
propior erat, Pedum pervenere. Aricinos Lanuvinos- 5

vinium colonia, *Lanuvium* municipium fuisse traditur. De *Lavinio* scriptum est in Epitome l. 80. *Marius Antium, et Ariciam, et Lavinium colonias devastavit.* De *Lanuvio* in oratione pro Milone, pro Murena, et apud Pedianum. Tertia, quod *Lavinii* consules Vestae et Penatibus sacra peregerint, *Lanuvii* vero Sospitae Junoni. Illius historiae auctor est Dionysius l. 1. [p. 54.] et Macrobius 3, [4.] *Consules et praetores et dictatores, cum ineunt magistratum, Lavinii rem divinam faciunt Penatibus pariter et Vestae.* Hujus Cicero pro Murena [41.] *Nolite a sacris patriis Junonis Sospitae, cui omnes consules facere necesse est, domesticum et suum consulem potissimum avellere.* Erat autem Murena e municipio, ut ipse paullo ante [eodem cap.] aït. Quarta, quod *Lavinium* longius abest a Roma, quam *Lanuvium.* Distat enim a mari quatuor stadia, ut aït Dionysius l. 1. [p. 43.] situm inter Ostiam et Antium, auctore Strabone l. 5. [p. 232.] At *Lanuvium* abest a Roma stadia CL. ut aït Appian. l. 2. [p. 439.] ita ut auctore Strabone [p. 239.] ab eo mare et Antium prospici possit, haud procul ab Aricia, quae CLX. stadia abest in Appia via sita. Ipsa tamen inter se non admodum distantia videntur fuisse, quae res majorem etiam erroris causam praebuisse videtur. Horum etiam oppidorum populos commemorat Dionysius l. 5. [p. 326.] *Λαυρατίνους, Λαουινίους, Λαβινιάτας.* id est, *Laurentes, Lanuvinos, et Lavinios.* At Stephanus quidem etiam *Λαβίνιον, κτίσμα τοῦ Αἰνείου*, populos edere *Λαβινιάτας* aït. Ubi vero aït *Λαούτιον μητρόπολις τῶν Λατίνων. τὸ ἐθνικὸν Λαουντῖνος, Διονύσιος ε Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας*, dubitationem affert, quia Dionysii ex 5. libro testimonium profert, ne mendose pro *Laurento* aut pro *Lanuvio* sit. Apud Dionys. etiam vox illa *Λαουνίους*, vitiose videtur esse, pro *Λαουΐνους.* Verum, ut dixi, mira horum nominum depravatio est. SIG. Sigonio consentiunt Leid. 2. Lovel. 1. a m. 2. et Hearnii Oxonienses, uno excepto. Solus enim ejus B. *Latinosque* praefert, cum quo facit Portug. At *Lavinosque* habent Voss. 2. Fragm. Hav. a m. 1. Lovel. 2. 3. et Harlej. 1. *Laminosque* Lovel. 5. *Lanuinosque* Leid. 1. *Lanuvinosque* Florent. Voss. 1. Lovel. 1. a m. 1. Harlej. 2. et Klock. Passim *Lanuvium* et *Lavinium*, quum in aliorum, tum etiam in Livii codicibus, commutari, supra vidimus ad 3, 29, 6. Hinc laudandus est conatus Sigonii, qui certa quaedam *κριτήρια* dare voluit, unde colligi possit, utrum *Lavinium* an *Lanuvium* intelligendum sit, quamvis tamen illa non omnibus locis, in quibus utriusque mentio fit, ex usu esse queant. Quod autem ad hunc locum adtinet, a Sigonio dissentit Cluverius 3. Ital. Ant. 4. p. 939. qui et hic, et cap. praec. §. 7. et

que et Veliternos, Antiatibus Volscis se conjungentes, ad Asturae flumen Maenius, inproviso ad-
6 ortus, fudit. Camillus ad Pedum cum Tiburtibus,

cap. seq. §. 2. *Lanuvium* et *Lanuvinos* indicari putabat; Fastos autem Capitolinos triumphales, quorum maxime auctoritate nititur emendatio Sigonii, si sic habent, quemadmodum Sigonius laudabat, in nomine erraffe, et *LANVVINIEIS pro LAVINEIS* legendum esse. Illam autem sententiam hoc argumento firmavit, quod cap. seq. *Junonis Sospitae* mentio fiat, quae non *Lavinii*, sed *Lanuvii*, colebatur, quemadmodum ipse etiam Sigonius agnoscit. Id quidem argumentum Sigonio adversari non videtur, qui cap. praec. et hic *Lavinii* et *Laviniorum*, cap. autem seq. ubi *Juno Sospita* memoratur, *Lanuvinorum* mentionem fieri existimabat. Sed, cur alios posteriori, quam prioribus locis indicari existimemus, caussam non video. Quin contra, quorum nominatim priori et hoc cap. ubi bellum cum Latinis narratur, meminit, eorum itidem nominatim meminisse debet cap. seq. ubi, quemadmodum Romani pro merito cujusque populi statuerint, refert. Id autem Livius observavit, si cap. praec. et hoc loco priscam contra Sigonium lectionem *Lanuvio* et *Lanuvinosque* defendamus. Verum vel sic etiam *Lavinii* in hoc bello meminit supra c. 11, 3. Sed infra v. ad cap. seq. §. 2. Eadem vero Cluverii sententia novo hoc argumento firmari potest, quod incolas Lavinii Livius semper *Laurentes*, non *Lavinios*, vocarit. V. supra ad 6, 21, 2. Ab aliis *Lavinienses* et *Λαουϊνιᾶται* vel *Laviniatae* vocantur. Neque *Lavinos* dictos memini, nisi in antea memoratis Fast. Capit. triumph. Priscam igitur scripturam et hic et c. 12, 7. revocandam censui; a qua etiam optimos codd. stare, adlatae ex illis variae lectiones docent. Ceterum *Arcinos* Voss. 1. et Lovel. 1. *Atricinos* Leid. 1.

Veliternos Antiatibus Volscis se conjungentes] *Velletrinos* Lovel. 4. *Velitranos* Voss. 2. et Lovel. 3. *Velitrinos* Gaertn. Tum *Antiates et Volscos* Lovel. 2. *Antiatibus Volscisque* Leid. 2. Perperam. Antium enim caput erat Volscorum, ut Livius inquit 6, 9, 1. Et ita *Antiates Volsci* supra memorantur 2, 33, 4. *Antiates Volscos fundit fugatque*. Tandem pronomen *se* deficit in Lovel. 4.

Ad Saturae flumen] Sic plura exemplaria habent. Sed *Asturae* legendum Plinius auctor est. Et Livius haud multum diverso id loco demonstrat. SABELL. Quidam *Saturae* supposuerant. Plinius autem 3, 5. ait, et flumen et insulam in Latio esse *Asturam*. Sabellicus *Asurae* legisse videtur. GLAR. Vet. lib. *ad Saturam flumen*. Ego tamen legendum puto *ad Sturam flumen*. Nam Festus de vocibus incipientibus a litera *S*. ait: *Stura, fluvius est in agro Laurenti*. Item Strabo l. 5. [p. 232.] eundem in his locis fluvium *Στόραν* vocat. SIG. Sed *Astura* idem est, qui *Stura*. V. Cluverium 3. Ital. Ant. 7. p. 991. DUK. *ad Saturem fluvium* Lovel. 2. V. ad 38, 15, 7. *ad Saturem flumen* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 5. Portug. Gaertn. Fragm. Hav. [Veith.] et omnes Hearnii Oxonienses, nisi quod codex N. in margine *Asturam* praeferat. *Saturam* habet Haverk. *ad Saturae flumen* Florent. Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. Harlej. ambo, et Klock. Ego vero cum Cluverio 3. Ital. Ant. 7. p. 991. nihil mutan-

maxime valido exercitu, majore mole quamquam aeque prospero eventu, pugnat. Tumultum maxi- 7
me repentina inter proelium eruptio oppidanorum

dum puto. Non modo enim, ut Cluver. observat, Festus loco, quem Sigon. laudat, addit, *quod quidam Asturam vocant.* sed etiam facile aeque ex *Satura*, in quam lectionem omnes codd. hic consentiunt, transpositis literis *Astura*, quam ejecta litera *Stura* effici potest. Accedit plerosque, praesertim vero optimae notae codd. infra §. 12. in hanc lectionem consentire. Sed nec casum mutari necesse est: genitivum enim optimi Msti probant. *Flumen Asturae*, ut 43, 4, 6. *Aquamque ex manubiis Antium ex flumine Loracinae duceret.* Plura v. ad Livii 40, 19, 9. Ut autem, Sabellicum *Asurae* in Livio legisse, Glareanus crediderit, effecerunt vitiosae Ascensii editt. quae ita in Sabellici adnotationibus excuderunt. Mox *fudit* deest in Lovel. 4. ejus loco *fuit* praeferunt Portug. a m. 1. et Haverk. quomodo etiam peccatur infra hoc lib. c. 36, 8. 10, 15, 1. et alibi.

§. 6. *Camillus ad Pedum cum Tiburtibus maxime valido exercitu, majore mole*] Praepositionem *ad* bis jam proprio minoris loci praeposuit, id quod in obscuris locis saepius fit. Caeterum quod ait *majore mole*, haud scio, ut intelligatur. GLAR. *majore mole*, quod Glareanus ait nescire, ut intelligatur, est majore apparatu. Nam quia de Maenio dixit *Aricinos improviso adortus fudit:* hinc opponit, *at Camillus Tiburtes majore mole, quamquam aeque prospero eventu.* SIG. *majore mole* potius est majore certamine: nam Livius dicit, majoris certaminis ac dimicationis fuisse proelium cum his, qui parati instructique hostem exspectabant, quam cum illis, quos necopinantes Romani de inproviso adgressi fuerant. 6, 2, 11. *Ut minor moles superantibus vallum in castra Volscorum Romanis, quam transcendentibus sepem incendio absumtam fuerit.* 26, 6, 9. *Apud alios nequaquam tantam molem pugnae invenio.* DUK. *Moles* saepe pro adparatu belli poni solet. Supra 2, 16, 2. *Majore inde mole Sabini bellum parabant.* c. 17, 5. *Quum, vinbis refectis aliaque mole belli, jam in eo esset.* 5, 8, 7. *Etruriam omnem excitam sedibus magna mole adesse, Romani crediderant.* 21, 41, 2. *Ubi haberem minorem haud dubie molem belli.* Justin. 22, 3. *Victus, majore mole reparaturus bellum, Syracusas concessit.* 29, 4. *Majore belli mole Macedoniae inminebant.* Florus 2, 6, 49. *Cum exercitu novo, novis viribus, nova belli mole veniebat.* Similiter *molem* pro pompa, adparatu triumphi sumi, docuit Gronov. 1. Obs. 21. Hic tamen sensus Livii exigere videtur, ut per *molem* intelligamus, quod *molem pugnae* vocat 7, 32, 11. *Procedere ante signa, versari media in mole pugnae sciat.* et ita alibi. Ceterum *majori mole* est in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Tum *Camillus apdum maxime valido* Florent. ex quo factum postea *apud Pedum*. Inter versus etiam *cum Tiburtibus* adscriptum est. *cum Tiburtibusque* habet Haverk. Sed *maximeque valido* Voss. 1 a m. 1. Lovel. 5. Portug. et Haverk. Mox *haud quamquam aeque prospero*, addita prima voce, Leid. 2. qui dare voluisse videtur *haudquaquam.* Sed id narrationi Livii adversatur. *quam aeque prospero* Lovel. 5. V. supra hoc lib. c. 4, 1. *quamquam aeque prospecto eventu* Haverk. a m. 2.

fecit: in quos parte exercitus conversa, Camillus non compulit solùm eos intra moenia, sed eodem etiam die, quum ipsos auxiliaque eorum perculis-
8 set, oppidum scalis cepit. Placuit inde, jam majore conatu animoque ab unius expugnatione urbis ad perdomandum Latium victorem circumducere exercitum. nec quievere ante, quam, expugnando aut in deditionem accipiendo singulas urbes,
9 Latium omne subegere. Praesidiis inde dispositis per recepta oppida, Romam ad destinatum omnium

§. 7. *Quum ipsos auxiliaque eorum perculisset*] *pertulisset* Voss. 2. Lov. 2. 3. 5. et Fragm. Hav. sollemni librariorum lapsu. V. infra ad 35, 27, 16. *perpulisset* Haverk. An scribendum *pepulisset?* Alibi etiam *perculi* et *pepuli* commutari, patet ex illis, quae notat Gronov. ad Liv. 3, 30, 5. Paullo ante *non compulit eos solum* Lovel. 2. Sed pronomen deest in Harlej. 2. *compul'it*, sive *compulerit*, Gaertn. V. ad 40, 14, 11. Deinde *contra moenia*, pro *intra*, Florent. Ita et alibi peccant scribae. V. ad 7, 40, 13.

§. 8. *Placuit inde majore conatu*] *Placuit tñ jam* Portug. et Haverk. Compendia scribendi *iñ*, pro *inde*, et *tñ*, pro *tamen*, saepe commutantur. V. ad 5, 18, 8. Tum *majore jam conatu* Gaertn.

Ab unius expugnatione urbis] *ad unius expugnationem urbis* Lovel. 5. *ab unius oppugnatione urbis* Voss. 1. et Leid. 2. V. infra ad 21, 57, 6. Mox *circumvolvere*, pro *circumducere*, Lovel. 4.

Nec quievere ante, quam, expugnando aut in deditionem] *nec querere* Leid. 2. *nec quieverunt* Gaertn. Tum *quam, aut expugnando* idem Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. Mox *subigere*, pro *subegere*, Portug. et Haverk.

§. 9. *Per recepta oppida*] *per cepta oppida* Portug. a m. 1. et Haverk. *praecepta oppida* Lovel. 3.

Additus triumpho honos, ut statuae equestres eis, rara illa aetate res] V. Noris. ad Cenotaph. Pisana Dissert. 3, 8. et Figrel. de Statuis Rom. c. 18. DUK. *additur* Lovel. 2. Tum *ubi statuae equestres eis* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 24, 15, 1. An voluerunt *uti statuae equestres? ubi* enim et *uti* etiam in Mstis confunduntur supra 7, 34, 5. *ut statuae eis equestres* Fragm. Hav. *ei* est in Lovel. 5. Praeterea *rata illa aetate res* Gaertn. et ed. Mediol. anni 1480. V. ad 8, 38, 15. Vox *res* deficit in Fragm. Hav. a m. 1. quemadmodum mox *ponerentur* in Lovel. 4.

§. 10. *Prius, quam comitiis in insequentem annum consules rogarent*] *comitia* edd. antt. pro quo *comitiis* reposuit Aldus, quem sequitur ed. Colon. anni 1525. Inter errata tamen idem Aldus iterum *comitia* probavit: unde Coloniensem secutae edd. *comitia* servarunt usque ad Frobenium, qui denuo *comitiis* restituit, omnibus scriptis, uno Harlej. 2. excepto,

consensu triumphum decessere. additus triumpho honos, ut statuae equestres eis, rara illa aetate res, in foro ponerentur. Prius, quam comitiis in 10
insequentem annum consules rogarent, Camillus de Latinis populis ad senatum retulit, atque ita disseruit: *Patres conscripti, quod bello armisque in La-* 11
tio agendum fuit, id jam Deûm benignitate ac virtute militum ad finem venit. caesi ad Pedum Asturamque 12
sunt exercitus hostium: oppida Latina omnia, et Antium ex Volscis, aut vi capta, aut recepta in deditio-

consentientibus. Et recte. V. infra ad 31, 7, 1. Tum *in sequentem* Voss. 2. Portug. et Haverk. *insequentem* Lovel. 3. 4. 5. V. supra ad 4, 30, 12. Vocem *annum* etiam perperam omittit Lovel. 4. Deinde *rogaret* Haverk. *rogarentur* Lovel. 2. 5. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. V. ad 39, 22, 8. Si vulgatum, quod alii codd. defendunt, servamus, *rogarent* alio, quam ad consules, referri nequit. At eorum alteruter tantum comitiis praeerat, et novos consules rogabat. Insuper *consulem* edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 11. *Quod bello armisque in Latio agendum fuit*] *de bello armisque* male Haverk. Tum *in Latium* Leid. 2. et Lovel. 1. *in Latino* Florent. V. mox §. 15. Paullo post ante voces *ad finem venit* in Lovel. 4. adscriptum erat *peractum est*. Sed adpositae notae indicant, eas voces delendas esse. Sane ex glossa marginali in contextum receptae fuerunt.

§. 12. *Ad Pedum Asturamque*] *Asturaque* Leid. 2. *Saturamque* Lovel. 4. *Saturemque* Voss. 2. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. *Austuramque* Harlej. 2. Reliqui recte vulgatum retinent. V. ad §. 5.

Oppida Latina omnia et Antium ex Volscis] Hoc κατὰ σιωπὴν intelligo. nam ipse antea nusquam dixit: quamquam memoriae lapsus videri poterat, in tanta cum scriptorum, tum rerum confusione. GLAR. Quamquam Volsci Latini erant, tamen Latinorum numero haud habiti esse videntur. Captum ergo ait Antium Camillus, quod tamen nomen nominatim supra non est expressum a Livio, nisi cum dixit: *Nec quievere ante, quam expugnando, aut in deditionem accipiendo singulas urbes, Latium omne subegere.* SIG. Proprie Volsci diversam a Latinis gentem constituunt, et ab illis non modo apud alios, sed etiam apud Livium, distinguuntur. Supra 7, 32, 9. *Qui omnia circa se, Sabinos, Etruriam, Latinos, Hernicos, Aequos, Volscos, Auruncos, domita armis habeat.* Saepe tamen sub Latinis comprehenduntur, quod, si non omnes, certe aliqui eorum, foederis Latini participes erant: et quidem inter eos Ecetranos et Antiates memorat Dionys. l. 4. p. 250. Supra igitur, quum *omne Latium* subactum refert, eo nomine etiam Volscos Antiates, Latinorum socios, et a quibus auxilia Pedanis venisse c. 12, 7. dixerat, intellexisse vi-

13 *nem, praesidiis tenentur vestris. Reliqua consultatio est,*
quoniam rebellando saepius nos sollicitant, quonam mo-
14 *do perpetua pace quietos obtineamus. Dii inmortales ita*
vos potentes hujus consilii fecerunt, ut, sit Latium de-
inde, an non sit, in vestra manu posuerint. Itaque pa-
cem vobis, quod ad Latinos adtinet, parare in perpe-
15 *tuum, vel saeviendo, vel ignoscendo, potestis. Vultis*
crudeliter consulere in deditos victosque? licet delere

detur, quos hoc loco inde distinguit. Ceterum *ante*, pro *Antium*, praefert Klock. Vocem *omnia* ignorant Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. *oppida Latinania*, omissa eadem voce, habent Leid. 1. et Harlej. 1. At *Latium omne* modo dixit §. 8. Mox *recepta in deditione*, pro *in deditionem*, Lovel. 4.

§. 13. *Reliqua consultatio est, quoniam rebellando saepius nos sollicitant*] *consolatio est* perperam Florent. nec melius *consultatione* Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed non adsecuti sunt librarii compendium scribendi *consultatio ē*, sive continuatis vocibus *consultatioē*. V. ad 9, 8, 13. Tum *quē*, pro *quoniam*, Harlej. 1. Praeterea *nos saepius sollicitat* Lovel. 4. *saepius nos sollicitarunt* Gaertn.

§. 14. *Dii inmortales ita vos potentes hujus consilii fecerunt*] *Dum inmortales* Lovel. 3. *Di inmortales* Florent. et Leid. 1. V. ad 5, 14, 4. Tum *nos potentes* Voss. 1. et Lovel. 2. V. ad 34, 2, 2. Sed sequens *in vestra manu* hic *vos* requirere videtur. Deinde *fecerant* Florent.

Sit Latium deinde, an non sit, in vestra manu posuerint] *sić Latium, deinde Antium in vestra* Lovel. 2. [Veith.] *si Latium deinde an non sit* Lovel. 5. a m. 1. *sit Latium deinde, an non si* Florent. Vox *deinde* deficit in Lovel. 4. Tandem *posuerunt* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. et Haverk.

Pacem vobis, quod ad Latinos adtinet, parare in perpetuum] *quoad Latinos adtinet* Lovel. 2. V. ad 7, 34, 3. Tum *parare imperium* Haverk. sine sensu. Liv. 5, 2, 4. *Remotam in perpetuum et ablegatam ab urbe et ab republica juventutem.* 6, 34, 4. *Possessionemque honoris recuperasse in perpetuum Patres viderentur.* 7, 30, 1. *Amicitiam in perpetuum, auxilium praesens a vobis petitum,* et alibi saepe. Mox *serviendo*, pro *saeviendo*, edd. Rom. anni 1472. et Parm. Pariter variant codd. supra 2, 52, 7. Eodem modo etiam commutantur *saevus* et *servus*. V. ad Silii 11, 44.

§. 15. *Crudeliter consulere in deditos*] *in debitos* Harlej. 1. V. ad cap. praec. §. 10. *in deditios* ed. Mediol. anni 1505. *in dediticios* Leid. 2. Ita alibi etiam variant codd. V. ad 7, 31, 4. Tacit. in Agric. 16. *Quum arroganter in deditos, et ut suae quoque injuriae ultor durius consuleret.* Curtius 5, 6. *Nec in deditos gravius consultum.*

Delere omne Latium, vastas inde solitudines facere] *omne Latinum* Lovel. 5. V. paullo ante ad §. 11. Tum *vastas deinde* Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 36, 24, 10. Tō

omne Latium, vastas inde solitudines facere, unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaque saepe usi estis. Vultis exemplo majorum augere rem Romanam, 16
victos in civitatem accipiendo? materia crescendi per summam gloriam subpeditat. certe id firmissimum longe imperium est, quo obedientes gaudent. Sed maturato o- 17
pus est, quidquid statuere placet. tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis: et vestram itaque de

unde, quod mox sequitur, *inde* hoc loco verum esse evincit. Deinde *solicitudines* Portug. a m. 1. Pari modo variant librarii saepius. V. 1, 11, 1. ubi quaedam dicta sunt. 4, 52, 8. 5, 53, 7. et alibi. (* 35, 40, 7.

Per multa bella magnaque saepe usi estis] *per bella multa* Leid. 2. Lovel. 1. 5. Portug. et Haverk. Tum *magisque saepe* Voss. 2. *magnaque spe* Haverk. V. ad 7, 7, 6. Particulam *que* omittunt edd. Rom. anni 1472. et Parm.

§. 16. *Materia crescendi per summam gloriam subpeditat*] *materiam crescendi* etc. *suppeditat* Lovel. 2. cujus librarius videre non potuit, *subpeditat* hic poni pro suppetit. Ita supra 6, 24, 2. *Quod multitudo subpeditabat, aliquot validas cohortes in castris armatas instructasque reliquerant.* 28, 27, 3. *Ad vos quemadmodum loquar, nec consilium, nec oratio subpeditat.* Lucret. 1, 231.

Unde mare, ingenui fontes, externaque longe
Flumina subpeditant.

Ubi videndus est Lambinus. Apud Cic. hoc sensu saepius obcurrit.

Certe id firmissimum longe imperium est, quo obedientes gaudent] *saepe id firmissimum* Lovel. 5. Similiter in contextu habet Voss. 1. altera lectione *certe* inter versus adscripta. Sed utraque juncta *certe saepe id firmissimum* praeferunt Leid. 1. et Lovel. 1. *subpeditat saepe. certe id firmissimum* Oxon. L. 2. apud Hearnium. V. ad 3, 44, 4. Tum *quod obedientes gaudent* Harlej. 1. et Klock. V. ad 36, 33, 3.

§. 17. *Tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis*] *inter metum spemque* Harlej. 2. Praeterea *tot populorum* etc. *suspensos animos* Lovel. 2. V. ad 7, 10, 9. *animos* etiam Lovel. 4. et Portug. *tot populos suspensos animis* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed nihil muto. V. Gronov. ad Liv. 7, 30, 22. *suspensus animi*, ut *territus animi* 7, 34, 4. *Consuli territo animi inquit. sollicitus incertusque rerum* 24, 31, 5. *aeger animi*, v. ad 30, 15, 9. *trepidus rerum* 36, 31, 5. et similia passim. Paullo ante *τὸ est* deficit in Leid. 2. Tum *statuerunt*, pro *statuere*, Gaertn. cujus librarius *statuere* esse tertiam personam pluralem perfecti perperam sibi persuasit, atque ita in *statuerunt* mutavit.

Et vestram itaque de eis] Placet antiqua quorumdam librorum lectio, *et vestram utique.* Quae lectio desiderare videtur, ut verba illa, *tot populos* etc. parenthesi includantur, atque hoc modo tota sententia colligatur: *Sed ma-*

eis curam quam primum absolvi, et illorum animos, dum exspectatione stupent, seu poena, seu beneficio,
18 *praeoccupari oportet. Nostrum fuit efficere, ut omnium rerum vobis ad consulendum potestas esset. vestrum est decernere, quod optimum vobis reique publicae sit.*

1 XIV. Principes senatus relationem consulis de

turato opus est, quicquid statuere placet, (tot populos inter spem metumque suspensos animi habetis) et vestram utique de eis curam quam primum absolvi, et illorum animos, dum exspectatione stupent, seu poena, seu beneficio praeoccupari placet. SIG. Illud *utique* Sigonii est. praecedentia verba includentis parenthesi. Sed nostri, ut edebatur, *itaque*: longeque melius sic procedit oratio. Dixerat, maturato opus. Id confirmat quasi syllogismo: tot populos suspensos animi tenetis. ergo et vestra et illorum interest, rem confieri: vestra, ut absolvamini tanta cura; illorum, ut vel poena vel beneficio praeveniantur, priusquam se colligere, et ipsi aliquid consilii capere possint. J. FR. GRON. Tò *utique* tanto suspectius reddit, quod id in nullo alio meorum, quam Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. invenerim. Solent autem hae voces a librariis in Mstis confundi. V. supra ad 7, 28, 3. Tota illa vox exsulat a Gaertn.

Seu poena, seu beneficio, praeoccupari oportet] *occupari* Lovel. 3. Male. V. ad 4, 30, 3.

§. 18. *Nostrum enim fuit efficere*] Flor. Rott. Helm. uterque Vossianus, et Mureti libri expungunt *tò enim*. Nec facit ad sententiam. J. FR. GRON. Si unum excipias Harlej. 2. omnes reliqui codd. quibus usus sum, illud *enim* ignorant, quod nec in Oxoniensibus suis se invenisse Hearnius testatus est. Tot itaque testimoniis confossum ex contextu Livii expulsi.

Omnium rerum vobis ad consulendum potestas esset] *vobis* deest in Lovel. 3. cujus loco *nobis* est in Haverk. *omnium rerum consulendi potestas esset* in Fragm. Hav. a m. 1. *omnium rerum consulendi potestas esset* in Voss. 2. qua forma viri docti legendum censent infra 24, 23, 1. *Postero die comitia praetorum creandi habita.* ubi vide. Verum dissentientibus aliis codd. uni huic fidem habendam non existimo; praesertim quum vulgatum hoc *potestas ad consulendum*, pro *potestas consulendi*, adprime Livianum sit, et frequenter apud eum obcurrat. Ita 4, 47, 3. *Tantus ardor ad dimicandum fuit.* 8, 1, 5. *Animus ad iterandum periculum fuit.* 10, 36, 2. *Neutris animus est ad pugnandum.* 23, 18, 13. *Videri potuit hic error vires ademisse ad vincendum.* c. 30, 4. *Antequam vires ad standum in muris ferendaque arma deerant.* 35, 45, 5. *Ut Romani tempus ad comparandum habeant,* 37, 26, 7. *Eam occasionem Polyxenidae ad rem gerendam fore.* ubi alia vide. 42, 52, 8. *Ut tempus ad comparandum haberent.* Similia sunt *viae ad fugam* 2, 11, 10. *locus ad occasionem* 4, 31, 2. *tempus ad receptum sententiae* c. 57, 4. hujusque generis multa alia.

Quod optimum vobis reique publicae sit.] *quid optimum* edd. vett. usque ad Froben. qui anno 1535. consentientibus scriptis dedit *quod optimum*. V. ad 38, 10,

summa rerum laudare; sed, quum aliorum caussa alia esset, ita expediri posse consilium, dicere, ut pro merito cujusque statueretur, si de singulis nominatim referrent populis. Relatum igitur de singulis decretumque. 2 Lanuvinis civitas data sacraque sua reddita cum eo, ut aedes lucusque Sospitae

2. Deinde *reipublicaeque* Harlej. 2. Male. Supra 5, 52, 14. *Tantum sibi reique publicae piaculi contraxet.* Justin. 5, 8. *Naves traderent, resque publica ex semet-ipsis triginta rectores acciperet.* Ita *literis senatusque consulto*, de quo infra v. ad 22, 26, 7.

§. 1. *Quum aliorum caussa alia esset*] *quum aliorum tam alia esset* Voss. 2. et Lovel. 3. Saepe *cā*, id est *caussa*, et *tā*, id est *tam*, ob similitudinem literarum *c* et *t* in Mstis commutantur. V. exempla 6, 25, 2. 7, 5, 7. 8, 20, 1. 9, 8, 3. 10, 21, 13. et alibi. Tum *esset alia* Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Paullo ante *ad relationem consulis*, addita praepositione, edd. Rom. anni 1472. et Parm. contra praepositio *de* exsulat a Voss. 2.

Ita experiri posse consilium dicere] Libri Pall. omnes *expediri*. GEBH. *experiri* primi ediderunt Paris. anno 1573. idque servarunt proximi editores usque ad Gruterum, qui anno 1628. *expediri* recte restituit. Ita enim omnes scripti, nisi quod *expedire* sit in Gaertn. Praeterea *τὸ ita* deficit in Harlej. 1. Tum *concilium* Gaertner. Vox *dicere* deerat in Klock. quemadmodum mox in verbis sequentibus *si* in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *constitueretur* autem, pro *statueretur*, habet Klock.

§. 2. *Lanuvinis civitas data*] Lanuvium haud dubie aliud est oppidum, quam Lavinium, quanquam ea inter se haud multum distant. Apud Lanuvium Sospitis Junonis et templum et lucus erat, ut ex Cicerone etiam ante nos annotavit Sabellicus. In Strabonis codice ea ita corrupte leguntur, qui l. 5, [p. 232. et 239.] de utroque, ni fallor, differit, ut verba ea nec Graece allegare ausim. V. Servium in secundum libri 1. Aen. carmen. *Lavinium* autem *agrum* Horatius nominat 3. carm. ode 27. Tu vide, quae eo in loco Mancinellus. Porro Livius hoc loco *Lanuviniorum* facit mentionem, quos paulo ante bis cum Volscis Antiatibus numeravit, *Laviniorum* autem adhuc paulo superius [c. 11, 4.] ubi Milionis praetoris dictum refert de magna mercede Romanis pro parve via solvenda. Hic autem cum nominatim omnium poenam referat, *Laviniorum* non meminit, ut plane in suspicionem veniam, vel haec defecta esse, vel Livium quorumdam omisisse multam, quod verisimilius est. GLAR. Quamquam in quibusdam libris est *Laviniis*, tamen *Lanuvinis* legendum est. Nam de *municipio*, deque sacris *Junonis Sospitae* mentio fit. Hoc autem primum tempore *Lanuvini municipes* facti sunt una cum aliis Latinis multis, quos numerat Livius. Hac de re Cicero pro Cornelio sic [13.] *Itaque ex Latio multi et Tusculani et Lanuvini, et ex caeteris gentibus gentes universae in civitatem sunt receptae, ut Sabinorum, Volscorum, Herni-*

Junonis communis Lanuvinis municipibus cum po-
3 pulo Romano esset. Aricini Nomentanique et Pedani eodem jure, quo Lanuvini, in civitatem accepti.
4 Tusculanis servata civitas, quam habebant; crimenque rebellionis a publica fraude in paucos aucto-

eorum. Neque vero moveat quemquam, quod *Lanuvinis* civitatem datam scribat, quos ne victos quidem ante tradiderit. Nam, ut dixi, satis habuit dicere: *Neque ante quievere, quam, expugnando, aut in deditionem accipiendo singulas urbes, Latium omne subegere.* SIG. Clarissimus auctor libri de Aedilibus coloniarum et municipiorum cum aliunde, tum hinc c. 1. p. 21. ostendit, municipia, quum in civitatem recipiebantur, sacra sua retinuisse. Vellem simul docuisset, quid sit, quod Livius dicit, Lanuvinis *sacra sua reddita:* Lanuvini una cum ceteris Latinis a consulibus subacti, ac deinde civitate donati, cum ea etiam sacra sua receperunt, ut hic auctor est Livius. Hinc conficitur, Romanos victis hostibus sacra sua ademisse; quod unde probare possim, non habeo. Sed puta *sacra reddita* esse relicta. V. ad 9, 43, 23. DUK. *Laminiis* et mox *Lamininis*, ac §. seq. *Laminii* Voss. 2. *Lamininus*, *Lamininis* et *Lamini* Lov. 3. *Lavinis* et *Lavini*, vel *Laviniis* et *Lavinii* aut *Lavinini* Leid. 2. Lovel. 2. 4. 5. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. cum Hearnii Oxon. C. Sed *Lanuvinis* servandum esse, praeter Sigonium ad hunc locum, docet etiam Cluver. 3. Ital. Antiq. 4. p. 939. qui tamen male statuere videtur, Sigonium hic *Laviniis* reposuisse, unde frustra etiam *Junonis Sospitae* mentione eum refellere conatur. V. ad cap. praec. §. 5. Glareanus, qui c. 11. *Lavinios* memoratos, hic vero poenae eorum nullam mentionem fieri miratur, duo bella cum Latinis gesta confundit. In priori bello *Laviniorum* Livius meminit; eoque confecto, quum *omnes Latini* se dedidissent, hanc poenam victis impositam refert c. 11, 12. *Latium* (adeoque etiam Lavinienses, sive Laurentes) *Capuaque agro multati:* Cum autem Latini *ob iram agri amissi* rebellassent, alterum inde ortum est bellum. In hoc jam nominatim Laviniensium mentio non fit, adeoque necesse non erat, ut nominatim eorum poena referretur: sed, quemadmodum comprehendebantur c. 13. nomine generali *Latinorum*, ita etiam hoc cap. §. 10. sub vocibus *Ceteris Latinis populis.* Verba praecedentia *Relatum igitur de singulis decretumque* desunt in Leid. 2. *itaque*, *pro igitur*, habent Portug. et Haverk.

Ut aedes lucusque Sospitae Junonis communis Lanuvinis municipibus] *aedes locusque* ed. Mediol. anni 1480. et quaedam aliae, sollemni operarum lapsu. V. ad 21, 48, 4. De luco Junonis Lanuvii v. Cluver. 3. Ital. Ant. 4. p. 937. Deinde *Sospitae Junonis* constanter omnes codd. pro quo *Sispitae Junonis* scribendum conjicit Inl. Spanhem. de praest. et usu numism. dissert. 2. p. 124. Id tamen ei moram injicere videtur, quod antiquis *Sispitam Junonem* dictam scribat Fest. quam vulgo *Sospitam* adpellant. V. etiam Cel. Graevium ad Cic. Orat. pro Murena 41. Praeterea *communis* deficit in Leid. 2. Tum *municibus* Lovel. 4. *municipiis* Lovel. 2. et 5. a m. 2. V. infra ad 21, 60, 7.

res versum. In Veliternos, veteres cives Romanos, 5
quod toties rebellassent, graviter saevitum: et muri
dejecti, et senatus inde abductus, jussique trans
Tiberim habitare: ut ejus, qui cis Tiberim depre- 6
hensus esset, usque ad mille pondo clarigatio esset;

§. 3. *Aricini Nomentanique, et Pedani*] *Anintini* Voss. 2. Tum *Momentanique* Voss. 1. et Lovel. 5. V. ad 4, 22, 2. *Momentani*, insuper omissa particula copulante, Leid. 2. *Nomentani* Portug. et Haverk. Male. V. ad 2, 31, 1. Hinc *et Pedâ* Harlej. 1.

Eodem jure, quo Lanuvini, civitatem adepti] Non admodum discrepat, quantum ad sensum attinet, vetus scriptura, *eodem jure, quo Lanuvini, in civitatem accepti*. GELEN. *eo. de jure* Gaertn. V. ad 6, 35, 4. et mox hoc cap. §. 11. *in civitatem accepti* autem etiam omnes mei. Et ita ante Gelenium editum est quoque a Mediol. anno 1505. et ab Aldo inter errata, quum antea *civitatem*, vel plerumque *in civitatem adepti* vulgaretur. V. ad 4, 3, 14.

§. 4. *Tusculanis servata civitas, quam habebant*] Data est civitas Tusculanis, auctore Livio [6, 26, 8.] anno ab urbe cond. CCCLXXV. ut merito Cic. pro Plancio [8.] *municipium antiquissimum* vocet Tusculum. SIG.

Crimenque rebellionis] *rebellationis* Haverk. V. Pichen. ad Tacit. 14. Ann. 31. Alibi tamen ea voce vel Livium, vel seculi ejus scriptores alios usus esse, non invenio. *crimenque religionis rebellationis* Lovel. 3.

§. 5. *In Veliternos, veteres cives Romanos, quod toties rebellassent, graviter saevitum*] Velitrae colonia deducta est anno ab urbe condita CCLX. 2, [31, 4.] SIG. *Velliternos* Lovel. 3. *Velitrinos* Lovel. 2. et Gaertn. V. ad c. 13, 5. *v. cives* Florent. *cetos cives* Gaertn. Deinde *cives Bensuros* Lovel. 1. a m. 1. Sed ultima vox deletur a manu altera, quae nec in Lovel. 5. Portug. vel Hearnii Oxon. B. superest. Praeterea *rebellantes* Lovel. 3. Hinc *scaevitum* Haverk. V. ad 2, 44, 10. *saevitur* Lovel. 2.

Et senatus inde abductus] Primo Campani editio omittit τὸ *et*. Deinde Pal. tert. legit *et senatus vi abductus*. Tum sec. *et senatus deinde deductus*. GEBH. Vocula *et* omittitur etiam in Florent. Lovel. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. Tum *senatus deinde* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *vi*, quod pro *inde*, in Pal. 3. Gebhardus invenit, natum est ex compendio scribendi *iñ*. V. ad 3, 34, 10. In hac autem voce desinit Lovel. 5. qui a fine lacerus est. Paullo ante *murique dejecti*, pro *et muri*, Lovel. 4. In verbis autem sequentibus *jussitque*, pro *jussique*, Harlej. 1. *missique* Gaertn. V. ad 3, 4, 11.

§. 6. *Ut ejus, qui cis Tiberim deprehensus esset*] *et ejus* Leid. 2. Tum *qui eis Tiberim* Florent. Leid. 1. Lovel. 3. et Haverk. *qui ex cis Tiberim* Harlej. 1. Ceterum quatuor priora vocabula cum duobus praecedentibus desunt in Lovel. 1. Cui errori occasionem praebuit vocis *Tiberim* repetitio. V. ad 9, 11, 11.

Usque ad mille pondo clarigatio esset] Cael. Rhodiginus 5, 11. ex hoc Livii loco *Taleam* vulgo di-

nec prius, quam aere persoluto, is, qui cepisset,
7 extra vincula captum haberet. In agrum senatorum coloni missi: quibus adscriptis, speciem an-

ctam, *clarigationem* existimat dici posse. Budaeus in post. Annot. clarigationem cum Hermolao Barbaro esse voluit, quam Graeci *ἀνδροληψίαν* vel *ἀνδρολήψιον* dixere, cujus Jul. Pollux 8, 6. si Graeca Latina reddamus, ita meminit. *Androlipsia est, quando quis homicidas fugientes petens non accipit; licet ex non reddentibus tres abducere.* Eadem fere Suidas. De eadem re et Demosthenes in orat. *κατὰ Ἀριστοκράτους* [p. 738.] in eandem fere sententiam. *Si quis violenta morte obierit, pro hoc gentilibus atque cognatis androlipsiae sunt, quoad judicia caedis poenaeque subjecerint, vel necis auctores dederint; androlipsia vero ad tres usque, nec eo amplius esto.* Haec 6. Decretalium Epist. 6. sub titulo de injur. et Auth. *sed omnino* Cod. ne uxor pro marito, *Pigneratio* vocatur; interpretes barbari *represaliam* dicere maluerunt. Vet. Gloss. *ἐνεχυριασμός*, id est, redemptio pro vita propria, vel pignore. et Novell. 52. *ὅμηρος*, hoc est, vades, obses, pignus. et quoque *ἁρπαγή*, id est, violentum; nam reddere nolentibus vi pigneratio seu represalia fiebat. Ego sane, clarigationem *pignerationem* dici Latine posse, censerem, nisi pigneratio res potius, quam personam, respiceret: clarigatio vero, sicuti androlepsia, potius personas, quam res. At clarigationem fuisse personarum potius, quam rerum, prehensionem, ex ipsius Livii verbis clare percipimus: quae tamen prehensio cessabat, soluta poenae loco pecunia determinata; sicque respectu prehensionis personarum androlipsiam, respectu vero redemptionis solutae pecuniae medio, taleam et pignerationem dici posse, et ita scribentium de re hac sententiae, quae diversae videntur, conciliantur. Profecto minus apte Calepinus *clarigationem* belli denunciationem interpretatus est, sicuti et *clarigare* bellum indicere, motus forte Plinii auctoritate 22, 2. ubi habet, *Legati ad hostem cum clarigatum mitterentur.* At Plinius de fecialibus loquitur, quos et *legatos* appellat, quique mittebantur ad hostes repetitum, quae illi vi et injuste abstulissent; quod si dicto non paruissent, bellum postea indicebant; quorum repetitionis actio sub *clarigatione* quoque continebatur. Illud sane non reticendum, Gregorium IX. in concilio Lugdunensi c. unic. de injur. l. 5. Decret. tit. 8. prohibere androlepsiam personarum ecclesiasticarum, quam represaliam et peregrinationem, et clarigationem dici posse, non dubitamus. Clarigationes in Gallia vocantur *droict de marque*, uti adnotavit Guido Pap. c. 32. De re hac plura Bart. in tract. represal. q. 1. et Tiraquell. in com. in l. *si unquam*, et D. Thom. 2. 2. q. 40. c. 1. ubi adnotatum lector inveniet, quae represaliae legitimae et justae, et quae non, sint dicendae, et de eadem quaestione Joan. Andreas ad reg. jur. *non debet*, in 6. MARC. DONAT. V. Turneb. 21. Advers. 1. Petr. Fabrum ad l. 176. D. de reg. juris. KLOCK. Pall. duo *clangatio*. GEBH. De clarigatione post Budaeum ad l. 16. §. 8. D. de Poenis, et Turneb. 21. Adv. 1. egit Salmas. de Modo usur. c. 13. p. 550. et seqq. Ceterum Herm. Barbarus in Glossematis in Plinium v. *Taleas* scribit, in vett. codd. hic non *p.* id est, *pondo*, sed *pas-*

tiquae frequentiae Velitrae receperunt. Et Antium 8
nova colonia missa cum eo, ut Antiatibus permitteretur, si et ipsi adscribi coloni vellent. naves

suum fere scriptum esse; se tamen propter ea, quae protenus consequuntur, *pondo* intelligere, non *passus*. Hinc apparet, haec in Mstis non eodem modo legi, etsi de eo interpretes tacent. Turneb. d. l. et ex eo Vossius in Etymologico citant, *usque ad mille passuum pondo clarigatio esset.* Non video, quomodo haec conjungi possint. *Mille pondo* sunt, ni fallor, mille aeris, sive mille asses, qui, ut notum est ex Varrone 4. de Ling. Lat. in fine, et Plin. 33. H. N. 3. tum libram pondo erant. DUK. *usque ad mille passus damnatio esset* Hearnii Oxon. L. 2. et N. *usque ad mille passus damnatio, castigatio esset* ejusdem cod. C. *usque ad mille passus, damnato clarigatio esset* Lovel. 2. Portug. et Haverk. Reliqui a vulgato non differunt, nisi quod *mille passū* sit in Leid. 1. *mille passum* in Florent. et Harlej. 2. contextu. *mille passus* in Harlej. 1. Klock. et Gaertn. *mille passuum* in Voss. utroque, Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. et Fragm. Hav. Et ita edd. vett. nisi quod in Ven. annorum 1495. 1498. et 1506. ut et Ascens. anni 1510. transpositis dictionibus legatur *mille clarigatio passuum.* Quum autem interim Herm. Barbar. in Glossem. in Plinium v. *Taleas* legendum docuisset *ad mille p.* id est, *pondo*, quae lectio exstat in margine Harlej. 2. hinc postea Ascens. anno 1513. 1516. 1530. Colon. anno 1525. Cervic. et Paris. anno 1529. recepta utraque scriptura, dederunt *usque ad mille passuum pondo clarigatio esset.* Id autem, quod nunc vulgo ex Herm. Barb. emendatione editur, primi receperunt Mogunt. hinc Froben. anno 1531. et post eos reliqui. Compendium scribendi *p.* quo et *pondo* et *passus* indicantur, a librariis non intellectum tot numero varietates nobis peperit. Mox *ne*, pro *nec*, est in Lovel. 2. Vox autem *aere* deficit in Portug.

§. 8. *Et Antium nova colonia missa*] Ea primum deducta fuit anno ab urbe cond. CCLXXXV. SIG.

Cum eo, ut Antiatibus permitteretur] Eruditissimus Norisius ad Cenotaph. Pis. Diss. 1, 1. p. 15. caussam, cur oppida quaedam modo municipia, modo coloniae, vocentur, hanc fuisse tradit; quod in coloniarum deductione cives veteres a triumviris suis legibus ac sacris uti permitterentur, ut hic veteres Antiates. Nam colonos Roma Antium deductos Romanis sacris ac legibus, veteres vero Antiates cives suis peculiaribus legibus ac propriis sacris usos fuisse. Hoc deinde etiam viro doctissimo placuit lib. de Aedilibus Colon. c. 1. p. 35. Sed sunt in iis quaedam non satis liquida: primum quod Antium municipium fuisse; deinde quod veteres Antiates non adscribi voluisse novis colonis Romanis, significat; quorum utrumque Livii testimonio refelli videtur. Hic enim l. 3, 1. jam olim anno Urbis CCLXXXV. Antium coloniam deductam auctor est, neque eam, quum non ita multo post a Romanis defecisset, ac deinde omnibus bellis Romanorum cum Volscis aliisque semper contra Romanos stetisset, quod ejusdem libri c. 10. et quamplurimis aliis locis ab eo proditum est, umquam jure municipii donatum constat:

inde longe abactae, interdictumque mari Antiati
9 populo est, et civitas data. Tiburtes Praenestinique agro multati, neque ob recens tantum rebellionis, commune cum aliis Latinis, crimen; sed

unde etiam *novam* eo *coloniam* missam hic dicit Livius. Et Antiates veteres novis colonis adscriptos fuisse, haec indicio sunt, quod hoc loco *Antiati populo civitatem datam* scribit, et quod deinde 27, 38, 4. et 36, 3, 6. Antium *coloniam* vocat. Ob has caussas malo amplecti interpretationem Sigonii, qui 2. de Ant. Jur. Ital. 3. ita putat, Livium, quum *Antium novam coloniam missam, et Antiatibus, si et ipsi adscribi vellent, civitatem datam* aït, nihil aliud sensisse, quam iis jus Quiritium impertitum, id est, Antium coloniam Romanam, sive coloniam civium Romanorum factam fuisse. Et sic ex Sigonio Episcopus Adriensis in Monum. veter. Ant. c. 1. Idem sensisse Spanhemium, nec probasse hujus loci interpretationem Norisii, ex cujus sententia, quam ignorare non poterat, Antium partim colonia, partim municipium fuit, ex eo colligo, quod in Orbe Rom. exercit. 1, 7. inter potiora seu nobiliora Volscorum oppida, quae antiquitus in Romanorum colonias conversa sunt, etiam Antium ex hoc loco Livii numerat; et quod c. 2. ubi eadem oppida modo municipia, modo colonias, appellari observat, neque eam, quam Norisius, hujus rei rationem adfert, neque hoc testimonio Livii ad id comprobandum utitur. Non nego, ejusdem oppidi cives diverso jure esse potuisse; nam hoc satis ex iis constat, quae hoc cap. et c. 11, 16. de civitate solis equitibus Campanis data scribit Livius; sed id de Antiatibus ostendi non potest. DUK. *Tò ut* deficit in Lovel. 1. et ed. Parm. Ejus loco *et* habet Voss. 1. in contextu. *aut* Harlej. 1. V. ad 4, 12, 8. *cum eo ut*, *cum eo ne* inlustrantur supra ad 3, 37, 7. Tum *mitteretur* Lovel. 2. et 3.

Interdictumque mari Antiati populo] Ita primus edidit Frobenius anno 1535. eamque lectionem optimi meorum Florent. Leid. 1. Harlej. 1. et Klock. probant. Reliqui vero cum edd. antiquioribus *interdictumque mare* praeferunt. [Veith.] Utramque locutionem *interdico rem*, et *interdico re* et Livio et aliis optimis in usu fuisse, supra vidimus ad 5, 3, 8. Potius itaque melioribus, quam pluribus, scriptis consentio.

§. 9. *Agro mulctati, neque ob recens tantum*] *agro militati* Leid. 2. *agro multati* Lovel. 2. 3. V. ad 3, 67, 5. Tum *nec ob recens* Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *neque tib. recens* Lovel. 3. Mox *Latinis* exsulat a Leid. 2. *crimine* autem, pro *crimen*, habet Portug. a m. 1. Deinde, transpositis dictionibus, *Romani imperii* Voss. 2.

Arma quondam consociassent] Hac de re libro priore dictum est. SIG. Mediam vocem omittit apud Hearnium Oxon. L. 1.

§. 10. *Connubia commerciaque et concilia*] Habuerunt ergo ea ante hoc bellum, quae dum demum iis adëmta sunt. Viri doctissimi scribunt, Latinos populos ne inter se quidem promiscue habuisse jus connubii *ex foedere antiquo*. Intelligunt, credo, *foedus antiquum*, quod hoc tempore cum Latinis haud dubie, sed gravio-

quod, taedio imperii Romani, cum Gallis, gente efferata, arma quondam consociassent. Ceteris Latinis populis connubia commerciaque et concilia inter se ademerunt. Campanis, equitum honoris caussa,

ribus conditionibus, renovatum est. Nam alioqui *foedus antiquum* cum Latinis magis dicitur, quod Romani cum iis post pugnam ad lacum Regillum fecerunt. Liv. L. 7, 25. De prohibitis inter Latinos connubiis agit Spanhem. in Orbe Rom. Exercit. 2, 22. Concilia Latinorum ad lucum Ferentinae memorant Livius 1, 50, 1. et 7, 25, 5. et Dionys. Halic. multis locis. Ea usque ad P. Decium Murem consulem durasse, prodit e Cincio Festus v. *Praetor;* quae Livius hic biennio post, Camillo et Maenio consulibus, sublata narrat. Sed Cincius ad Decii consulatum retulisse potuit, quod tum bellum cum Latinis inchoatum est, et vires eorum maxime fractae sunt. DUK. Ita ediderunt Mediol. anno 1505. deinde Modius, et post eum recentiores reliqui. Similiter etiam praeferunt Florent. Lovel. 4. Harlej. ambo. et Klock. quum alii omnes manu et typis descripti *consilia* exhibeant. Sed intelligitur conventus legatorum ex diversis Latii populis, ut in commune consulerent; quod non *consilium*, sed *concilium*, vocari, docet Gronov. ad Liv. 44, 2, 5.

Campanis equitibus honoris caussa, quia cum Latinis] Nihil in his, quod ad intellectum potest pertinere. Et jam ante c. 11, 16. dixit, Campanis equitibus civitatem datam. MS. Rott. et alter Voss. *equitum.* Lege, *Campanis, equitum honoris caussa, qui cum Latinis* etc. Quod enim ante diximus de equitibus, iis civitatem datam esse, id de pleno civitatis jure intelligendum: nunc vero omnibus Campanis civitas datur, sed sine suffragio. Id utrumque ita factum esse, sed diversis temporibus, clarum est ex Livio 23, 5, 9. in verbis Varronis: *Adjicite ad haec, quod foedus aequum deditis, quod leges vestras, quod ad extremum civitatem nostram magnae parti vestrum dedimus communicavimusque vobiscum.* 26, 33, 3. de Campanis: *Cives Romanos, affinitatibus plerosque et propinquis jam cognationibus, ex connubio vetusto junctos.* 31, 31, 10. de iisdem: *Hi homines, quum ipsos foedere primum, deinde connubio, atque inde cognationibus, postremo civitate nobis conjunxissemus.* Ad hoc tempus, quo omnibus Campanis civitas absque suffragio data est, pertinet fragmentum vetus apud Censorinum [sive apud incertum scriptorem, qui Censorino jungi solet, c. 14.]

Cives Romani tunc facti sunt Campani.

Σταδιονίκαι apud Scaligerum ad Eusebium p. 329. Olymp. *ΡΙΔ.* κατὰ τὴν Ἰταλίαν τὸ πολίτευμα Ρωμαϊκὸν Καμπανοῖς ἐδόθη. *Equitum honoris causa*, ut 10, 24, 11. *Honoris ejus causa.* Cicero 16. ad Atticum, epist. ad Plancum: *Ut hoc, quod de tua sponte facturum certo scio, honoris nostri causa libenter facias.* J. FR. GRON. Satis idoneae sunt hae rationes, cur scriptura librorum, qui habent *Campanis equitum* vulgatae praeferenda sit. Addi possunt et aliae. Primum, quod Vellejus 1, 14. auctor est, Campanis et parti Samnitium civitatem sine suffragio datam, Postumio et Veturio

quia cum Latinis rebellare noluissent, Fundanisque et Formianis, quod per fines eorum tuta pacataque

consulibus, id est, quadriennio post Camillum et Maenium hujus anni consules. Hoc ibi Lipsius, ut vulgatam loci Liviani scripturam in concordiam redigat, ita expedire conatur, Camillo et Maenio consulibus primum tantum equitibus Campanis, deinde autem quatuor post annis omnibus Campanis civitatem datam fuisse. Sed hoc repugnat Livio, qui c. 11, 16. equitibus Campanis biennio ante consulatum Camilli et Maenii civitatem datam testis est. Nec verosimile est, Livium, quum c. 17, 12. Postumio et Veturio consulibus Acerranis civitatem sine suffragio datam memoret, idem de Campanis voluisse reticere. Nec quemquam morari debet notatio temporum apud Vellejum: nam, in ea contaminatissimum esse locum illum, docet Pighius ad annum Urbis ccccxx. Deinde, quod Livius paullo post scribit, *Cumanos, Suessulanosque ejusdem juris conditionisque, cujus Capuam, esse placuit.* Cumanos enim municipes fuisse scimus ex Liv. 23, 31, 10. Cic. 10. ad Attic. Epist. 13. et Festo v. *Municipium.* Accedit, quod Livius in his verbis *Capuam* nominat, quod non potuisset, si superiora tantum ad equites Campanos pertinerent. Nam quod Sigonius verba haec eo refert, quod c. 11, 12. Capua *agro multata* dicitur, longe petitum est; quum ibi de iis, quae biennio ante hoc tempus, hic de iis, quae post rebellionem Latinorum gesta sunt, sermo sit. Ne dicam, hoc genus loquendi fere de jure, quo civitas aliqua publice utitur, deque conditione status publici usurpari. Cic. 3. in Verr. 6. *Siciliae civitates sic in amicitiam fidemque recepimus, ut eodem jure essent, quo fuissent, eadem conditione populo Romano parerent, qua suis antea paruissent.* Pro Caecina 35. *Jubet enim eodem jure esse* (Volaterranos,) *quo fuerint Ariminenses.* Livius supra hoc cap. *Eodem jure, quo Lanuvini, in civitatem accepti.* Idem l. 26, 24. et l. 34, 62. Nec verbis opus est, quum ipse Sigonius 2. de Ant. Jur. Ital. 9. ex hoc loco doceat, Cumas et Suessulam municipia fuisse. Denique Campanos omnes ante annum Urbis ccccLXXIII. et adventum Pyrrhi in Italiam cives Romanos fuisse, satis certum est ex historia de legione Campana, quae Rhegium occuparat, apud Livium Epit. 12. et 15. Polyb. 1, 7. Valer. Max. 2, 7, 15. et alios. Neque enim in legione militare alii, quam cives Romani, poterant, et Valer. Max. diserte hos *cives Romanos* vocat. Quum autem non proditum sit aliud tempus, quo Campani jus civitatis Romanae nacti fuerint, hoc solum relinquitur, ut putemus, id eo anno, cujus res hic exsequitur Livius, factum. Non dissimulabo tamen, non nihil scrupuli in hoc loco superesse, sive quis *Campanis equitibus, quia*, quod vulgo legitur, retinendum putet, sive cum Gronovio *Campanis equitum, qui* malit. In utraque scriptura nec *quia*, nec *qui*, ad alios, quam ad equites referri potest; et tamen neutrum in eos convenit. Non de prima defectione, sed de rebellione Latinorum hic loquitur Livius. Jam vero, qui non modo cum suis ad Latinos, bellum Romanis moventes, desciscere non voluerunt, ob quam caussam et civitas illis data, et populus Campanus vecti-

que semper fuisset via, civitas sine suffragio data.
Cumanos Suessulanosque ejusdem juris conditionis- 11
que, cujus Capuam, esse placuit. Naves Antiatium 12

galis factus fuerat, c. 11. eos multo minus cum Latinis rebellare voluisse, plane credibile est. Non invenio rationem, qua hic nodus solvi possit. Sed quia satis demonstratum arbitror, vocem *Campanis* non ad equites, sed ad populum Campanum pertinere, suspicor, locum inserta copula ita legendum esse: *Campanis, equiquitum honoris caussa, et quia cum Latinis rebellare noluissent*, etc. *civitas sine suffragio data.* Nempe Campani, exceptis eorum equitibus, cum Latinis, a foedere Romano desciscentibus, consilia et arma consociaverant, c. 2. 3. et 11. et utrique a Romanis victi, deditione ad eos facta, agro multati fuerant, c. 11. Deinde Latini ob iram agri amissi rebellaverant, c. 12, 5. sed ab illa rebellione Campani, quorum nulla in ea mentio est, se abstinuerant: quam ob rem, simul equitum Campanorum honoris caussa, civitas data est. DUK. *equitum honoris caussa*, praeter Voss. 1. a Gronovio memoratum, ex meis praeferunt Leid. ambo, Lovel. 1. Florent. Harlej. 1. et Klock. idque probanti Gronovio consentio, quamvis reliqui, et cum illis Hearnii Oxonienses [Veith.] alteram lectionem servent. Ita infra 32, 34, 8. *Romanorum autem honoris caussa Peraeam Rhodiis restituam.* Multa exempla, ubi *honoris mei*, *tui*, *illius caussa* occurrit, ex Cic. conlegit Vavass. de vi et usu quorumd. verb. in v. *In honorum alicujus*, ubi tamen non bene locutioni *in honorem alicujus* controversiam movit, qua usus est Valer. Max. 4, 8, 2. *Fabius in honorem patriae paupertatem inopia mutavit.* et 5, 2, 1. *In quarum honorem senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornavit.* *ad honorem* dixit Livius 2, 27, 6. *Quod facile adparebat, non tam ad honorem ejus factum, quam ad consulum ignominiam.* Id tamen verum est, nondum me locutionis ejus exemplum apud Cic. observasse. *quia* autem, pro quo Gronov. *qui* malebat, constanter servant omnes codd. Ea quidem vocabula saepe inter se confundi solent. v. infra ad 36, 33, 5. hic tamen, invitis scriptis vulgatum mutare, periculosum puto. Quin et verius videtur, hic cum Cl. Dukero, inserta particula, *et quia* legendum esse. Illud autem *quia* hic adjunctum habet subjunctivum, de quo v. ad 2, 8, 5. Patris tamen conjecturam probat Cl. Jac. Gronovius ad Liv. 10, 44, 5. Ceterum per *Campanos* hic non omnem Campaniae populum, sed potius urbis Capuae incolas intelligo, quoniam, quod hic per *Campanos*, mox per *Capuam* exprimit, et *Cumanos Suessulanosque* Campaniae populos a Campanis distinguit. Et hoc nomine cives urbis Capuae Livium semper adpellasse, observat Gronov. infra ad 27, 3, 1.

Fundanisque et Formianis, quod per fines eorum tuta pacataque semper fuisset via] *Formanisque et Fundanis* Lovel. 2. *Fundanisque et Formidianis* Gaertn. Tum *qui per fines eorum* Haverk. *quia per fines eorum* Portug. quomodo mutasse videtur scriba ejus cod. quod modo praecesserit *quia cum Latinis*, cui τὸ *quod* non recte subjungi existimabat. Sed male. Infra 39, 41, 2. *Non solum quia indignabantur novum hominem censorem videre, sed etiam quod tristem censuram exspectabant.*

partim in navalia Romae subductae, partim incensae, roſtrisque earum ſubgeſtum, in foro exſtructum, adornari placuit: Roſtraque id templum adpellatum.

1 XV. C. Sulpicio Longo, P. Aelio Paeto consulibus, quum omnia non opes magis Romanae, quam

§. 11. *Ejusdem juris conditionisque, cujus Capuam*] Campanos agro multatos antea dixit, jussosque equitibus summam quandam solvere; sed de jure conditioneque eorum ne verbo quidem meminit. GLAR. Capuam agro multatam tantum dixit supra [c. 11, 12.] *Latinis Capuaque agro multatis.* SIG. Id huc non pertinet. Nam poena haec inposita eſt priori bello, quod biennio ante geſtum eſt. Reſpicit contra ad id, quod §. praec. dixerat, *Campanis civitas sine suffragio data.* Per *Campanos* enim Capuae urbis cives intelligi, ibi dictum eſt. Et hoc probe intellexerunt librarii codicum Gaertn. qui, pro *Capuam*, dedit *Campani*, atque Haverk. qui ejus loco recepit *Capuani*. Sed utraque illa lectio ex gloſſa nata videtur. Hic ergo locus etiam docet, §. praec. *equitum*, pro *equitibus*, legendum eſſe. Ea enim emendatione non recepta, de jure conditioneque Campanorum Livius, ut Glareanus inquit, ne verbo quidem meminisset. Ceterum *ejus juris conditionisque* Leid. 2. V. ad 10, 10, 6. *ejus de juris conditionisque* Harlej. 1. V. hoc cap. ad §. 3. *ejusdem juris conditionis* Florent. quod Salvinio non displicebat. Verum si vox sequens more antiquo *quoius* scripta fuit, illud *que* facile ab ejus initio elidi potuit.

§. 12. *Naves Antiatium partim in navalia*] *Naves Antiatum* Leid. 2. Lovel. 3. 4. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Male. V. supra ad 5, 15, 11. Tum *navilia* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Mox *in foro extinctum*, pro *in foro exſtructum*, Voſſ. 2. V. ad 10, 24, 13.

Roſtraque id templum adpellatum] Hinc Plinius 16, 4. *Antea roſtra navium tribunali praefixa fori decus erant, velut populo Romano ipsi corona imposita.* Et Cic. in Vatin. [10.] *In roſtris, in illo, inquam, augurato templo ac loco.* Et pro lege Manilia [18.] *In eum ipsum locum ascendere, quem majores exuviis nauticis et claſſium spoliis ornatum reliquiſſent.* SIG. *id templum adornatum appellatum* Voſſ. 1. Leid. 2. Fragm. Hav. a m. 1. et apud Hearnium Oxon. N. ac C. *id templum adornatum adpellatum eſt* Lovel. 1. *id templum appellari* Lovel. 4. Ceterum Roſtrorum, quae hoc tempore demum ſubgeſtui fori praefixa fuerunt, jam eo tempore, quo decemviri abrogati sunt, meminit Diod. Sic. 12. Bibl. p. 301. referens, leges duodecim tabularum adfixas fuiſſe τοῖς πρὸ τοῦ βουλευτηρίου τότε κειμένοις ἐμβόλοις. Nisi ibi per *Roſtra* intelligitur ipse ſubgeſtus, sive tribunal. De Roſtris v. Fam. Nardin. 5. Rom. vet. 3.

§. 1. *C. Sulpicio Longo, P. Aelio Peto consulibus*] *Paeto* ex Capitolinis lapidibus et nummis argenteis. SIG. Prioris consulis praenomen deficit in Florent. Lovel. 2. et Oxon. L. 1. apud Hearni-

beneficiis parta gratia bona pace obtineret, inter
Sidicinos Auruncosque bellum ortum. Aurunci, a 2
T. Manlio consule in deditionem accepti, nihil deinde moverant: eo petendi auxilii ab Romanis caussa
sa juſtior fuit. Sed prius, quam consules ab urbe 3
(juſſerat enim senatus defendi Auruncos) exercitum

um; qui in cod. C. reperit *Gueo.* V. infra ad c. 37, 1. Dein *Supplicio* Leid. 1. V. ad 3, 10, 6. Tum *Lango* Harlej. 2. Sed cognomen omittitur in Harlej. 1. Praeterea copula *et* additur inter utriusque consulis nomina in Portug. et Haverk. Sed v. ad 2, 17, 1. Hinc poſterioris etiam consulis praenomen exsulat a Voſſ. 2. et Lovel. 3. *Plio*, pro *P. Aelio*, habet Klock. Denique, *Paetus* per diphthongum scribendum eſſe, conſtat etiam ex scriptoribus Graecis, quibus *Παῖτος* vocatur.

Quum omnia non opes magis Romanae, quam beneficiis parta gratia bona pace obtineret] Pall. duo, pr. et tert. *obtinerent.* Sec. vero *cum omnia non ope magis Romani, quam beneficiis parta gratia, bona pace obtinerent.* GEBH. *obtinerent* etiam Voſſ. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. Sed *cum omnia non re magis Romani, quam beneficiis parta gratia bona pace obtinerent* praeferunt insuper Lovel. 2. Portug. et Haverk. [Veith.] *obtinuerunt* Gaertn. Sed melioris notae codd. vulgatum recte servant. Mox *Arruncosque*, vel *Aruncosque*, quemadmodum etiam §. seqq. Voſſ. ambo, Lovel. 1. 3. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. C. V. supra ad 7, 28, 1.

§. 2. *A T. Manlio consule in deditionem accepti*] Praepositionem *a* ignorant Voſſ. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. duo, Port. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 6, 11, 4.

Nihil deinde moverant] *inde* Florent. a m. 1. V. ad 36, 24, 10. *dein* Gaertn. V. ad 3, 3, 6. Tum *moverunt* Lovel. 4. Portug. Gaertn. et Haverk. Mox *cauſſa juſtior fuit Aruncis*, addita ultima voce, Portug. et Haverk.

§. 3. *Sed prius, quam consules ab urbe (juſſerat enim senatus defendi Auruncos) exercitum educerent*] Vetus lectio, *Sed priusquam consules ab urbe (juſſerat enim senatus) defendendi Auruncos exercitum educerent.* GELEN. Interpolata ab sciolis lectio: quare legendum, ut habent Pall. duo meliores pr. ac tert. monuitque Gelenius: *Sed priusquam consules ab urbe (juſſerat enim senatus) defendendi Auruncos exercitum educerent.* Noto doctis Graecismo. l. 9, 11. *Vix pueris dignas ambages senes ac consulares fallendae fidei exquirere.* GEBH. *defendendi* etiam Florent. a m. 1. Voſſ. 1. Leid. duo, Lovel. 3. Gaertn. Klock. et Fragm. Hav. a m. 1. Alibi saepe ellipsin vocis *cauſſa* obcurrere, infra dicam ad 31, 12, 4. Hic tamen vulgatum praefero, et puto per errorem librariorum literas *end* in media voce geminatas eſſe, quemadmodum dederunt *amicicior*, pro *amicior.* V. ad 2, 15, 6. *redidit*, pro *redit.* V. ad 2, 47, 11. *prendidi*, pro *prendi.* V. ad 3, 11, 2. et similia paſſim. Deinde *ab urbe exercitum adducerent* Harlej. 2. Hearnii Oxon. C. et edd.

4 educerent, fama adfertur; Auruncos metu oppidum deseruisse, profugosque cum conjugibus ac liberis Suessam communisse, quae nunc Aurunca adpellata; moenia antiqua eorum urbemque ab Sidicinis
5 deletam. Ob ea infensus consulibus senatus, quorum cunctatione proditi socii essent, dictatorem dici jussit. dictus C. Claudius Regillensis, magistrum

vett. nempe *ad oppidum Auruncorum.* quod eodem modo dictum esse videri posset, quo *advocare ab armis*, *avolare Romam*, et similia, de quibus supra v. ad 1, 57, 8. Id quum displiceret illi, qui Livium Mediol. anno 1505. edidit, *ab urbe exercitum abducerent* substituit, Aldus vero *educerent*; quod in reliquis scriptis superest. Et recte. Supra 3, 21, 2. *Neque consules ab urbe exercitum educerent.* ubi similiter turbarunt librarii. V. quae ibi notavi, et ad 10, 37, 6.

Fama adfertur, Auruncos oppidum deseruisse] Vetus lectio, *fama affertur, Auruncos metu oppidum deseruisse.* GELEN. Vocem *metu*, quam ab antt. edd. et uno Harlej. 2. exsulantem Gelenius restituit, agnoscunt reliqui omnes scripti: transponitur tamen in Portug. et Haverk. qui *oppidum metu deseruisse* praeferunt. Iidem duo etiam obferunt *fama fertur.* Sed sequor alios in vulgatum conspirantes. Supra 4, 56, 4. *Volscos deinde et Aequos, fama adfertur, summa vi ad bellum coortos.* ubi plura notantur.

§. 4. *Profugosque cum conjugibus ac liberis Suessam communisse*] Vet. lib. *commeasse*, Recte. Nam inquit, Auruncos oppidum antiquum suum deseruisse, ac profugisse. Nomen autem ejus oppidi *Aurunca* fortasse fuit, quo deinde nomine Suessa ipsa etiam affecta est. Sic Ausonum fuit oppidum *Ausona.* SIG. Verum esse autumat Sigonius *commeasse*; quod et ego reperi in Pal. sec. codice, sui semper simili, et vetere recensione Campani. Sed rationem, qua motus illud antefert vulgatae, a libris melioribus ac principe editionum firmatae, non validam invenio. GEBH. *commeasse* etiam Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. quod recte Gebhardo displicuit: festinationi enim patriam metu deserentium, et cum conjugibus ac liberis profugorum vix convenit. *commigrasse* praefert Lovel. 2. [Veith.] *communivisse* Leid. 2. et Lovel. 1. Ceteri codices vulgatum *communisse* servant. Amat autem Livius has contractiones. V. ad 6, 18, 10. De verbo *communire* v. supra ad 3, 42, 3. Insuper *profugosque* deficit in Leid. 2. sola tantum particula *que* in Lovel. 4. Mox *appellatur*, pro *appellata*, idem Lovel. 4. Auruncae urbis ab Ausone conditae meminit Fest. v. *Ausoniam. Dicta est Ausonia ab eodem duce, a quo etiam conditam fuisse Auruncam urbem ferunt.*

Moenia antiqua eorum urbemque ab Sidicinis deletam] *moenia antiqua eorumque urbem* Lovel. 2. *moeniaque antiqua eorum, urbemque* Lovel. 4. *moenia antiqua eorum, urbe a Sidicinis deleta* Gaertn. *a Sidicinis* etiam Portug. et Haverk.

equitum C. Claudium Hortatorem dixit. Religio in- 6
de injecta de dictatore: et, quum augures vitio
creatum videri dixiſſent, dictator magiſterque equi-
tum se magiſtratu abdicarunt. Eo anno Minucia 7
Veſtalis, suspecta primo propter mundiorem juſto
cultum, insimulata deinde apud pontifices ab indi-
ce servo; quum decreto eorum juſſa eſſet sacris 8

Tum *delatam* Voſſ. 2. et Lovel. 3. V. ad 9, 25, 9. Ceterum locus hic vulgo poſt Gruterum ita in multis edd. interpungitur: *Sueſſam communiſſe* (*quae nunc Aurunca adpellata*) *moenia antiqua eorum, urbemque* etc. Hinc sequi videtur, *Sueſſam moenia antiqua eorum* per adpositionem dici, et indicari, Auruncorum majores Sueſſae habitaſſe, eodemque nunc poſteros eorum reverti. At puto, Livium hic narrare, Auruncos Sueſſam operibus firmaſſe, Sidicinos vero urbem eorum, unde profugerant, evertiſſe. Diſtinctionem itaque mutavi, eamque recepi, quae ante Gruterum in plerisque edd. exſtabat, et a Cl. Hearnio revocata eſt.

§. 5. *Dictus eſt Claudius Regillensis*] Vetus lectio *dictus C. Claudius*. GELEN. Lectionem, quam Gelenius damnat, unus tuetur Harlej. 2. alii omnes Gelenio consentiunt; nisi quod unus item Klock. recepta utraque lectione, oſtentet *dictus eſt C. Claudius*. Praeterea *dictus* deficit in Lovel. 4. At *C. Claudius Inregillensis* Florent. Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej. 1. quo quid indicare voluerint librarii, non adsequor; nisi forte illud *In* factum sit ex *M.* atque adscripto *M.* innuerint, se non tantum *Regillensis*, sed et *Megillensis* in codd. suis inveniſſe. Certe *Mugilensis* eſt in Port. et Haverk. Sed, *Regillensis* Claudiorum circa hoc tempus cognomen eſſe, indicat Fragm. Faſt. Capit. anno CDIV. :-:-:.- *AVDIVS. P. F.* :-:-:-:- :-:-:-:- *REGIL.* :-:-:- quod Pighius supplet AP. CL*AVDIVS. P. F.* AP. N. CRASSVS. SABIN. *REGIL*LENS.

C. Claudium Hortatorem] *Hortarem* Portug. *Horatorem* Voſſ. 1. a m. 2. *Oratorem* Voſſ. 2. Leid. duo, et Lovel. 1. 2. 3.

§. 6. *Religio inde injecta de dictatore*] *deinde injecta* Fragm. Hav. V. ad 36, 24, 10. *inde jecta* Florent. Scriptum antea fuerat *iñ injecta*. Poſteà compendium illud *iñ* primam syllabam vocis sequentis intercepit. V. ad 37, 31, 4.

Se magiſtratu abdicarent] *magiſtratũ* Leid. 1. Ea vox exsulat a Lovel. 4. Tum *abdicaverunt* Haverk.

§. 7. *Insimulata deinde apud pontifices ab indice servo, quum decreto eorum juſſa eſſet*] *insimulata demum* Leid. 2. et Lovel. 1. Saepe hae voces in Mſtis commutantur. V. infra ad 40, 22, 1. Tum *ab iudice servo* Haverk. V. ad 5, 26, 6. *ab indice servorum decreto* Voſſ. 2. et Lovel. 3. Deinde *cum secreto eorum* Lovel. 2. *cum decreta eorum* Harlej. 2. et Gaertn. Insuper *visa eſſet* Lovel. 2. quomodo frequenter variant libri scripti. V. ad 9, 24, 4. Paullo ante *juſto* deerat in Lovel. 2. a m. 2. Male.

abstinere, familiamque in potestate habere; facto judicio, viva sub terram ad portam Collinam dextra

cultum mundiorem justo est mundiorem, quam aequum erat, quam Vestalem decebat. Liv. 22, 69, 2. *Nisi nobis plus justo nostra placet caussa.* Curtius 10, 5. *Gloriae laudisque justo major cupido.* Plinius 17, 12. *Illam inscientiam pudendam esse conveniet, adultas interlucare justo plus.* c. 22. *Peritiores adfirmant, si justo saepius fodiatur, in tantum tenerescere acinos, ut rumpantur.* Ovid. Epist. 21. Her. 30.

Sed melior justo, quamque mereris, ego.

ubi v. Cel. Burm. Et ita *justum*, pro aequo, recto poni, idem docuit ad Valer. Flacc. 5, 499.

§. 8. *Familiamque in potestate habere*] Hoc est, ne manumitteret. V. Brisson. ad l. Juliam de Adult. c. 26. KLOCK. Id est, prohibita manumittere servos, ut essent, ex quibus quaestiones haberi possent. Sic p. 749. 750. [l. 39, 14.] Sigon. 2. de Judic. [14.] H. VALES. Adde Abramum ad Cicer. pro Milone 12. DUK.

Viva sub terram ad portam Collinam dextra via stratam defossa] Cur *sub terram stratam* dicat, exponit Plutarch. in Numa [p. 67.] Ἐνταῦθα κατασκευάζεται κατάγειος οἶκος οὐ μέγας. κεῖται δὲ ἐν αὐτῷ κλίνη τε ὑπεστρωμένη. id est, *Eo in loco*, ad portam Collinam, *praeparatur sub terram domus haud admodum magna, in ea vero lectus est stratus.* SIG. Lacte et pane apposito, ne fame necata videretur. V. G. Canter. 5. Novar. lect. 6. KLOCK. Sigonius *stratam* accommodat lecto strato. ego viae stratae. GRUT. Pall. primo duo *viva subterratur.* Deinde Pall. tres *statim*, pro *stratam*. Vetustissimae autem edd. *strata*. et ita reposui. Festus. *Sceleratus campus appellatur proxime portam Collinam, in quo Virgines Vestales, quae incestum fecerunt, defossae sunt.* GEBH. *dextra via strata* priscae editiones. Sigonius *stratam*: et, cur *terram stratam* dicat Livius, aït docere Plutarchum; apud quem est, in hypogeo, quo defodiebantur virgines Vestales, lectum stratum fuisse. Ego *triclinium stratum* facile admitto, in quo lecti sunt strati: *terram stratam*, sub qua lectus stratus sit, accipere non possum. Nisi et *stratum mare*, in quo lecti sternuntur. Thuan. *dextra viam strata*. Pall. *dextra via statim*. Voss. *dextra viam stratam*. Helm. *extra viam stratam*. quod aliquem commovere possit. Sed *dextra via strata*, est ad sinistram munitae viae: in campo, ubi a dextra est via strata. Sic 2, 49, 8. *Infelici via dextro Jano portae Carmentalis.* J. FR. GRON. *vivas sub terram* Florent. a m. 1. *viva sub terra* a m. 2. *viva subterratur* Lovel. 3. *viva super terram* Lovel. 4. Dein *dextra via statim defossa* Lovel. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. C. *dextra viam stratam defossa* Florent. a m. 1. Voss. 1. a m. 1. Leid. 1. Harlej. 1. Fragm. Hav. a m. 1. et Klock. quomodo etiam Froben. anno 1535. paucique eum secuti ediderunt. *dextra viae strata defossa* Florent. a m. 2. *dextra via stratam defossa* Voss. 1. a m. 2. Voss. 2. Leid. 2. et Lovel. 1. Similiter ediderunt Vascos. Curio, pluresque alii. *dextra via strata defossa* Lovel. 4. Harlej. 2. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. atque N. cum edd. principibus. Jac. Gronovius in Diss. Epist. ad Livii loca quaed. Geogr. Epist. 2. legen-

via strata defossa Scelerato campo. credo, ab incesto id ei loco nomen factum. Eodem anno Q. Pu- 9

dum conjicit *dextra via Salaria defossa.* Rationes conjecturae peti possunt ex ipsa epistola. Verum haud male Raph. Fabrett. in Apolog. p. 45, et seq. docuit, id viri Celeberr. emendationem evertere, quod testibus Dion. Hal. l. 2. p. 127. Plut. in Numa p. 67. et Serv. ad Virgil. 11. Aen. 216. campus sceleratus, in quo Vestales vivae defodiebantur, fuerit intra urbem; via autem Salaria, teste Festo in v. *Salariam*, demum inceperit ad portam Collinam, adeoque extra urbem fuerit. Ipse vero censet, vel cum J. Fr. Gronovio legendum esse *dextra via strata defossa*, vel cum aliis *dextra viam stratam defossa*, quod exponit ad dextram viae stratae, et inlustrat hoc Sallustii loco ex Jug. 11. *Dextera Adherbalem adsedit.* Id tamen exemplum minus convenit. Casus quartus enim *Adherbalem* referendus est ad verbum *adsedit*. V. Cortium ad eum locum. Dispiciendum est, an *dextra viam stratam*, pro qua lectione stant optimi codd. dictum sit ea forma, qua *ignarus cetera*, *planus omnia*, similiaque alia dicuntur, de quibus v. Cortium ad Sall. Jug. 19, 7. et Gronov. ad Senec. Consol. ad Marc. 25. Sin, Gronovii *dextra via strata* non displicebit.

Credo ab incesto id ei loco nomen factum] Vet. lib. *ab incestu*. Festus. *Sceleratus campus appellatur proxime portam Collinam, in quo Virgines Vestales, quae incestum fecerunt, defossae sunt.* SIG. Prima vox a prima ed. abest. Sigonius, dubitans rectum esse *incesto*, e libro suo praefert *incestu*, quod in Pal. sec. solo reperi. Probius vero alterum. GEBH. Prima vox non tantum abest a prima, sed etiam a reliquis, quas vidi, editionibus, Aldina antiquioribus, ut et a cod. Harlej. 2. Sed rectius eam Aldus restituit, aliique codices servarunt. Supra 4, 17, 7. *L. Sergius Fidenas; a bello credo, quod deinde gessit, adpellatum.* ubi plura vide. Deinde *ab incestu* Klock. et Portug. Utrumque *incestus* et *incestum* in usu est. et quidem posterius hoc passim apud Cic. Tacit. Sueton. aliosque obcurrit. Quin et, quod proxime huc accedit, *incestum* de stupro Vestalium est apud Auct. Epit. Liv. 14. 63. *Aemilia, Licinia, Marcia, virgines Vestales, incesti damnatae sunt.* Suet. in Domit. 8. *Incesta Vestalium virginum varie ac severe coërcuit.* Plin. 4. Ep. 11. de Valerio Liciniano, qui Corneliam Vestalium maximam stuprasse dicebatur: *Dignum tamen illum, qui haec ipsa studia incesti scelere maculaverit.* Et paullo post de ipsa Cornelia: *Absentem inauditamque damnavit incesti.* Patet igitur, quam temerarium foret, si duorum triumve codicum fidem, tot aliorum auctoritate spreta, sequeremur. Tum *id eo loco nomen factum* Leid. 2. *id loco nomen factum* Gaertn.

§. 9. *Eodem anno Q. Publius Philo praetor primum de plebe*] Paullo ante [ad c. 12, 14.] admonuimus, hunc non *Publium* nominari, sed *Publilium*. *Publius* enim praenomen est: nemo autem duo praenomina habuit. Id ut ante saepe habitum, ita saepius postea. Scire tamen velim, ut cum miseris Auruncis actum, pro quorum auxilio tam severe dictator creatus, tam leviter deponitur: deinde cum iis quid actum, οὐ δὲ γρῦ narrat nobis Livius. GLAR. *primus* solet dicere Livius.

blilius Philo praetor primum de plebe, adversante Sulpicio consule, qui negabat, rationem ejus se habiturum; est factus; senatu, quum in summis imperiis id non obtinuisset, minus in praetura tendente.

1 XVI. Insequens annus, L. Papirio Crasso, K. Duilio consulibus, Ausonum magis novo, quam magno bello

V. 6, 42, 9. 7, 17, 6. c. 22, 7. 10, 8, 8. *L. Sextius primus de plebe consul est factus, C. Licinius Stolo primus magister equitum, C. Marcius Rutilus primus et dictator et censor, Q. Publilius Philo primus praetor.* DUK. *Eodemque anno* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *Q. P. Philo* Lovel. 2. Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac C. *Q. Publius Philo* ejusdem cod. L. 2. Florent. et Klock. *Q. Pupblius Philo* Lovel. 1. *P. Philo* Lovel. 4. et Gaertn. *Publius Philo* Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. *Pub. Philo* Portug. V. ad c. 12, 4. Praeterea *praetor Romanum primum de plebe* Leid. 2. Vox *praetor* deficit in Haverk. sequens *primum* in Lovel. 2.

Qui negabat, rationem ejus se habiturum] Id est, nomen ejus candidati non recepturum: consules enim praetoria comitia habebant. SIG. V. ad 39, 39, 3.

Senatu, quum in summis imperiis id non obtinuisset, minus in praetura intendente] Vet. lib. *tendente*, ut saepe usurpat Livius. SIG. Pall. duo, pr. et tert. *senatu, C. in summis imperiis se non obtinuisset, minus in praetura tenente.* sec. autem, *minus in praetura tendente.* Quid, si esset a libris veteribus illa lectio, cujus lectorem compotem facio ex editione Campani? *Senatus, cum in summis imperiis id non obtinuisset, minus in praetura intendere.* GEBH. *sane*, pro *senatu*, Lovel. 2. *senatuq; cum in summis imperiis* Harlej. 2. *senatuque cum in summis imperiis* edd. pr. usque ad Aldum, qui voculam *que* in erratis omittendam monuit. *senatu cum in summis imperii* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. quod eo modo dictum videri posset, quo *ultima orientis, infima clivi*, et similia; de quibus v. ad 37, 58, 8. Reliquorum tamen codd. vulgatum servantium auctoritas praevalet. Deinde *se non obunuisset* Harlej. 1. *se non obtinuisset* Lov. 2. *se non obtulisset* Voss. 2. Tandem *minus in praetura intendente* Florent. Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Harlej. 2. Port. et Fragm. Hav. *minus in praeturam tendente* Gaertn. *minus praeturam tendente* Klock. *minus in praetura tenente* Voss. 2. et Lov. 3. *minus in praetura tendente* Leid. 1. Lovel. 2. Harlej. 1. et Haverk. Et ita fuisse videtur in Oxoniensibus Hearnii, qui, eam lectionem exprimens, et *intendente* ex sola ed. Rom. principe memorans, nihil tamen discrepantis scripturae ex codd. illis protulit. De verbo *tendere* hoc sensu v. infra ad 32, 32, 7. Ceterum *senatus, cum in summis imperii id non obtinuisset, minus in praetura intendere*, ut fere ex ed. Camp. Gebhardus laudat, praefert Lovel. 4. Nec tamen eam lectionem probo.

§. 1. *L. Papirio Crasso, Caesone Duellio consulibus*] *K. Duilio*, ut supra. Nota hujus praenominis mendum peperit in epist. Cic. ad Paetum [9. ad fam. Ep. 21.] cum ait. *L. Papirius Crassus quadrin-*

fuit insignis. ea gens Cales urbem incolebat. Sidicinis 2
finitimis arma conjunxerat: unoque proelio haud sane memorabili duorum populorum exercitus fusus, propinquitate urbium et ad fugam pronior, et in fuga ipsa tutior fuit. nec tamen omissa ejus belli cura 3
Patribus, quia toties jam Sidicini aut ipsi moverant

nio post, quam dictator fuit, consul factus est cum C. Duilio. cum sit legendum *K. Duilio.* SIGON. Prioris consulis cognomen deficit in Lovel. 4. Deinde *Divisio*, pro *Duilio*, Leid. 2. et Lovel. 1. De orthographia nominis *Duilius* v. supra ad 2, 58, 2. Ultima autem vox non adparet in Lovel. 3.

Ausonum magis novo, quam magno, bello] *Ausonium* Lovel. 4. *an socium* Leid. 2. *Auxonum* Hearnii Oxon. N. ut et mox §. 10. sed in margine *Ausonum*. Similiter infra l. 9, 25. aliquoties peccabatur in Voss. 2. Passim literae *s* et *x* permutantur. V. infra ad 26, 19, 4.

Ea gens Cales urbem incolebat] *Colles urbem* Harlej. 1. *Calles urbem* Harlej. 2. V. infra ad 29, 15, 5. Tum *urbem colebat* Voss. 1. Flor. 4, 12. [?] *Ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine et titulo consecraretur.* Gell. 9, 4. *Sauromatas, qui ultra Borysthenem fluvium longe colunt.* Virgil. Ecl. 2, 61. *Pallas, quas condidit arces, Ipsa colat.* (* ubi v. Burmann.) Ovid. Ep. 4. Her. 107.

Hic tecum Troezena colam, Pittheïa regna.

2. Am. El. 13, 7.

Isi, Paraetonium genialiaque arva Canopi
Quae colis, et Memphin, palmiferamque Pharon.

15. Met. 642.

Quam colat, explorant, juvenis Phoebeius urbem.

Attamen vulgatum, quod aliorum omnium codd. consensu defenditur, servo. Prima enim syllaba τοῦ *incolebat* intercepta est a litera finali vocis praecedentis. V. supra ad 5, 27, 6. *urbem incolebât*, sive *incolebant*, Portug. V. ad verba seq.

§. 2. *Sidicinis finitimis arma conjunxerat*] *arma conjunxerant* Leid. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Voce *gens* alibi saepe scriptores et cum illis praesertim Livius, conlective usi sunt, eique verbum plurale addiderunt. V. ad Liv. 1, 3, 2. Quum tamen optimi codd. huic lectioni adversentur, non tantum hoc loco, sed et in verbis praec. vulgatum servandum puto.

Unoque proelio haud sane memorabili] *uno proelio* Leid. 2. et Lovel. 1. *uno quoque proelio* Haverk. V. ad 5, 27, 1. Tum *aut sane memorabili* Leid. 1. *ut sane memorabili* Voss. 2. et Lovel. 3. *et sane memorabili* Lovel. 2.

Propinquitate urbium et ad fugam pronior, et in fuga ipsa tutior fuit] Vox *urbium* deficit in Portug. Prius *et* in edd. vett. Eam vocem restituit Froben. anno 1535. et servant omnes codd. V. ad 2, 44, 3. contra posterius *et* non adparet in Leid. 2. ut nec *ipsa* in Lovel. 2. nec *fuit* in Portug.

§. 3. *Nec tamen omissa ejus belli cura Patribus*] *comissa* Voss. 2.

bellum, aut moventibus auxilium tulerant, aut
4 caussa armorum fuerant. Itaque omni ope adnisi
sunt, ut maximum ea tempestate imperatorem M.
5 Valerium Corvum consulem quartum facerent. collega additus Corvo M. Atilius Regulus. et, ne forte casu erraretur, petitum ab consulibus, ut extra sor-
6 tem Corvi ea provincia esset. Exercitu victore a superioribus consulibus accepto, ad Cales, unde

contra mentem Livii. Tum *cura ejus belli* Portug. et Haverk. Mox *et ipsi moverant*, pro *aut ipsi*, Leid. 2.

§. 4. *Itaque omni ope adnixi sunt*] Pall. duo meliores *omni opere annisi sunt*. Et, si dicitur *summo opere*, *magno opere*, cur non eadem analogia feratur *omni opere*? *annisi*, non vero *annixi*, amare Livium, dixi in superioribus. GEBH. *omni opere* etiam Voss. 2. Male. Supra 3, 50, 1. *Nunciant decemviris, ut omni ope ab seditione milites contineant*. 9, 26, 15. *Ipsas expugnare quaestiones omni ope adnisi sunt*. quibus etiam locis similiter in quibusdam, sed paucis, codd. peccatur. 23, 12, 3. *Eo magis omni ope juvandum Hannibalem esse*. 44, 22, 4. *Illud adfirmare pro certo habeo audeoque, me omni ope adnisurum esse*. *omni ope* autem est omnibus viribus. V. ad 2, 21, 5. Similiter *summa ope*, quod inlustramus infra ad 45, 13, 3. Hac ratione autem saepe peccarunt librarii, *ope*, vel *op'e*, pro *ope*, scriptum esse credentes. V. ad 32, 21, 30. Eodem modo confuderunt *opibus* et *operibus*. V. ad Liv. 1, 2, 5. c. 49, 8. 4, 27, 7. 5, 5, 2. c. 10, 11. c. 22, 8. c. 24, 2. 6, 15, 9. c. 32, 3. 10, 45, 13. 39, 51, 2. Epit. Liv. 52. viros doctos ad Cic. 2. ad fam. Ep. 10. ad Valer. Max. 2, 10, 8. Cort. ad Sall. Jug. 10, 1. ad Plin. 4. Ep. 16, 13. *ope* et *opera*. V. ad 28, 9, 6. Ejusdem generis plures alios errores v. ad 25, 7, 4. Deinde *annissi* Voss. 2. *annisi* Leid. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. *adnisi* Florent. Harlej. 1. et Klock. V. ad 2, 39, 11.

Maximum ea tempestate imperatorem M. Valerium Corvum] *ea tunc tempestate* Voss. 2. Sed illud *tunc* τῶν *ea tempestate* glossema esse videtur. *maximum ea tempestate imperatorum* edd. Med. anni 1495. et 1505. ac Ven. anni 1498. Sed vulgatum constanter est in scriptis. Deinde *T. Valerium* edidit Jac. Gronov. sine dubio errore operarum; quem tamen fideliter etiam expressit editio, quae Clerici cura Amstelaedami prodiit. Praeterea *Corvinum* Lovel. 4. et Harlej. 2. quorum posterior etiam mox *Corvino* et *Corvini* exhibet. V. ad 7, 26, 12. Mox *consulem quarto* Portug. et Haverk. V. ad 5, 16, 1.

§. 5. *Collega additus Corvo M. Atilius Regulus*] *additur* Lovel. 2. Tum *M. Attilius* Leid. 2. Lovel. 1. 2. 4. Portug. et Haverk. Sed v. quae supra notantur ad 5, 13, 3.

Et ne forte casu erraretur] Pal. sec. *et ne forte casuve crearetur*. Quod si invenisset in suo Sigonius, nihil certius, quam nos Tragico-comoediam inspectaturos fuisse. Legitimam judico lectio-

bellum ortum erat, profectus, quum hostes, ab superioris etiam certaminis memoria pavidos, clamore atque inpetu primo fudisset; moenia ipsa obpugnare est adgressus. et militum quidem is erat 7
ardor, ut jam inde cum scalis succedere ad muros vellent, evasurosque contenderent. Corvus, quia 8
id arduum factu erat, labore militum potius, quam periculo, peragere inceptum voluit. itaque aggerem

nem vulgatam. GEBH. *ne forte casune* Haverk. *ne arte casu* Florent. a m. 1. in quo, adscripta *s* litera, factum deinde *ne sorte casu*. V. ad 1, 4, 4. Deinde *terraretur* Portug. a m. 1. *terreretur* a m. 2. *crearetur* Leid. 2. et Lovel. 4.

Petitum ab consulibus] *a consulibus* Voss. 2. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Gaertn. et multae ex edd. vett. *ab consule* edidit Sigonius, nimirum M. Atilio Regulo, Corvi collega. Codicum tamen nullus hanc scripturam praefert, sed vel expresse *consulibus*, vel per epitomen *coss* exhibent.

§. 6. *Exercitu victore a superioribus consulibus accepto, ad Cales*] *Exercitu victoriae* Haverk. Tum *a consulibus superioribus* Gaertn. Deinde *ad Calles* Lovel. 2. V. supra hoc cap. §. 1. *ad Tales* Voss. 2. et Lovel. 3. V. etiam mox ad §. 10. et 13.

Ab superioris etiam certaminis memoria pavidos clamore atque inpetu primo] *a superioris etiam certaminis memoria* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Gaertn. et Portug. *etiam a superioris certaminis memoria* Haverk. *etiam ab superioris certaminis memoria* Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *pavido clamore* Harlej. 1. Male. *ab certaminis memoria pavidos*, id est, propter memoriam. V. ad 24, 30, 1. Neque *pavido clamori* in his locus esse potest. Contra *clamor et inpetus primus* in his memorari solent. V. ad 6, 4, 9. *clamore et inpetu* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 7. *Militum quidem is erat ardor, ut jam inde*] Vox *quidem* deficit in Portug. pronomen *is* in Lovel. 3. particula *jam* in Lovel. 1.

§. 8. *Quia id arduum factu erat*] *arduum factum* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Male. Suprà 7, 34, 3. *Collem aditu arduum inpedito agmini, expeditis haud difficilem*. Ita Valer. Max. 3, 4. in princ. *In meliorem statum acta mutatio splendidam relatu praebet materiam*. ubi non opus est, ut *splendidam relatui* cum Cl. Perizonio legendum conjiciamus.

Itaque aggerem et vineas egit] *itaque et aggerem et vineas* Harlej. 2. et edd. antt. usque ad Froben. qui anno 1535. prius *et* omisit. *itaque aggeres et vineas* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. Fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. L. 1. 2. ac C. Ita 32, 23, 6. *Undique aggeres haud facili aditu ad moenia admovebantur*. apud Caes. 8. B. Gall. 41. *Vineas agere adversus montem, et aggeres struere coepit*. Plerumque tamen *agger* et *vineae*, alterum singulari, alterum plurali numero, junguntur. Supra 5, 7, 2. *Ingens multitudo facibus*

et vineas egit, turresque muro admovit: quarum
9 usum forte oblata opportunitas praevertit. namque M. Fabius, captivus Romanus, quum, per neglegentiam cuſtodum feſto die vinculis ruptis, per murum inter opera Romanorum, religata ad pinnam muri
10 reſte suspensus, manibus se demisiſſet; perpulit imperatorem, ut vino epulisque sopitos hoſtes adgrederetur. nec majore certamine capti cum urbe Au-

maxime armata ignes conjecit; horaeque momento simul aggerem ac vineas incendium hausit. 37, 26, 8. *Vineas et aggerem muro injunxit.* (*39, 4, 8.) Caes. 2. B. Gall. 12. *Celeriter vineis ad oppidum actis, aggere jacto, turribusque conſtitutis.* c. 30. *Ubi vineis actis, aggere exſtructo, turrim conſtitui procul viderunt.* 7, 17. *Aggerem adparare, vineas agere, turres duas conſtituere coepit.* 8, 42. *Ea vineis et aggere suppressa, comprehendebant id ipsum, quod morabatur.* 2. B. civ. 1. *Aggerem, vineas turresque ad oppidum agere inſtituit.* Hirt. B. Hisp. 7. *Aggerem vineasque agere inſtituit.* Nihil itaque mutandum. Deinde *coegit* Voſſ. 2.

Quarum usum forte oblata obportunitas praevertit] *quorum* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ut ad aggerem vineas et turres simul referatur. Sed plures et integriores codd. alteram lectionem tuentur. Tum *ablata opportunitas* Fragm. Hav. Hic error et alibi a librariis committitur. V. ad 2, 37, 9. et 6, 20, 16. Praeterea *avertit* Lovel. 4. a m. 1. *pervertit* Haverk. Similis varietas supra notata eſt 3, 40, 14. *praevenit* Voſſ. 1. in marg. Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. Gaertn. Fragm. Hav. et ed. Mediol. anni 1505. quod Ascens. anni 1513. et 1516. aliaeque in margine oſtentant. *praevenerit* edd. Mediol. anni 1480. 1495. et Ven. anni 1498. Verum hic etiam vulgatum placet. *Praevertere* enim, pro quo stant alii omnes codd. hoc sensu Livio frequens eſt. V. ad 9, 17, 9. Solent autem librarii voces *praevertere* et *praevenire* in scriptis commutare. V. ad 24, 5, 6.

§. 9. *Namque M. Fabius, captivus Romanus, cum per negligentiam cuſtodum*] Prima vox deficit in Leid. 2. quarta in Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Tum *per neglegentium* Leid. 1. *per neglegentiam* Florent. V. ad 2, 11, 4.

Religata ad pinnam muri reſte suspensus, manibus se demisisset] *a religata ad pinnam muri reſte* edd. Mediol. annorum 1480. 1495. 1505. Tarvis. utraque, et inde reliquae usque ad Aldum, qui, consentientibus scriptis, praepositionem omisit. Ita *suspendere pisces hamo* Ovid. 15. Met. 101. et *alveus suspensus clavo* 8, 652. *relegata ad pinnam muri reſte* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *religata ad pinnam muri recte* Leid. 1. *religata ad pinnam muri reſti* Lovel. 4. Sed *reſte*, quam *reſti*, tutius dici, docet Voſſ. 4. Gramm. 12. Tum *suspensis manibus* Leid. 1. et Gaertner. Quid librariis fraudi fuerit, supra dictum eſt ad 4, 44, 5. Deinde *se dimisisset* Florent. Voſſ. duo, Leid. duo, Lovel. 3. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et ed. Parm.

sones sunt, quam acie fusi erant. Praeda capta in-
gens est. praesidioque inposito Calibus reductae
Romam legiones. Consul ex senatusconsulto trium- 11
phavit: et, ne Atilius expers gloriae esset, jussi am-
bo consules adversus Sidicinos ducere exercitum.
Dictatorem ante ex senatusconsulto comitiorum ha- 12
bendorum caussa dixerunt L. Aemilium Mamercinum. is
magistrum equitum Q. Publilium Philonem dixit. Dicta-

saepius obvio scribarum errore. V. ad 34, 50, 2.

§. 10. *Vino epulisque sopitos hostes adgrederetur*] *epulisque*, quod omissum erat in Florent. a manu altera adscriptum est. et recte. Supra 5, 44, 5. *Cibo vinoque raptim hausto repleti*. ubi alia vide. *epulisque sopitis* Klock. [*vino ciboque sopitos* Veith.] Tum *adcrederetur* Florent. a m. 1. Saepissime *c* et *g* in Mstis confundi, supra vidimus ad 6, 25, 6. Mox *majori certamine* Voss. 2. et Lovel. 3.

Praeda capta ingens est. praesidioque inposito Calibus] *Praeda ingens acta est* Lovel. 4. Supra 2, 64, 3. *Ingentes tamen praedas hominum pecorumque egere*. Sed uni testi credere periculosum est. Deinde *inposito Talibus* Lovel. 3. V. ad §. 6.

§. 11. *Consul ex senatusconsulto triumphavit*] *Consul ex se triumphavit* Voss. 1. et Lov. 1. Sed librarii literas *S. C.* quibus *senatusconsultum* notari solet, non adsecuti sunt. V. ad 27, 25, 3. Eadem voce omissa *Consul ex triumphavit* dederunt scribae Florent. et Leid. 1. *Consul triumphavit* est in Lovel. 4. *Consul ex Causonibus triumphavit* in Lovel. 3. *consul ex Ausonibus triumphavit* in Voss. 2. et Fragm. Hav. At librarius Gaertn. quum utramque lectionem, alteram in contextu, alteram in margine codicis sui repperisset, eam hoc modo expressit *Consul ex senatusconsulto de Ausonibus triumphavit*.

Ne Atilius expers gloriae esset, jussi ambo consules] *Actilius* Fragm. Hav. *Attilius* Lovel. 2. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et primae edd. V. ad §. 5. Tum *expars* Lovel. 3. V. Dausquej. in Orthogr. parte 2. in v. *Expers*. Vox *consules* autem deficit in Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 12. *Dictatorem ante ex senatusconsulto*] *Dictatorem aut* Lovel. 2. et Gaertn. id est *autem*. Solent vero voces illae saepius in Mstis commutari. V. ad 27, 35, 7. Praeterea *dixē*, id *dixere*, Lovel. 4.

L. Aemilium Mamercum] *Mamercinum* ex vet. lib. Quo praenomine multi Aemilii usi sunt. SIG. *Mamercium* Harlej. 1. *Mamertinum* Leid. 1. et Lovel. 1. ac 2. Sed recte Sigonius *Mamercinum*. et ita praeferunt Florent. Leid. 1. et Klock. V. supra hoc lib. ad c. 12, 4. Praenomen *L.* etiam deficit in Portug. Sed *M. Aemilius* legit Leid. 2.

Q. Publilium Philonem] *Publium Philonem* Voss. 2. Leid. duo, Lovel. 1. Harl. 1. Haverk. et Fragm. Hav. *P. Philonem* Lovel. 2. 3. Portug. et Gaertn. *L. Philonem* Lovel. 4. *Q. Publium Philonem* Voss. 1. Florent. et Klock. Ex Harlej. 2.

tore comitia habente, consules creati sunt T. Veturius, Sp. Postumius.
13 Etsi belli pars cum Sidicinis restabat; tamen, ut beneficio praevenirent desiderium plebis, de colonia deducenda Cales retu-
14 lerunt: factoque senatusconsulto, ut duo millia quingenti homines eo scriberentur, triumviros colo-

solo nihil notatur, ut in eo vulgatum recte exstitisse debeat. V. ad 8, 12, 4.

Consules creati sunt T. Veturius, Sp. Postumius] *Calvinus* ille, hic *Albinus* vocatus est. Livius auctor 9, [1, 1.] Plutarchus in Parallelis [p. 306.] SIG. Ne hic quidem nihil ab aliena manu esse, cum quoquam pignus dare ausim. Videtur enim fecisse Livius: *Dictatore comitia habente, consules creati T. Veturius, Sp. Postumius, etsi belli pars cum Sidicinis restabat, tamen, ut beneficio praevenirent desiderium plebis, de colonia deducenda Cales retulerunt.* Multo id quidem rotundius. V. ad 3, 22, 3. J. FR. GRON. *T. Vetturius* Portug. *T. Verturius* Voss. 2. *T. Venturius* Klock. *T. Vecenius* Fragm. Hav. a m. 1. *T. Veterius* a m. 2. et ita est in Leid. 1. Praeterea *P. Postumius* Gaertn. *S. Praepostinnius* Lovel. 3. Sine dubio rotundius erit, si *τὸ sunt* cum Gronovio deleatur. Constanter tamen superest in omnibus scriptis et editis.

§. 13. *Tamen, ut beneficio praevenirent desiderium plebis, de colonia deducenda Cales retulerunt*] *tū ut beneficio* Gaertn. V. ad 22, 17, 5. *tamen et beneficio* Haverk. V. ad 21, 28, 8. Tum *praeveniret* Voss. 2. et Lovel. 3. Praeterea *de colonia reducenda* Leid. 1. et Lovel. 1. Male. V. ad 2, 21, 7. *de colonia traducenda* Leid. 2. Deinde *Tales* Voss. 2. et Lovel. 3. V. supra ad §. 6. Tandem *deduxerunt* Portug. Paullo post *etsi belli plus cum Sidicinis restabat*, pro *belli pars*, Gaertn.

§. 14. *Factoque senatusconsulto, ut duo millia quingenti homines eo scriberentur*] *senatu consulto* Portug. et Haverk. Tum *quingenti* deficit in Lovel. 4. *ut ii quingenti homines* habet Lovel. 3. At numerus duorum millium scriptus erat per notas hoc modo *II*: id autem facile in pronomen *ii* mutari potuit. Similiter *II*, sive *duo*, et pronomen *ii* commutantur. V. ad 36, 43, 11. Deinde *homines conscriberentur* Aldo antiquiores edd. et cum illis Harlej. 2. utraque lectione recepta *homines eo conscriberentur* Gaertn. *homines eo scriberent* Lovel. 3. *homines scriberent* Voss. 2. Sed saepe terminatio verbi passivi *ur*, sive nota, qua indicari solet, omittitur. V. ad 10, 10, 1. Vulgatum servant optimi.

Triumviros coloniae deducendae agroque dividundo creaverunt] *tresviros* Harlej. 2. et edd. vett. *III viros* est in Flor. et ita edidit Froben. anno 1535. Postea *triumviros* substituit Vascos. quod in multis scriptis superest. Praeterea *coloniae educendae* Lovel. 2. Deinde *dividendae* Lovel. 2. 4. Portug. Gaertner. Haverk. et Fragm. Hav. Tum *creavē*, id est *creavere*, Portug. et Haverk. Omnia autem haec verba deerant in Leid. 2. Mox primo triumviro

niae deducendae agroque dividundo creaverunt K. Duilium, T. Quinctium, M. Fabium.

XVII. Novi deinde consules, a veteribus exerci- 1
tu accepto, ingressi hostium fines, populando usque
ad moenia atque urbem pervenerunt. Ibi, quia, in- 2
genti exercitu comparato, Sidicini et ipsi pro extre-

praenomen *Caji* tribuitur in Lovel. 4. V. ad 4, 54, 3. tertium autem *Favium* vocat Klock. V. ad 7, 22, 2.

§. 1. *Novi deinde consules, a veteribus exercitu accepto*] *Nam deinde consules* Harlej. 2. et edd. Aldo priores. Praeterea *consules auctoribus patribus exercitu accepto* Lovel. 2. in contextu, altera lectione margini adscripta.

Usque ad moenia atque urbem pervenerunt] *ad moenia adque urbem* Gaertn. a m. 2. Livium praepositiones repetere solitum fuisse, supra vidimus ad 6, 28, 6. Hic tamen nihil muto ob dissensum aliorum codd. V. ad 21, 32, 2. Supra 3, 69, 5. *Bellum ab urbe ac moenibus propulsari vellent.* 22, 55, 8. *Cogantque homines nullam, nisi urbe ac moenibus salvis, salutem sperare.* Quin etiam optimo aevo *adque*, pro *atque*, in lapidibus scriptum obcurrit. V. Noris. ad Cenot. Pis. diss. 4, 2, 2. p. 453. Simili modo *at* et *ad* saepissime in Mstis commutantur. V. supra ad 8, 17, 3. *ad moenia urbem*, omissa particula, Leid. 2.

§. 2. *Ibi, quia, ingenti exercitu comparato, Sidicini et ipsi*] Audeo asserere Livio, quod in unico est Florentino, *ingenti exercitu comparando*. Est enim, quale l. 1, 34. *Officio obeundo.* et c. 53. *Praeda dividenda*, et hujusmodi Ciceroni et Livio frequentissima. J. FR. GRON. *ingenti exercitu comperto* Lovel. 3. quae varietas saepe in scriptis obvia est. V. ad 39, 29, 5. *ingenti exercitu comparando*, Florent. consentiens, praefert unus meorum Lovel. 4. V. plura ad 1, 53, 3. Ex *comparando*, sive *comparãdo* factum est *comparato* eodem errore, quo commutantur *communicando* et *communicato*, ac similia alia, de quibus supra v. ad 6, 37, 4. Insuper *Ubi*, *quia ingenti* Fragm. Hav. a m. 2. V. infra ad 27, 5, 2. *Ibique ingenti* Voss. 2. Lovel. 2. 3. Portug. et Haverk. V. supra de hoc errore ad 5, 29, 3.

Dimicaturi enixe videbantur] *enise* Fragm. Hav. V. ad 2, 50, 9. *enixi* Leid. 1 a m. 2. et Lovel. 1. quod dictum esse potest, quemadmodum illud supra 2, 35, 3. *Adeo infensa erat coorta plebs.* ubi plura vide. Aliorum tamen in vulgatum conspirantium consensus persuadet, nihil mutandum esse. Praeterea *videbuntur* Florent. et Harlej. 1. Sed in eorum priori recte mutatum in *videbantur*.

Samnium fama erat conciri ad bellum] *Samnitum fama erat ad bellum* Portug. *Samnitum* etiam Haverk. Deinde *exciri* Hearnii Oxon. C. Alterum aeque probum est. Liv. 1, 8, 5. *Obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem.* 6, 7, 1. *Quo ingentem Latinorum Hernicorumque juventutem conciverant.* 25, 27, 9. *Quum et Siculum exercitum ex tota insula conciri videret.* 31, 3, 5. *Per legatos*

ma spe dimicaturi enise videbantur, et Samnium
3 fama erat conciri ad bellum; dictator ab consuli-
bus ex auctoritate senatus dictus P. Cornelius Rufi-
4 nus; magister equitum M. Antonius. Religio deinde
incessit, vitio eos creatos: magistratuque se abdica-
verunt. et, quia pestilentia insecuta est, velut om-
nibus eo vitio contactis auspiciis, res ad interregnum
rediit.

conciret homines ad arma. (* c. 40, 9.)

§. 3. *Dictator ab consulibus ex auctoritate senatus dictus P. Cornelius Rufinus*] *a consulibus* Voss. 2. Lovel. 3. 4. et Gaertn. *ab cons.* Lovel. 1. *ab consule* Haverk. V. ad 10, 10, 2. Tum praepositio *ex* deest in Lovel. 2. Praeterea *P. Praeconelius* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 4. *Vitio eos creatos; magistratuque se abdicaverunt*] *vitio hos creatos* Harlej. 2. et edd. ante Aldum. *vitio creatos*, sine pronomine, Lovel. 2. Portug. et Haverk. Tum *abdicarunt* Lovel. 4.

Omnibus eo vitio contactis auspiciis res ad interregnum rediit] *omnibus ex eo vitio cunctatis* Haverk. *omnibus eo vitio contractis* Fragm. Hav. *omnibus eo vitio tactis* Voss. 2. Nihil mutandum. V. ad 2, 5, 2. Hinc *ad integrum rediit* Lovel. 1. Paullo ante vox *quia* deficit in Lovel. 4.

§. 5. *Ab interregno inito per quintum demum interregem*] Vox *inito* exsulat a Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *per Quintium demum interregem* Lovel. 4. Portug. et Gaertn. V. ad 3, 1, 1. *per quintum demum interregnum* Leid. 2. et Lovel. 1.

Creati consules L. Cornelius iterum et Cn. Domitius] *A. Cornelius* est scribendum, Cassiodoro, Diodoro [l. 17. p. 595.] et vet. lib. attestantibus. Est autem is, qui consul ante fuit anno CDXII. SIG. Prioris consulis praenomen omittitur in Leid. 1. *Antonius Cornelius* vocatur in Lovel. 2. qui tamen error videtur firmare emendationem Sigonii, *A. Cornelius* scribentis. *A Cornelius* praeferunt etiam Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Praeterea alteri consuli praenomen *Γάϊος* non modo datur apud Diodor. Sic. l. l. sed ita etiam vocatur in Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. *Cornelius Pomitius* in Lovel. 2. V. ad 5, 52, 3. *M. Domitius* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 7, 12, 1. Caussam, unde factum sit, ut in praenominibus consulum non conveniat inter scriptores, indagare conatus est Pighius in Annal. ad ann. CDXX. p. 329. Ceterum, inter annum Urbis conditae secundum Fast. Capit. CDXVIII. et CDXXIV. unum par consulum intercidisse in Livio aliisque, inter Chronologos convenit, et quidem esse *L. Papirium Sp. F. C. Poetelium C. F.* quos memorat Solin. in Polyh. c. 32. Jam vero, eos ante hujus anni consules inserendos esse, censuit Pighius in Annal. l. l. quos biennio serius, ante consules in initio c. 19. memoratos, restituendos esse arbitratus est Dodwell. de Cycl. diss. 10, 78. et 79.

rediit. ab interregno inito per quintum demum in- 5
terregem M. Valerium Corvum creati consules A.
Cornelius iterum et Cn. Domitius. Tranquillis re- 6
bus, fama Gallici belli pro tumultu valuit, ut dicta-
torem dici placeret. Dictus M. Papirius Crassus,
et magister equitum P. Valerius Publicola. a quibus 7
quum delectus intentius, quam adversus finitima bel-
la, haberetur, exploratores missi adtulerunt, quieta

§. 6. *Fama Gallici belli pro tumultu valuit*] Illud *pro tumultu* glossema puto: nam vulgo dicebant *tumultus Gallicus*. Et res notissima est. Itaque ejiciendum arbitror totum illud *pro tumultu*. T. FABER. Libri scripti constanter agnoscunt vocabula, quae Faber pro glossemate habuit; neque aliud mutant, nisi quod sit, addita una voce, *et pro tumultu valuit* in Portug. et Haverk. A Fabro dissentit Doujatius, docens Livium velle, solam tumultus Gallici famam veri tumultus loco fuisse; eaque de caussa, tamquam Gallis bellum revera moventibus, creatum dictatorem. Similiter etiam ante Doujatium Cl. Ant. Perizonius, qui ad marginem Livii sequentia adscripsit. „Immo retinendum *pro tumultu*, „plano sensu, qui est: cum alias „tumultu jam a Gallis arma inferentibus ingruente dictator „esset dictus, tunc solam incertam belli Gallici famam tantum „valuisse. V. c. 20.

Ut dictatorem dici placeret] *ut et dictatorem* Florent. et Lovel. 4. quod sibi non displicere, adposita nota ad marginem editionis, cui varias lectiones cod. Flor. adscripserat, indicavit Cl. Salvinius. Mox τὸ *et* deficit in Lovel. 4.

§. 7. *Dum delectus intentius, quam adversus finitima bella, haberetur*] Sic quidem jam et Modiana editio. Sed vetustiores et scripti *cum delectus*. Alioqui *dum habetur* fuisset dicendum. J. FR. GRON. *dum haberetur* primum Francof. anno 1578. decennio ante Modium ediderunt. Priores recte praeferunt *cum haberetur*. Et ita est in Flor. Voss. 2. Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Klock. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. quare id recepi. V. ad 1, 40, 7. Tum *dilectus* Flor. Leid. 1. Lovel. 1. Klock. et Fragm. Hav. V. ad 37, 51, 7. Deinde *attentius* Portug. Male. 4, 1, 5. *Bellum armaque vi summa adparari jubent; si quo intentius possit, quum T. Quinctio consule adparatum sit.* c. 37, 4. *Nunciabant, non ante umquam Volscos, nec ducibus legendis, nec exercitui scribendo, intentiores fuisse.* infra 25, 23, 13. *Locus ob id ipsum intentius custodiebatur.* 27, 38, 1. *Delectum consules habebant acrius intentiusque.* V. ad 27, 24, 9. Praeterea *quam adversa finitima bella* Gaertn. Caussam erroris v. ad 6, 3, 8.

Exploratores missi adtulerunt] *retulerunt* Lovel. 4. Reliqui vulgatum servant; quod cur displiceret, caussam non video. Supra 4, 37, 6. *Haud vana adtulere.* 6, 10, 3. *Quum responsum adlatum esset, nihil suae potestatis esse.* c. 31, 3. *Trepidi nuncii primo, fuga deinde*

8 omnia apud Gallos esse. Samnium quoque jam al-
terum annum turbari novis consiliis suspectum erat.
eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non est de-
9 ductus. Ceterum Samnites bellum Alexandri Epiren-
sis in Lucanos traxit, qui duo populi adversus re-

ex agris, legiones Volscorum ingressas fines adtulere. 23, 32, 6. *Nuncius adfertur, in Hispania rem male gestam.* 41, 27, 3. *Quos certamine factionum ad intestinum bellum exarsisse, et ipsorum legati adtulerant.* 42, 57, 4. *Trepidus nuncius adfert, hostem magno agmine adesse.* V. ad 39, 6, 5. Mox *quia via esse* Gaertn. Sed *via* corruptum est ex *oia*, quomodo per compendium scribitur pro *omnia*.

§. 8. *Turbari novis consiliis suspectum erat*] *turbari, consulibus novis suspectum erat* Lovel. 2. Sed etiam τὰ *consules* et *consilia* in Mstis confunduntur. V. ad 36, 35, 8. *Res novae* sunt seditiosae molitiones adversus rempublicam. Eodem autem sensu hoc loco *nova consilia* sunt consilia de rebus novis, consilia de perturbando pristino statu. (* 7, 41, 6.) Vox *erat* deficit in Voss. 2. et Lovel. 3.

Eo ex agro Sidicino exercitus Romanus non est deductus] *exercitus Romanus non deductus* Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. 3. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *exercitus Romanus deductus* Voss. 2. Leid. 2. et Lovel. 2. ac 4. cujus lectionis auctor credidisse videtur, *eo* hic poni pro in eam regionem, in Samnium, quum potius accipi debeat pro *ideo*. V. supra ad 5, 16, 3.

§. 9. *Adversus regem exscensionem a Paesto facientem*] Vet. lib. omnes *exscensionem* habent, quomodo alio loco locutus est Livius, ut 22, [20, 4.] *Exscensu e navibus in terram facto.* et 28, [8, 8.] *Ad Erythras exscensionem fecit.* Quae lectio placet, si *ad Paestum* legamus. At placet aliis *excursionem* legi. Quod etiam probatur, cum paucis ante annis idem Alexander appulisse classem in Italiam supra [c. 3, 6.] dicatur. SIG. Nugae. Quid enim est *exscendere a Paesto?* Lego *ad Paestum*. T. FABER. Sic omnes veteres libri, fatente et Sigonio. Quibus placet *excursionem*, ex eorum genere sunt, qui eamdem vocem ter corruperunt apud Livium, correpti Lipsio 2. Epist. Quaest. ep. 20. Adjungas licet 22, 20, 4. *Classe profecti exscensu e navibus in terram facto, cum urbem vi cepissent.* nam et ibi legendum *exscensione facta*, significant optimi codices. Nollem istis iterum se aggregasse Sigonium 29, 28, 5. *Praedatorias classes, quibus exscensiones in agros maritimos factae erant. Excursiones*, quod ille inculcat, nos in uno tantum libro, nec eo antiquo aut optimo, invenimus. Memineris autem distinguere inter *escendere* et *exscendere*: illud est sursum niti scandendo; hoc e navi descendere. Nec vero opus, quod hic requirit Sigonius, si veterem scripturam retineamus, *ad Paestum*. Intelligimus exscensionem in Lucaniam ab ea parte, ubi est Paestum. V. quae ad 31, 24, 8. J. FR. GRON. *excursionem* Voss. 2. Lovel. 2. in margine, Lovel. 3. 4. Harlej. 2. Gaertn. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. *discursionem* Portug. et Hearnii B. *dissensionem* Haverk. *descensionem* Leid. 2. Voss. 1. a m. 1. Lovel. 1. et 2. in con-

gem, exscensionem a Paesto facientem, signis conlatis pugnaverunt. eo certamine superior Alexan- 10
der, incertum qua fide culturus, si perinde cetera processissent, pacem cum Romanis fecit. Eo- 11
dem anno census actus, novique cives censi:

textu, cum Hearnii C. et N. *escensionem* Klock. *escensione* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. Verum *escendere* est in altum scandere, ut recte Gronov. ad hunc locum notavit. V. etiam viros doct. ad Valer. Max. 1, 1, 10. at *exscendere* ex navi descendere. V. Gronov. ad Livii 31, 29, 6. Exemplis, quae Lips. l. l. et Gronov. hic et ad l. 31. ex Livio laudarunt, adde haec duo, ex 27, 29, 7. *Ad Clupeam exscensione facta, agrum late vastabat.* et ex 44, 10, 11. *Ab Antigonea classis profecta ad agrum Pallenensem, exscensionem ad populandum fecit.* Praeterea *a Paesto* servant omnes scripti, nisi quod *a Presto* sit in Flor. *aperte* in Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Hearnii Oxon. C. *a Pedo* in Lovel. 4. Hi si faverent Sigonio, ejus conjectura *ad Paestum* recipi posset: nunc vero, illis dissentientibus, vulgatum malo cum Gronov. qui eamdem lectionem etiam defendit in pr. ed. notarum ad 32, 24, 8. Deinde *faciente* Haverk. vel literae *m* finalis nota neglecta, vel errore ex ea caussa orto, quam indicavi supra ad 6, 3, 8. Alii vero, id vitiosum recte judicantes, perperam dederunt *facientes*, ut praefert Lovel. 2. quasi duo populi Samnites et Lucani exscensionem a Paesto fecissent, quod est contra veritatem historicam et Geographiam. Paestum enim urbs erat Lucanorum.

§. 10. *Incertum, qua fide culturus, si perinde cetera processissent*] *incertus, qua fide culturus* Leid. 2. Portug. Haverk. et pro varia lectione in margine Voss. 1. Verum sensus Livii non est, ipsum Alexandrum regem Epiri incertum fuisse, nondum constituisse, qua fide pacem cum Romanis compositam culturus esset, verum vulgo homines id ignorasse; unde patet, verius esse impersonale *incertum*. Curtius 5, 4. *Nox quoque et ignota regio ac dux, incertum an satis fidus, multiplicabant metum.* ubi simili errore plures codd. praeferunt *incertus*. 6, 7. *Philotas, incertum quam ob caussam, subsiiterat in regia.* 9, 8. *Graeci milites, incertum ob quam caussam, lymphatis similes ad arma discurrunt.* Suet. in Oth. 1. *Avus M. Salvius Otho, patre equite Romano, matre humili, incertum an ingenua, senator est factus.* (* v. Freinsh. Ind. Flor. v. *Dubium*) *incertum quasi desulturus* corrupte Lovel. 2. Tum transpositis dictionibus, *si cetera perinde processissent* Lovel. 4. [*si per vim caetera* Veith.]

Pacem cum Romanis fecit] Qui potuit cum Romanis facere pacem, qui cum eis numquam bellum gessit? Sed *pacem* pro *amicitiam* dixisse fertur, aut *foedus*, quod tamen mihi non fit verisimile. Quidam exponunt, a Samnitibus Romanis fuisse pacem, quod Alexander ea pugna superior fuerit: verum Livii verba id non ostendunt. Utut exponamus, amphibolon est non satis clarum. GLAR. Salvinius margini adscripsit, *τὸ fecit* abundare. Est tamen ea vox constanter in omnibus scriptis, nisi quod inter versus in Florent. recenti manu adscri-

tribus propter eos additae Maecia et Scaptia: censores addiderunt Q. Publilius Philo, Sp. Postumius.
12 Romani facti Acerrani, lege ab L. Papirio praetore lata, qua civitas sine suffragio data. Haec eo anno domi militiaeque gesta.

1 XVIII. Foedus insequens annus seu intemperie coeli, seu humana fraude fuit, M. Claudio Marcel-

ptum sit *conjungit*, et quod *facit* praeferat Fragm. Hav.

§. 11. *Eodem anno census actus, novique cives censi*] Lanuvini, Aricini, Nomentani, Pedani, c. 14. nam ceteri, quibus ibidem civitatem sine suffragio datam scribit, ut Formiani et Fundani, in tribu non censebantur, quod demum anno urbis ıↄLxv. consecuti sunt. V. Liv. 38, 36. Sigonium 1. de Antiq. Jur. civ. Rom. 3, 2. de Ant. Jur. Ital. 6, 9. et Spanhem. Orb. Rom. Exercit. 1, 7. DUK. *Eo anno* Portug. et Haverk. V. ad 10, 10, 6. Tum *census auctus* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. et Haverk. V. ad 21, 61, 4. *census factus* Hearnii Oxon. C. quod ex glossemate natum videtur. (* 22, 40, 1.) Infra 29, 37, 8. *Equitum deinde census agi coeptus est.* et alibi saepe. Praeterea post vocem *censi* in Voss. 2. et Lovel. 3. additur *Acerra*, quae vox ex sequenti *Acerrani* hic perperam repetita esse videtur.

Tribus propter eos additae Maecia et Scaptia] *per eos* Leid. 2. sollemni scribarum errore, qui passim haec vocabula confuderunt. V. ad Epit. Liv. 84. Deinde *Metia* Leid. 2. Lovel. 1. 4. Haverk. et Fragm. Hav. *Matia* Lovel. 2. et 3. *Macia* Voss. 2. et Leid. 1. Hinc copula deficit in Lovel. 3. et Voss. 2. Insuper *Scapcie* Harlej. 1. *Scatia* Lov. 1. *Stacia* Leid. 2.

Censores addiderunt Q. Publilius Philo, Sp. Postumius] *addideruntque P. Philo* Voss. duo, *addideruntque Publio Philo* Lovel. 3. *addiderunt P. Philo* Leid. duo, Lovel. 1. 4. Port. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. qui *P. Vecturius Philo* in cod. L. 1. invenit. *addiderunt Q. P. Philo* Harlej. 1. *addiderunt Q. Philo* Harlej. 2. cum editis antiquioribus. *ad id denique L. P. Philo* corruptissime Lovel. 2. V. supra hoc lib. ad c. 12, 4. Insuper *Sp. Postumianus* Lovel. 3. et Gaertn. *Postumianus*, omisso insuper praenomine, Leid. 2. *Sp. Postumanus* Fragm. Hav. *Sp. Postumus* Leid. 1. et Lovel. 1.

§. 12. *Romani facti Acerrani, lege ab L. Papirio praetore lata*] *facti Accerana lege*, omissa prima voce *Romani* Lovel. 2. *Accerani* Portug. *Accerrani* Harlej. 1. *Accerani* Fragm. Hav. *Accetrani* Haverk. *Ecetrani* Lovel. 4. Tum *Papirio p. t. R. lata* Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 3. *Papirio lata*, omisso incognito sibi compendio, quo vox *praetore* scripta erat, librarius Gaertn.

Qua civitas sine suffragio data] Sigonius de Ant. Jur. Ital. c. 9. scribit, Vellejum tamen significare, iis etiam suffragium concessum, quum eos a censoribus Sp. Postumio et Philone Publilio in civitatem receptos aït 1, 14. *Insequentibusque consulibus a Sp.*

lo, C. Valerio consulibus. Flaccum Potitumque va- 2 rie in annalibus cognomen consulis invenio: ceterum, in eo, parvi refert, quid veri sit. illud pervelim, (nec omnes auctores sunt) proditum falso esse, venenis absumtos, quorum mors infamem annum pestilentia fecerit. sicut proditur tamen res, 3 ne cui auctorum fidem abrogaverim, exponenda

Postumio, Philone Publilio censoribus Acerranis data civitas. Videtur ex eo in hanc opinionem venisse, quod hic consules et censores conjunguntur; nam censores novos cives, qui civitatem cum suffragio acceperant, in tribum et censum referebant; circa eos, qui sine suffragio, nullae magnopere eorum partes erant. Verum hoc infirmum est, adversus disertum Livii testimonium. Sed quacumque de caussa hoc de censoribus addiderit Vellejus, illud animadversione dignum est, quod Acerranis *a censoribus* civitatem datam dicit: hoc enim non censorum, ac ne senatus quidem, sed solius populi jus erat. Liv. 38, 36. Si praepositio *a* non ab alio quodam in hunc locum venit, parum adcurate loquutus est. DUK.

§. 1. *M. Claudio Marcello, T. Valerio consulibus*] Nusquam alias *Titi* praenomen in gente Valeria comperi. Quare assentior Diodoro [l. 17. p. 601.] et Cassiodoro, qui hunc consulem *C. Valerium* vocant. SIG. Prioris consulis praenomen omittitur in Lov. 2. secundum vero omnes codd. mei *T. Valerium* vocant; nisi quod, se *C. Valerio* in cod. suo reperisse, Klockius monuerit. Ita autem emendanti Sigonio adsentitur etiam Pighius in Ann. ad ann. CCCCXXII. p. 333. Praeterea *T. Valerio L. consulibus* Voss. 2. et Lovel. 2. Ceterum *humani fraude*, pro *humana*, in verbis praecedentibus habet Voss. 2.

§. 2. *Flaccum Potitumque varie in annalibus cognomen consulis invenio*] *Putitumque* Flor. *Petitumque* Gaertn. *Poticumque* Haverk. Sed *Potitus* Valeriorum cognomen est. Tum *in manibus* Leid. 2. et Lov. 1. Deinde *consulum* Leid. 2. et Gaertn. *consulibus* Harlej. 2. et editi ante Froben. qui anno 1531. recte *consulis* reposuit. Errorem inde ortum esse patet, quod indocti librarii notam, qua vox *consulis* perscripta erat, explicare non potuerint. V. infra ad 10, 10, 2.

Illud pervelim, proditum falso esse] *pervelim illud* Voss. 2. *illud par vellim*, et *velim* a m. 2. Lovel. 2. Insuper *false esse* Harlej. 1. Paullo ante *referre*, pro *refert*, edd. Rom. anni 1472. et Parm.

Venenis absumtos, quorum mors infamem annum pestilentia fecerit] *veneris* Gaertn. *veneras* Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *absumtum* Klock. *assumtos* Voss. 2. Lov. 2. 3. 4. et Fragm. Hav. sed in duobus posterioribus recte manus altera *absumtos* restituit. Ita saepissime in Mstis errari, infra videbimus ad 9, 17, 17. Deinde *quorum* primo omissum erat in Florent. mox vero alia manu adscriptum est. Tandem *fecit* Portug. a m. 2. et Fragm. Hav. V. ad 40, 14, 11.

§. 3. *Ne cui auctorum fidem ab-*

4 est. Quum primores civitatis similibus morbis, eodemque ferme omnes eventu, morerentur; ancilla quaedam ad Q. Fabium Maximum aedilem curulem, indicaturam se caussam publicae pestis, professa est, si ab eo fides sibi data esset, haud futurum noxae
5 indicium. Fabius confestim rem ad consules, con-

rogaverim, exponenda est] *nec cui auctorum fidem* Gaertn. repetita in fine primae vocis litera, quae sequentis erat initialis. V. ad 4, 57, 11. *ne auctorem fidem* Leid. 2. Sed de *τοῖς ne cui, ne cujus* v. ad 2, 37, 7. *ne cui fidem auctorum* Port. et Haverk. *ne cui auctorum abrogaverim fidem* Harlej. 2. et edd. vett. usque ad Froben. anni 1535. Deinde *abrogaverit* Voss. 2. et Lovel. 3. *abrogaverint* Leid. 1. Tandem *ea ponenda est* Voss. 2. ex continua literarum *a* et *x* commutatione. V. ad 40, 59, 8. *Exponere* est narrare, referre. V. ad 7, 31, 8.

§. 4. *Eodemque ferme omnes eventu morerentur*] *eodem ferme* Harlej. 2. *eodem q' ferme* Lovel. 3. *eodemque ferme adventu morerentur* Haverk. *morirentur* Gaertn.

Ancilla quaedam ad Q. Fabium Maximum] Nisi κατὰ πρόληψιν haec accipiamus, non video, ut hoc excusandum. Nam hic Fabius *Maximi* nomen ad finem libri noni acquisivit, vicesimo septimo post hunc anno. Fieri autem potest, ut a sciolo aliquo adjectum fuerit. Certe Valer. Max. 2, 2, [7,] 8. ubi Papirii dictatoris meminit, Q. Fabium hunc *Rutilianum* vocat, non *Maximum*: quamquam alibi hoc in eo auctore neglectum, sed errore codicum, ut puto, qui nusquam nobis non facessunt negotium. GLAR. Adhuc *Maximus* non dicebatur. Nam post in censura id cognomen invenit. †. „Et hoc Glareanus annotavit." †. SIG. *ad Fabium Maximum*, omisso praenomine, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Hearnii Oxon. B. *at Q. Fabium Maximum* Harlej. 1. *atq; Fabium Maximum* Florent. et Leid. 1. in quorum priori alia manus interpolavit *adit Q. Fabium Maximum*. Ferre non potuerunt indocti scribae, Livium, ut saepe facere amavit, *ad* pro *apud* posuisse; cohaerent enim *ad Q. Fabium Maximum professa est*. V. ad 7, 7, 4. *ad Q. Maximum Fabium* Lovel. 3. Interdum, etiam ubi praenomina non omittuntur, cognomina nominibus gentis praeponi, docuit Cortius ad Sallust. Jug. 27, 4. et, quem laudavit eo loco, Cel. Duker. ad Flori 2, 2, 11. (* Infra ad 26, 22, 13.) Hic tamen vulgatum malo, tum quod omnes reliqui codices in receptum vocabulorum ordinem conspirent, tum quod Livium ita alibi locutum esse non observarim. Quin et hinc suspicio oriri posset, quod jam Glareano visum est, vocem *Maximum* esse a mala manu. Quum tamen eam omnes scripti agnoscant, et satis commode per prolepsin locus accipi possit, nihil muto. De prolepsi autem Livii, qua Fabio adhuc tantum aedili curuli *Maximi* cognomen tribuit, v. supra ad 1, 34, 10. Ceterum *Maximi* cognomen ei etiam tribuitur in consulatu secundo ab auctoribus Fastor. Capit. ad ann. CDXLIII. quum tamen Liv. auctor sit, eum id demum accepisse in censura

sules ad senatum referunt: consensuque ordinis fides indici data. Tum patefactum, muliebri fraude 6
civitatem premi, matronasque ea venena coquere; et, si sequi extemplo velint, manifesto deprehendi posse. Secuti indicem, et coquentes quasdam me- 7
dicamenta, et recondita alia, invenerunt. quibus 8

l. 9. cap. ult. Censuram autem fasti Capit. conferunt in ann. CDXLIX.

Fides sibi data esset, haud futurum noxae indicium] *fides data esset*, omisso pronomine, Haverk. *sibi fides data esset*, eodem transposito, Voss. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. 2. et editiones ante Froben. anni 1535. *fides sibi data est* Leid. 1. Deinde *haud futurae noxae indicium* Gaertn. De origine hujus mendi v. ad lib. 6, 3, 8. *haud futurum vane indicium* Lovel. 2. *haud futurum indicium* Lovel. 4. *haud fulkrum noxae indictum* Leid. 1.

§. 5. *Fabius confestim rem ad consules, consules ad senatum referunt*] *confestim ad consules, et consules ad senatum* Lovel. 1. *confestim rem ad consules, et consules ad senatum* Voss. 1. Portug. et Haverk. *confestim rem ad consules et ad senatum* Leid. 1. *confestim res ad consules, et consules ad senatum* Leid. 2.

Consensuque ordinis fides indici data] *ordinum* Lovel. 2. Male. Intelligitur enim senatus, cujus modo mentio facta est. Liv. 4, 2, 11. *In eadem civitate tribunos plebis et Patres esse: aut hunc ordinem, aut illum magistratum tollendum esse.* Cic. pro Cluent. 37. *Fidiculanius cujus erat ordinis? senatorii.* c. 55. *Equites ordini senatorio dignitate proximos, concordia conjunctissimos esse cupiunt.* pro Flacco 18. *Princeps legationis Lysanias adeptus est ordinem senatorium.* 1. ad fam. Ep. 2. *Maximeque visi sumus senatum commemoratione tuae voluntatis erga illum ordinem commovere.* Tacit. 2. Hist. 86. *Senatorium ordinem reciperaverat.* in vita Agric. 4. *Pater Julius Graecinus senatorii ordinis.* Simpliciter autem *ordo* pro senatu est apud Suet. in Caes. 14. *Obtinuissetque adeo, nisi labantem ordinem confirmasset M. Catonis oratio.* *amplissimus ordo* apud eumdem saepius vocatur. V. Buchner. ad Plinii 10. Epist. 3. et ita Liv. 4, 26, 9. *Si adversus consensum amplissimi ordinis ultra tendant.* Vox *fides* deficit in Leid. 1.

§. 6. *Fraude civitatem premi, matronasque ea venena coquere*] *civitas premi* Harlej. 2. *civitates premi* Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *matronasque eas venena* Portug. a m. 1. et Haverk. Deinde *venena quoquere* Voss. 2. et Leid. 2. V. infra ad 9, 2, 15. et mox §. seq.

Si sequi extemplo velint, manifesto deprehendi posse] *si qui extemplo velint* Florent. omissa priori vocis *sequi* syllaba, quae intercidisse videtur ob similitudinem vocis praecedentis. *si ipsi extemplo velint sequi* Lovel. 2. *si sequi exemplo velint* Portug. a m. 1. V. ad 34, 33, 8. et hoc cap. §. 10. Praeterea *manifeste* Lovel. 2. Deinde *deprendi posse* Portug. V. ad 2, 29, 4. mox ad §. 8. et 10. et ad 9, 36, 5.

§. 7. *Coquentes quasdam medicamenta, et recondita alia invenerunt*]

in forum delatis, et ad viginti matronis, apud quas deprehensa erant, per viatorem adcitis, duae ex eis, Cornelia ac Sergia, patriciae utraque gentis, quum ea medicamenta salubria esse contenderent,

Lego *conditanea*. quid enim est *coquere recondita?* T. FABER. *quoquentes* Voss. 2. v. modo ad §. praec. *coquentis* Flor. Leid. 1. et Klock. hinc *coquaeretis* factum in Lovel. 3. Tum *quaedam medicamenta* Voss. 2. Lovel. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *quasdam menta et recondita vitalia invenerunt* Flor. a m. 1. in quo manus 2. voculae *et* ac duabus prioribus literis vocis sequentis adscripsit notas indices, aliquid delendum esse; ut legi voluerit *menta condita vitalia.* Unde suspicio oriri posset, legendum esse *coquentes quasdam medicamenta conditave alia*, vel *reconditave alia*, *invenerunt.* Malim tamen nihil mutari. Non enim, ut Faber fecit, jungendum *coquentes recondita*; sed vel caecus videre potest, sensum Livii esse, consules indicem secutos invenisse matronas quasdam medicamenta coquentes, eosdem etiam consules invenisse alia medicamenta jam recondita. Hanc sententiam deprehendit quoque Doujatius, et receptam lectionem adversus Fabrum defendit. Paullo ante *Sequēti indicem* Klock. Sed id depravatum est ex *Sequuti. Secuti iudicem* Lovel. 3. V. ad 5, 26, 6.

§. 8. *Et viginti matronis*] *et a XXX. matronis* Rott. sed primum *X.* deletum. Voss. 1. et Helm. *et a viginti.* alter *et ad viginti matronis.* Sic et Flor. immo et veteres editi. Recte. Sueton. Julio 20. *Agrum Campanum divisit extra sortem ad viginti millibus civium.* J. FR. GRON. Recte *et ad viginti matronis* magnus Gronov. emendavit, et in contextum recepit. praeter codd. enim, quos memoravit, ita praeferunt Portug. Lovel. 4. Harlej. 1. Klock. Haverk. Fragm. Hav. a m. 1. et apud Hearnium Oxon. L. 2. B. et N. Proxime accedunt Leid. duo, et Lovel. 1. in quibus *et a viginti matronis.* Quod autem ad edd. adtinet, earum antiquissimae praepositionem *ad* non agnoscunt, quam demum invenio in Ald. Colon. anni 1525. Cervic. Froben. anni 1531. indeque in omnibus usque ad Francof. anni 1578. quae operarum, ut videtur, errore dedit *et ab viginti matronis.* Hanc autem scripturam servarunt reliquae usque ad ultimam Gruteri, quae iterum *τὸ ab* expunxit. De ipsa locutione v. infra ad 10, 17, 8. et quae Cel. Graevius ad l. l. Suetonii notavit.

Apud quas deprehensa erant, per viatorem adcitis] Tò *quas* exsulat ab Haverk. *deprensa erant* est in Lovel. 3. V. ad §. 6. *deprensi erant* Portug. *deprehensi erant* Haverk. Deinde *per lictorem* Fragm. Hav. [Veith.] et Hearnii Oxon. B. in margine; quod indicat, lectionem hanc ex glossemate natam esse. Ut enim aliis magistratibus, ita etiam consulibus *viatores* adparuerunt. Gellius 4, 10. *Caesar consul viatorem vocavit, eumque, quum finem non faceret, prehendi loquentem et in carcerem duci jussit. Viator consularis* memoratur in lapide apud Gruter. p. 627. n. 2. Eorum autem munus erat, adcire, quos magistratus conventos volebant. Supra 6, 15, 2. *Viatorem ad M. Manlium misit; qui, dictatoris jussu vocatus, agmine ingenti ad tribunal venit.*

ab confutante indice bibere jussae, ut se falsum commentam arguerent; spatio ad conloquendum 9
sumto, quum, submoto populo, in conspectu omnium rem ad ceteras retulissent; haud abnuentibus

Duae ex iis, Cornelia ac Servilia] Quidam *Sergiam* pro *Servilia* substituerunt: quod si absque fide vetusti exemplaris fecerunt, haud parvam injuriam in gentem Sergiam commiserunt. GLAR. Aldus est, qui *Sergia*, pro *Servilia*, substituit. Si autem Glareano codd. scripti ad manus fuissent, facile nosse potuisset, id absque fide vetusti exemplaris non factum, adeoque nullam Sergiae genti injuriam inlatam esse. Nam, si solum Harlej. 2, excipiamus, omnes, quibus usus sum, codices constanter huic lectioni favent: ita tamen, ut *Corneliam et Sergiam* legant Voss. 2. et Lovel. 3. *Cornelia et Sergia* Leid. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Mox *patricia utraque gentis*, pro *patricias*, Fragm. Hav. a m. 1. *patricia utraque*, τῷ *gentis* omisso, Lovel. 4.

Ea medicamenta salubria esse] *salutaria esse* Lovel. 4. Sed et hoc interpretis expositioni debetur. *Saluber*, quam vocem reliqui scripti tuentur, Livio frequens est. 1, 41, 5. *Inspectum vulnus absterso cruore. omnia salubria esse.* 2, 3, 4. *Leges rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem melioremque inopi, quam potenti.* 3, 8, 1. *Defuncta morbis corpora salubriora esse incipere.* 7, 38, 3. *Jam tum minime salubris militari disciplinae Capua.*

Ut se falsum commentatam arguerent] Antiqui codd. *commentam* habent, non *commentatam*. GELEN. Iidem *commentam* in *commentatam* mutarunt, ubi de ancilla indice loquitur. Sed res est non magni momenti. GLAR. *falso* Portug. Gaertn. et Haverk. Tum *commentum* est in odd. antt. quod servat Lovel. 4. Ejus loco *commentatas* substituit Aldus, consentientibus Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 2. in marg. Fragm. Hav. Haverk. et Hearnii Oxon. N. Sed *commentatum* praeferunt Voss. 2. et Lovel. 3. *commentas* Lovel. 1. [Veith.] quasi *se* referendum foret ad Corneliam et Sergiam. Sed recte Gelenius *commentam* substituit. Et ita erat in Florent. Portug. Klock. et Harlej. 2. quam proxime autem accedunt Leid. 1. et Gaertn. quorum prior *commenta*, alter *commentans* exhibent. Deinde *argenti*, pro *arguerent*, Florent. *argueret* Fragm. Hav. Paullo ante *a confutante indice* Portug. Gaertn. et Lovel. 4. *a confutante iudice* Lovel. 3. et Haverk. Insuper *videre jussit* Gaertn. Sed solent passim verba *videre* et *bibere* in scriptis commutari. V. Cel. Burm. ad Nemes. Cyneg. 68. Voces *ab confutante* etc. *arguerent* desiderantur in Harlej. 1.

§. 9. *Quum, submoto populo, in conspectu omnium rem ad ceteras retulissent*] *tum summoto* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. Tum *populo jusso omnium* Gaertn. *populo in conspectum omnium* Flor. Leid. 1. Harlej. 1. Portug. et Fragm. Hav. quod ob codicum integerrimorum auctoritatem spernere non audeo. Eadem enim forma dictum esse potuit, qua *esse in potestatem*: de quo v. ad 2, 14, 4. Similia alia dabunt Cel. Burm. ad Phaedri 5, 1, 15. et viri docti, quos ibi laudavit. Deinde *ad ceteras retulisset* Lovel. 3. *ad ceteras contulisset*

et illis bibere, epoto medicamento, suamet ipsae
10 fraude omnes interierunt. comprehensae extemplo earum comites magnum numerum matronarum indicaverunt: ex quibus ad centum septuaginta dam-
11 natae. Neque de veneficiis ante eam diem Romae quaesitum est. Prodigii ea res loco habita; captis-

Gaertn. [*detulissent* Veith.] Male. *referre ad aliquem* est alicui deliberandum proponere, sententiam alicujus exquirere. V. infra ad 21, 6, 5. Paullo ante *τὸ sumto* non adparet in Leid. 2. Supra 2, 4, 3. *Quod spatium ad vehicula comportanda a consulibus sumsissent.*

Epoto medicamento, suamet ipsae fraude omnes interierunt] *epoto medicato* Lovel. 1. Hinc *sua et ipsae fraude* Voss. 2. et Lovel. 3. Paullo ante *abnuentibus illis*, omissa media vocula, Lovel. 2. *abnuentibus etiam illis* Gaertn.

§. 10. *Comprehensae extemplo earum comites*] *comprensae* Lovel. 3. et Portug. V. modo ad §. 6. Tum *exemplo* Leid. 1. V. ad eumdem §. 6.

Ad centum septuaginta damnatae] *ad LCXXX. damnatae* Klock. Ne tamen hujus vestigia secutus emendes *centum octuaginta*. In numerum enim, quam habet vulgata lectio, conspirat etiam Valer. Max. 2, 5, 3. *Unius ancillae indicio protractae, pars capitali judicio damnatae, centum septuaginta numerum expleverunt.* Quin etiam Orosius, licet in centenario dissentiat, minorem tamen ei subjunctum servat 3, 10. *Tanta autem multitudo fuit matronarum, in his facinoribus consciarum, ut trecentae septuaginta damnatae ex illis simul fuisse referantur.*

§. 11. *Neque de veneficiis ante eam diem Romae quaesitum est*] *Nec de veneficiis* Lovel. 3. *Neque veneficiis* Gaertn. *Neque beneficiis* Harlej. 1. sollemni literarum *B.* et *V.* commutatione. V. Cel. Burmann. ad Suet. Calig. 3. Plura alia hujus erroris exempla conlegi ad Liv. 5, 24, 5. *Neque de beneficiis* Leid. 1. et Lovel. 1. *Neque de beneficis* ed. Mediol. anni 1480. Tum *ante Romae quaesitum est*, omissis duabus vocibus, Portug. Mox *prodigii eo loco res habita* Gaertn. *prodigii ea res loco habita est*, addita ultima voce, Leid. 2.

Quam consceleratis, similis visa] *conceleratis* Gaertn. *sceleratis* Lovel. 4. et Hearnii Oxoniensis C. Male. Supra 2, 37, 9. *Se ut consceleratos contaminatosque ab ludis abactos esse.* ubi alia vide. Tum *similis magis magis visa* Leid. 2.

§. 12. *Itaque, memoria ex annalibus repetita*] *Letique memoria* Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *ex annalibus reperta* Fragm. Hav. a m. 1. Supra 7, 3, 3. *Repetitum ex seniorum memoria dicitur, pestilentiam quondam clavo ab dictatore fixo sedatam.* Simili lapsu *repetit* et *reperit* commutari, docuerunt viri docti ad Curtii 6, 4, 10. et Livinej. ad Prop. 3. El. 22, 17.

In secessionibus quondam plebis clavum ab dictatore fixum] Libro 7. non ita longe ab initio [c. 3, 3.] de fixo caussa sedandae pestis clavo mentio est: at de secessione plebis nulla prorsus; quamquam hujusmodi apud Livium

que magis mentibus, quam consceleratis, similis visa. Itaque, memoria ex annalibus repetita, in se- 12
cessionibus quondam plebis clavum ab dictatore fixum, alienatasque discordia mentes hominum eo piaculo compotes sui fecisse, dictatorem clavi figendi caussa creari placuit. creatus Cn. Quinctilius ma- 13

multa. GLAR. Hac de re ante nihil Livius. Secessit primum plebs in montem sacrum, ejus sedandae caussa dictator M. Valerius creatus est; iterum in Aventinum, per consules reducta est. Denique secessit exercitus, per M. Valerium Corvum dictatorem res composita est. Livius l. 2. 3. et 7. Nusquam autem clavi figendi mentio facta est. † „ Haec rur- „ sus ex Glareani annotationibus „ habet. †. SIG. Falsum est, quum primum plebs in sacrum montem secessisset, motus ejus sedandi caussa M. Valerium dictatorem creatum esse. Nam M. Valerius, sive, ut melius vocandum docuerunt Sigonius et alii, M'. Valerius dictatura se abdicarat, antequam plebs in montem sacrum secederet; quae, misso legato Agrippa Menenio, concessisque tribunis plebis, in urbem reducta est. Ceterum praepositio *in* deficit in Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. et C. quod eodem modo dictum esse posset, quo *Ludis* supra 2, 36, 1. id est, tempore secessionum plebis. Sed pro hac praepositione *i.* est in Harlej. 1. *I°.* in Lovel. 2. *l.* in Voss. 2. et Lovel. 3. *lege* in Gaertner. et Fragm. Hav. At nihil mutandum puto, omnisque lectionum varietas nata videtur ex vocibus continua serie et per compendium hoc modo scriptis *isecessionibus*, quod indocti librarii adsecuti non sunt. Praeterea *successionibus* Lovel. 3. quo eodem errore *secessus* et *successus* confunduntur supra 2, 50, 3. Deinde *quedam* Leid. 2. *quemdam* Florent. Tum *a dictatore fixum* Lovel. 4. et Gaertn. *ab dictatore est fixum* Portug. et Haverk. Mox *alienantesque*, pro *alienatasque*, Lovel. 2. Sed *alienatas discordia mentes* inlustrant, quae supra notantur ad 3, 48, 1.

Compotes sui fecisse, dictatorem clavi figendi creari placuit] *comp**u**tes* Flor. *compates* Leid. 1. Hinc *clava figendi caussa* Gaertn. *clavi fingendi caussa* Lovel. 3. Sed, in commutandis verbis *figere* et *fingere* errasse librarios, supra vidimus ad 7, 39, 3. Tum *creari potuit* Lovel. 1.

§. 13. *Creatus Cn. Quinctilius*] *M. Quinctilius* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. L. 2. C. et N. (quorum posterior tamen in margine praefert *Gn. Quinctilius*) qui error in membranis frequens obcurrit. V. ad 7, 12, 1. *C. Quinctilius* Lovel. 2. quae lectio sive *G. Quinctilius* etiam superest in quibusdam editt. V. ad 8, 3, 3. *cum Quinctilius* Lovel. 3. quomodo et alibi peccarunt scribae V. ad 7, 16, 3. 9, 46, 1. et 10, 26, 15. *an Quinctilius* Klock. Sed reliqui recte praenomen *Cn.* servarunt, quod passim librarii, tamquam minus sibi cognitum, vitiare soliti sunt. *Cn. Quinctius* Lovel. 4. eodem errore, quo *Servilius* abibat in *Servius* supra 6, 19, 2.

giſtrum equitum L. Valerium dixit: qui, fixo clavo, magiſtratu se abdicaverunt.

1 XIX. Creati consules L. Papirius Craſſus iterum, L. Plautius Venno. cujus principio anni legati ex

Magiſtratu se abdicarunt] Ita conſtanter editi. At ex scriptis lectionem illam tantum tuentur Lovel. 4. et Harlej. 2. Reliqui praeferunt *abdicaverunt*. Alibi saepe Livius hujusmodi contractionibus in perfectis delectatus eſt. V. ad 21, 44, 7. Non raro tamen etiam eadem tempora sine contractione protulit. V. ad 29, 37, 1. Tutius itaque eſt, ut in his sequamur codicum auctoritatem, et hoc loco *abdicaverunt* recipiamus.

§. 1. *Creati consules L. Papirius Craſſus iterum*] Praenomen Papirii deeſt in Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. Ceterum ante hos consules par consulum ex sententia Dodwelli interiiſſe, quos Pighius ante consules c. 17, 6. memoratos inserendos censebat, jam supra monitum eſt ad d. l. Livii.

L. Plautius Venox] *Venno* scribendum eſt ex secundo hujus consulatu Capitolino. Nam qui *Venox* eſt dictus, is et *Caji* praenomen tulit, et multis poſt annis in censura illud cognomen invenit: sunt autem cognomina duo *Venno* et *Venox*, utrumque Plautiorum: verum librariorum incuria alterum prope ex hominum memoria evulsum eſt, et a scriptoribus Capit. modo reſtitutum. SIG. *Venox* in omnibus scriptis meis supereſt, nisi quod *Velox* sit in Lovel. 3. 4. et Haverk. cognomen vero omittatur in Klock. *Venno* tamen probat etiam Pighius in Annal. ad ann. CDXXIII. p. 334. Ceterum, quod Sigonius addat, *Venno* ex secundo Plautii consulatu Capit. scribendum eſſe, vereor, ne in eo errarit. In Faſt. Capit. enim anno CDXXXV. memoratur *L. PLAVTIVS. L. F. L. N. VENNO.* sed iterati consulatus nota adscripta non eſt; quam etiam omisit Livius infra 9, 20, 1. Id Cel. Jac. Perizon. permovit, ut codici suo adscriberet, Plautii cognomen *Venno* probari non ex ipsius secundo consulatu Capit. sed ex consulatu Capit. filii ejus. Utrum tamen filius ejus fuerit, admodum dubito. Ea enim ratione inter consulatum patris et filii tantum duodecim anni interfuiſſent, quod spatium nimis exiguum eſſe videtur. Sed nihil definio.

Legati ex Volscis Sidicini et Lucani] Pro *Sidicini* quidam reſtituerunt *Frabaterni*. et sane in vetuſtioribus exemplaribus ita legitur: et Plin. 3, 5. in agro Falerno *Frabaternos* ponit *veteres ac novos*. Sed illud *Lucani* magis torquet lectorem. Paullo ante enim [c. 17, 9.] una cum Samnitibus contra Alexandrum depugnarunt, nec interea uspiam de inimicitia eorum mentio. Denique quinto poſt anno *Lucani* (inquit Livius [c. 25, 3.]) *atque Appuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem venerunt.* Id si verum eſt, haud dubie pro *Lucanis* alius populus, qui in Volscis, aut circa Volscos habitarit, subſtituendus. At, qui subſtitui debeat, nihil definio. Certe *Lucani* hic non convenit. GLAR. Vox *Lucani* mendum habet. † „Et haec ex Glareano notat nulla ejus mentione." †. Neque enim *Lucani* aut Volsci sunt,

Volscis Fabraterni, et Lucani, Romam venerunt,
orantes, ut in fidem reciperentur. si a Samnitium 2
armis defensi essent, se sub imperio populi Romani
fideliter atque obedienter futuros. Missi tum ab se- 3

aut Volscis vicini, neque ita per se invalidi, ut a Samnitibus quicquam timere possent, quibus paullo ante erant amici: praesertim vero cum dicat haud ita multo post [c. 25, 3.] *Lucani atque Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum populo Romano fuerat, in fidem venerunt.* SIG. *Tà ex Volscis* in Msto primum ab alio adjecta sunt. Mendum autem est in voce *Lucani.* Nullam tamen Glareanus et Sigonius, quam substituant, invenere. alii legunt *Cluviani*, alii *Lavicani.* Ego transpositionem literarum hic animadverto, et legendum puto vel *Nolani*, pro *Lucani*, vel *Caleni.* Polybius certe 3, [91.] nominat Calenos, Teanitas, Daunios et Nolanos, ut Campaniae mediterranea incolentes. Caleni etiam infra memorantur l. 10, 20. KLOCK. Vox ultima mendosa Sigonio videtur. Neque enim Lucanos ex Volscis esse, aut Volscis vicinos; neque ita per se invalidos, ut a Samnitibus quicquam timere possent. Errat componendo, quae dividenda sunt. Livius aït, legatos Lucanos venisse Romam, et ex Volscis Fabraternos: non simul ex Volscis et Fabraternos et Lucanos. Fortunae autem gentium parvis momentis mutantur, et modo invalidi sunt, qui paullo ante formidabiles. Quod autem non multo post aït Livius, cum Appulis eos in fidem venisse, quibus gentibus nihil ad eam diem cum populo Romano fuerit: id quidem confirmat hujus loci scripturam. Accepto enim beneficio per legatos in Samnium a Romanis missos hanc gratiam retulerunt. Nec celabo lectorem, si cui forte id magis placeat, Albertum Rubenium conjecisse *Poluscani*, quum Πολυσκανῶν Χώραν in Volscis commemoret Dionysius l. 8, [p. 509.] Cluverius 3. Ital. ant. [8. p. 1046.] suspicatur *Fabraterni et Arcani.* J. FR. GRON. *Sidicini et Lucani* Harlej. 2. Hearnii Oxon. L. 1. et edd. ant. pro quo *Frabaterni et Lucani* receperunt Mediol. anni 1495. et 1505. idem in marginem rejecit Ascens. 1513. et 1516. *Fabraterni et Lucani* emendavit Aldus. Et ita praeferunt alii scripti, nisi quod *ex Volscis Fabiterni et Lucani* sit in Lovel. 2. et 3. *ex Volscis Fabaterni et Lucani* in Gaertn. *ex Volscis et Frabaterni et Lucani* in Fragm. Hav. *ex Volscis Frabraternis et Lucanis* in Voss. 2. An itaque Livius dedit *legati ex Volscis Fabraternis et Lucani*? De *Fabrateria*, cujus incolae *Fabraterni* dicti sunt, v. Cluver. 3. Ital. ant. 8, p. 1038.

Orantes, ut in fidem reciperentur] *acciperentur* Harlej. 2. et edd. ante Aldum, qui primus *reciperentur* substituit. Id autem tuentur reliqui omnes codices. Supra c. 4, 9. *Sidicinos in fidem receptos, Campanos ab se ad nos descisse audierunt.* Alibi etiam saepe *recipere* pro simplici capere vel accipere apud Livium obcurrit. 23, 44, 3. *Hoc conloquium abstulit spem Hannibali per proditionem recipiendae Nolae.* 39, 23, 11. *Amynandrum Athamania expulerat, et urbes aliquot receperat.* quibus locis plura notantur.

§. 2. *Fideliter atque obedienter futuros*] *adque obedienter* Flor. eodem errore, quo *at* et *ad* pas-

natu legati, denunciatumque Samnitibus, ut eorum populorum finibus vim abstinerent. valuitque ea legatio, non tam quia pacem volebant Samnites,
4 quam quia nondum parati erant ad bellum. Eodem

sim in libris manu exaratis confunduntur. V. supra ad 6, 24, 8. *ac obedienter* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed v. ad 10, 36, 17. *atque obedientes* Harlej. 1. ut adverbium et adjectivum hic per copulam jungantur, ut supra 2, 30, 12. *Effusi et contemtim pugnam iniere.* V. ad 3, 60, 6. (* 36, 23, 4.) Sed reliqui codd. nihil mutandum evincunt. Paullo ante *ab Samnitium armis* Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Praeterea *se pro imperio* Lovel. 4.

§. 3. *Missi tum ab senatu legati, denunciatumque Samnitibus*] *tunc ab senatu* Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 2, 12, 15. *tum a senatu* Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *denunciatum quoque* Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. eodem errore, quo *hodie quoque*, pro *hodieque*, similiaque hujus generis saepe data sunt a librariis. V. supra ad 5, 27, 1. *denunciatum Samnitibus*, omissa copulante particula *que*, Portug. Haverk. Fragm. Hav. a. m. 2. et Hearnii Ox. N. et B. ut construendum foret *missi denunciatum*. De hoc usu supini v. infra ad 22, 21, 3. Integerrimi tamen codices in vulgatum conspirant: quare nihil mutandum arbitror. Quemadmodum autem hic verbum impersonale *denunciatum* jungitur personali *missi*, ita et infra factum hoc cap. *Pauci in turba fugae extremae, quum in castra ruerent, caesi; primisque tenebris Privernum inde petitum.*

Eorum populorum finibus vim abstinerent] Ita edidit Cl. Jac. Gronovius, eumque secutus Clericus, qui tamen ante omnia se operam daturum promiserat, ut Livius ad J. Fr. Gronovii mentem quam adcuratissime ederetur, idque non infeliciter a se praestitum jactavit. Omnes priores, non modo typis exarati, sed et Msti plerique, praeferunt *ut eorum*, nisi quod τὸ *ut* etiam a m. 1. desit in Fragm. Hav. Voculam igitur perperam ejectam in pristinum locum restitui. Deinde dictio *populorum* omissa erat in Portug. et Haverk.

Non tam quia pacem volebant Samnites, quam quia nondum parati erant] *quod pacem volebant* Lovel. 4. Alibi saepe τῷ *quod* subjungitur *quia*, vel contra τῷ *quia* vox *quod*. V. infra ad 39, 41, 2. Hic tamen nihil mutandum puto ob reliquorum librorum dissensum. Passim autem τὰ *quod* et *quia* a scribis confunduntur. V. ad 38, 36, 4. Praeterea *quia non parati erant* Portug.

§. 4. *Eodem anno Privernas bellum initum*] *Privernans bellum* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *Privernum* Lovel. 2. Male. V. supra hoc lib. ad c. 1, 3. *Prevernas* Voss. 2. et Gaertn. Tum vocabulum *bellum* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. et Gaertner. Deinde *initium* Florent. et Harlej. 1.

Dux etiam Fundanus fuit, Vitruvius Vaccus] Pal. primo vocatur *Viturius Vacius*. sec. *Victurbius Bacchus*. tertio *Autubrius Vacius*. alias *Vitrubius*. GEBH. *Dux etiam fuit Fundanis* Haverk. Reliqui scripti eam vocum trajectionem probant, sed *Fundanus* servant, quorum fidem secutus sum.

anno Privernas bellum initum: cujus socii Fundani, dux etiam fuit Fundanus, Vitruvius Vaccus; vir non domi solum, sed etiam Romae, clarus. aedes fuere in Palatio ejus, quae Vacci prata, diruto ae-

Ceterum utrumque nomen ducis varie proferunt libri scripti. Et quidem prius effertur vel *Victubrius*, vel *Victurbius*, vel *Vitubrius*, vel *Nitubrius*, vel *Vitrubius*; posterius *Bacius*, *Baccus*, *Bacchus*, *Bactus*, *Bachus*, *Vacius*, *Vaccus*. Apud P. Victor. de region. urb. in reg. x. Palatio memorantur *Prata Bacchii*, *ubi fuerunt aedes Vitruvii Fundani*. Pierius autem ad Virg. Ecl. 3, 90. testatur, ubi hoc loco in vulgatis codicibus scriptum est *Vitrubius Bacchus*, in vetusto codice *Vaccus* per *v* digammon haberi, et inferius *Vacci prata*. Quum autem addat, ab Adamantio observatum esse, frequentissime veteres dixisse *Favium* pro *Fabio*, in ea opinione fuisse videtur, legendum esse *Vitrubius Baccus*: in quam lectionem consentiunt etiam optimi codd. Florent. Voss. 1. Harlej. 1. Lovel. 1. et Klock. neque longe abit Leid. 1. qui habet, transpositis literis, *Vitubrius Baccus*. In scriptis passim obviam esse literarum *B*. et *V*. commutationem, supra vidimus ad 5, 24, 5. Quum autem, *Vitruvius*, non *Vitrubius*, scribendum esse, hodie constet, adeoque optimos codd. immo omnes, quos consului, perperam in ea voce *b* pro *v* dedisse, eo animus inclinat, ut credam, idem etiam in voce sequenti commissum, ac scribendum esse *Vaccus*, quoniam optimi libri mox in *Vacci pratis* literam *V* servant. De eo tamen cum quoquam serram ducere nolim. Mox alio vocabulorum ordine *non solum domi* Leid. 2. et Lovel. 1.

Aedes fuere in Palatio ejus, quae Vacci prata] Hinc Cicero pro domo [38.] *In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quae publicata est et eversa*. SIG. Doujatius legendum conjicit, *aedes fuere in Palatio; ejusque Vacci prata*. Addit duas rationes; primam quod constructio haec, sive ordo verborum, *aedes fuere in Palatio ejus*, haud satis adrideret; secundam quod *ejus* has aedes fuisse ex ante et post dictis intelligatur. Ego nihil mutandum puto. Hoc enim argumento Livius probat, eum clarum Romae exstitisse, quod etiam aedes *ejus* in Palatio fuerint. In lectione vero, quam Doujatius repositam voluit, magis, quam in vulgata, *τὸ ejus* abesse potuit: quum nemo haec legens dubitaturus sit, utrum *Vacci prata* ab *ejus Vacci*, an ab alterius cognominis nomine adpellata sint. Praeterea haud delicati palati esse debet, cui haec orationis compositio placebit: *aedes fuere in Palatio, ejusque Vacci prata adpellata*. Saltem dedisset *aedes fuere in Palatio, ejus quae Vacci prata adpellata*. Sed, ut dixi, vulgatum praefero. Praeterea *qui Vacci prata* Gaertn. *qua Vacri prata* Fragm. Hav. a m. 1. in quo a m. 2. *quae* emendabatur. *quae Bacchi prata* Lovel. 2. Haverk. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *quae Bacci prata* Portug. *quae vacet prata* Voss. 2. *quae Vacti prata* Leid. 1. et Lovel. 1. *quae Vacti pasta* Klock. Reliqui recte *quae Vacci prata*. V. modo ad verba praecedentia.

Diruto aedificio publicatoque solo, adpellata] Pall. duo *disrupto*. sec. *dirupto*. GEBH. *dirupto* Voss. 1. Lovel. 1. Portug. et Ha-

5 dificio publicatoque solo, adpellata. Adversus hunc, vastantem effuse Setinum Norbanumque et Coranum agrum, L. Papirius profectus, haud procul castris
6 ejus consedit. Vitruvio nec, ut vallo se teneret adversus validiorem hostem, sana constare mens, nec, ut longius a castris dimicaret, animus subpetere. vix tota extra portam castrorum explicata acie, fugam magis retro, quam proelium aut hostem, spectante

verk. V. ad 9, 45, 17. *disrupto* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. *disruto* Harlej. 1. *dirutae* Lovel. 4. Praeterea *adpellat* Leid. 1. sed literam ultimam *a* intercepit prima vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. *adpellatae* Hearnii Oxon. L, 2. [Veith.] quasi vero *quae adpellata* potius cum τῷ *aedes*, quam cum τοῖς *Vacci prata* convenire deberent. Aliter supra locutus est 2, 13, 5. *Agrum dono dedere, quae postea sunt Mucia prata adpellata.* 3, 26, 8. *Quatuor jugerum colebat agrum, quae prata Quinctia vocantur.* Incertus etiam haesisse videri potest librarius Lovel. 2. ideoque dedisse *adpellantur.*

§. 5. *Adversus hunc, vastantem effuse Setinum Norbanumque et Coranum agrum*] *devastantem* Lovel. 2. invitis aliis omnibus. Deinde *Seccin̄* Lovel. 1. *Secinum* Lovel. 2. *Seccinium* Leid. 2. *Sicinum* Portug. *Siccinum* Haverk. *Sentinum* Voss. 2. *tinum* Harlej. 1. ubi prima syllaba intercepta est ab ultima vocis praecedentis. V. ad 5, 19, 4. Tum *Norbanum*, omissa vocula *que*, ed. Parm. anni 1480. Male. V. ad 2, 31, 1. Postea *atque Coranum* Lov. 4. *et Corbanum* Portug. et Haverk. Mox Papirii praenomen *L.* deest in Haverk. Tandem *castris enim consedit*, pro *castris ejus*, Lov. 3.

§. 6. *Vitruvio nec, ut vallo se teneret*] *Victurbio* Portug. et Haverk. *Viterbio* Gaertn. *Vitubrio* Voss. 2. et Lovel. 3. *Vitrubrio* Leid. 2. Reliqui omnes *Vitrubio*. V. supra ad §. 4. Insuper *ut nec vallo se teneret* Lovel. 3.

Sana constare mens] Vet. lib. *sane*. SIG. Apage Sigonii et Pal. sec. *sane*. GEBH. Sigonius cum maculoso suo libro *sane*. Putaverat enim *sana esse*, aut *constare* solum dicendum. Ut 9, [9, 12.] *An si sana mens fuisset.* 39, [34, 7.] *Ut non color, non vultus ei constaret.* Seneca epist. 22. *Non animus nobis, non color constat.* Sed vulgatum, quod nusquam non nobis recurrit, firmat Plautus Trinummo [2, 4, 53.]

Satin' tu sanus mentis aut animi tui,
Qui conditionem hanc repudies?

Ovidius 8. Met. [35.]

Vix sua, vix sanae virgo Niseïa compos
Mentis erat.

Et Cicero, qui Philipp. 2, [28.] *Nec vero te unquam, neque vigilantem, neque in somnis, credo mente posse consistere.* idem 1. in Verr. [3.] *Religiones vero caerimoniaeque omnium sacrorum fanorumque violatae consistere ejus animum sine*

ctante milite, sine consilio, sine audacia depugnat: et ut levi momento nec ambigue est victus; ita, 8
brevitate ipsa loci facilique receptu in tam propinqua castra, haud aegre militem a multa caede est tutatus: nec fere quisquam in ipso certamine, pau- 9
ci in turba fugae extremae, quum in castra ruerent, caesi; primisque tenebris Privernum inde petitum agmine trepido, ut muris potius, quam vallo, sese tutarentur. A Priverno Plautius alter consul, per-

furore atque amentia non sinunt. J. FR. GRON. *sane* ex meis etiam Portug. Gaertn. et Haverk. quod recte viri docti rejecerunt. *sanus animus* memoratur infra hoc libro c. 27, 9. *Tumultuque etiam sanos consternante animos decernitur.* ubi v. quae notantur. Ceterum quemadmodum hoc loco non simpliciter *mens constare*, sed *mens sana constare* dicitur, ita etiam aliquis dicitur *consistere mente quieta* apud Cic. 2. de Divin. cap. ult. *Ut numquam liceat quieta mente consistere.* Insuper *constaret*, et mox *suppeteret*, habent Florent. Voss. 2. et Lovel. 3. sed in priori libro utroque loco postremum *t* postea fuit erasum. *suppetebat* Lovel. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac C. Praeterea *longius castris*, pro *a castris*, Harlej. 1.

§. 7. *Fugam magis retro, quam proelium aut hostem, exspectante milite*] *spectante milite* legi debet. GELEN. *ut fuga n magis* Gaertn. *aut fugam magis* Portug. Deinde *hostem spectate milites* Leid. 1. *hostem exspectare milicie* Lovel. 2. *hostem exspectate militiae* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. *hostem exspectante milite* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. duo, Portug. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. duae, indeque reliquae usque ad Froben. qui anno 1535. Gelenii emendationem recepit. Gelenio autem ex scriptis favent Florent. et Lovel. 4. et ex editionibus antiquioribus, quas vidi, Rom. anni 1472. et Parm. Sollemne fuit librariis, ut voces *spectare* et *exspectare* inter se confundant. V. supra ad 6, 33, 1. [*proelium haud hostes exspectante* Veith.]

§. 8. *Et ut levi momento*] *et in levi momento* Lovel. 2. *ut et levi momento* Lovel. 4. Mox *facilique recepta*, pro *receptu*, Gaertn.

§. 9. *Nec fere quisquam in ipso certamine*] *nec ferre* Leid. 1. *nec ferret* Harlej. 1. *nec ferme* Leid. 2. Lovel. 1. et Haverk. V. infra ad 37, 38, 5. Mox *in castra reverterent*, pro *ruerent*, Fragm. Hav. a m. 1. Verum hoc verbum, tantum in perfecto, forma activa apud Livium aliosque efferri solet. V. ad 6, 29, 8.

Privernum inde petitum] *petitur* Voss. 2. et Lovel. 3. Mox *vallo* deficit in Voss. 2. Deinde *se tutarentur*, pro *sese*, legunt Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Gaertn.

A Priverno Plautius, alter consul] Praepositionem *A* non agnoscit Oxon. L. 1. apud Hearnium.

vastatis passim agris praedaque abacta, in agrum
10 Fundanum exercitum inducit. Ingredienti fines senatus Fundanorum obcurrit; *negant, se pro Vitruvio sectamque ejus secutis precatum venisse, sed pro Fundano populo; quem extra culpam belli esse, ipsum Vitru-*

sed vocem *alter* omittit Lovel. 4. Mox *prevastatis* est in Fragm. Hav. Passim *prae* et *per* in verbis compositis commutantur. V. ad 9, 10, 7. Praeterea *praedaque adacta*, pro *abacta*, Gaertn. quomodo et alibi scribae aberrarunt. V. quae notavi ad Silii 11, 14.

In agrum Fundanum exercitum inducit] *exercitum ducit* Lovel. 4. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. C. Sed nihil mutandum. V. ad 40, 25, 1. Et solet Livius verbo cum praepositione *in* composito eamdem in regimine addere. V. ad praefat. §. 11. Hic vero prima syllaba vocis *inducit* intercidit ob similitudinem ductuum literae finalis vocis praecedentis. V. supra ad 5, 27, 6.

§. 10. *Senatus Fundanorum obcurrit; negant, se pro Vitruvio sectamque ejus*] *negavit* Fragm. Hav. a m. 1. *negat* Hearnii Oxon. B. Displicuit, credo, librariis, vocem *senatus* conlectivorum more cum verbo plurali construi; quod tamen apud Livium admodum frequens est. V. supra ad 4, 58, 4. Tum *Victurbio* Portug. et Haverk. *Victurio* Klock. *Viturbio* Lovel. 3. *Vitrubio* reliqui omnes. V. ad §. 4. Deinde *sectamque et* Harlej. 1.

Quem extra culpam belli esse, ipsum Vitruvium indicasse] Scio illud 9, [34, 9.] *Violentos illos censores, C. Furium et M. Geganium, qui, quid iste magistratus in republica male facere posset, indicarunt.* Hic tamen vereor, ne scripserit Livius *judicasse*. Sic enim dicuntur eleganter, qui facto aliquo suo praejudicium de re faciunt, et ex eo aliis dant aestimandi copiam. Cic. 15. Famil. ep. 1. *Et quod genus hoc militum sit, judicavit vir fortissimus M. Bibulus in Asia, qui, quum ei permisissetis, delectum habere noluerit.* Pro Quinctio [8.] *Clamabat porro ipse Quinctius, sese idcirco nolle satisdare, ne videretur judicasse, bona sua ex edicto possessa esse.* Et sic *statuere* in eadem oratione [c. 24.] *Quid si tu ipse, Sex. Naevi, statuisti, bona P. Quinctii ex edicto possessa non esse? opinor, tuum testimonium, quod in aliena re leve esset, id in tua, quoniam contra te est, gravissimum debet esse. Emisti bona Sex. Alpheni, L. Sulla dictatore vendente: socium tibi in hujus bonis edidisti Quinctium.* Suspicor ita fuisse etiam 28, 19, 6. *Ipsos claudendis portis judicasse Hispanos, quid, ut timerent, meriti essent.* Et apud auctorem de bello Alexandrino 54. *Secundani veriti, ne soli relinquerentur, atque ex eo, quod sensissent, judicarentur, secuti sunt factum superiorum.* Noster 9, [9. 8.] in verbis Postumii. *Et hoc ipsi etiam Samnites judicaverunt, quibus non satis fuit consules spondere,* etc. Hic autem, ut conjeceram, Heim. et duo Vossiani. J. FR. GRON. *judicasse* praeter codices Gronovio memoratos praeferunt etiam Leid. duo, Lovel. 3. Harlej. duo, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et edd. Froben. anni 1535. eamque secutae aliae usque ad Basil. anni 1555. et Sigonianam primam, ubi iterum *indicasse* receptum est. Potuerunt autem ver-

vium judicasse, quum receptaculum fugae Privernum habuerit, non patriam Fundos. Priverni igitur hostes po- 11
puli Romani quaerendos persequendosque esse, qui simul a Fundanis ac Romanis, utriusque patriae inmemores, defecerint. Fundanis pacem esse, et animos Romanos, et

ba *indicare* et *iudicare* ob literarum similitudinem nullo negotio a minus advertente scriba confundi. Exempla v. ad Epit. Liv. 63. Praeterea *ipse Vitrubius indicasset* Lovel. 1. *Victurbium* Haverk. *Viturbium* Voss. 2. Lovel. 3. Portug. et Gaertn. *Vitrubium* reliqui. V. ad §. 4.

Quum receptaculum fugae Privernum habuerit, non patriam Fundanos] Hoc recte emendarunt alii, *Fundos* legentes, ut est in vetustioribus codicibus. Est enim *Fundanus* denominativum a *Fundis*, ut *Faliscus* a *Faleriis*. GLAR. *receptaculum fugae primum habuerit* Gaertn. *Privernium habuerit* Fragm. Hav. *Privernum habuit* Portug. V. ad 40, 14, 11. *Fundanos*, quod recte Glareanus rejecit, superest tamen in Florent. Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 3. Harlej. utroque, et Fragm. Hav. Vox tota deest in Lovel. 4. Alii codd. servant *Fundos*, quod primum comparuit in ed. Mediol. anni 1505. Inde vero in margine Ascens. anni 1513. mox in contextu Mogunt. Colon. anni 1525. et deinde in ceteris.

§. 11. *Priverni igitur hostes populi Romani*] *Privernos* Portug. et Haverk. *Privernates* Lovel. 2. Mox *persequendos*, pro *persequendosque*, edd. Rom. anni 1472. et Parm. Hinc *atque Romanis* Fragm. Hav. Tum *fecerint* Lovel. 3. *defecerunt* Voss. 2. Harlej. 2. et editiones Frobeniana anni 1535. antiquiores.

Fundanis pacem esse, et animos Romanos] Vet. lib. *Fundis*, quod placet. dixit enim *Priverni hostes esse*. SIG. Illud *pacem* nihil est. Lege *Fundanis autem esse et* (sine interpunctione omni) *et gratam*. Prius illud *et* more solenni παρέλκον est, et figuram facit. T. FABER. Quamvis *Priverni* praecesserit, optime tamen *Fundanis* subjungere potuit Livius, ut hac varietate orationem distingueret: qua ratione etiam dixit Sallust. in Jug. 19. *Magna pars Gaetulorum et Numidia*, non *Numidae*. Ubi v. Cortium. Non male tamen *Fundis* probavit Sigonius. Eam enim lectionem tuentur Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 2. 3. Klockian. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. N. L. 2. B. et ed. Mediol. anni 1505. pro quo *Fundisque* legit Portug. *pacem* vero, quod nihil esse judicat Faber, superest in omnibus scriptis, nisi quod *parcem* sit in Voss. 1. *parcere* in Leid. 2. Neque video caussam, ob quam illud *pacem* rejiciendum sit. Praeterea *et anus Romanus* Gaertner. *et amicos Romanos* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. ac C. quod probari nequit. Quemadmodum enim *hostis Romanus* non intelligitur de eo, qui hostilem animum in Romanos gerit, sed de ipsis Romanis, qui alii populo vel homini hostes sunt; v. Gronov. ad 1, 26, 4. ita etiam *amicus Romanus* non is dicitur, qui amicitiam colit cum Romanis, sed ipse populus Romanus, qui alium amicitia complectitur. Si itaque *amicos*, pro *animos*, tot codicum auctoritate recipiendum sit, vel etiam cum Voss. 2. et Lo-

12 *gratam memoriam acceptae civitatis. Orare se consulem, ut bellum ab innoxio populo abstineat: agros, urbem, corpora ipsorum, conjugumque, ac liberorum suorum,*
13 *in potestate populi Romani esse, futuraque.* Conlaudatis Fundanis, consul, literisque Romam missis, in officio Fundanos esse, ad Privernum flexit iter. Prius animadversum in eos, qui capita conjurationis fue-
14 rant, a consule scribit Claudius: ad trecentos quinquaginta ex conjuratis vinctos Romam missos; eam-

vel. 3. vox sequens *Romanos* deleri, vel in *Romanis* mutari debet; ut illud *Romanos* natum sit ex compendio *Rom.* vel *Ro.* De locutione autem *amicus Romanis* v. ad 39, 47, 10. Si *Fundis* legimus, magis *amicos Romanis;* si vero *Fundanis* servamus, *animos Romanos* magis convenire videtur. *amicus* et *animus* etiam alibi commutantur. V. ad 9, 6, 8.

§. 12. *Orare se consulem, ut bellum ab innoxio populo abstineat*] *abstineant* Florent. a m. 2. Verum ita dicendum fuisset *Orare se consules*, ut praefert Fragm. Hav. Sed non ambo consules exercitum in agrum Fundanum induxerunt, at solus tantum Plautius alter eorum.

Conjugumque, ac liberorum suorum, in potestate populi Romani esse, futuraque] Pall. tres, ut et Camp. ed. *esse futura. Ob quae collaudatis Fundanis consul.* GEBH. *conjugiumque* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed usu obtinuit, ut genitivus pluralis τοῦ *conjux* efferatur *conjugum*, ad differentiam vocis *conjugium.* V. Voss. 4. Gramm. 14. *conjugum ac liberorum* Gaertner. Male. V. ad 2, 31, 1. Deinde τὰ *in potestate* desunt in Fragm. Hav. a m. 1. τὸ *Romani* in Voss. 2. et Lovel. 3. Insuper *esse futura. Ob quae collaudatis Fundanis* Voss. 2. Lovel. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] *esse futura* 3. *Ob quae collaudatis Fundanis* Fragm. Hav. *esse futuraque. Ob quae collaudatis Fundanis* Voss. 1. in margine, Leid. 2. a m. 2. Lovel. 3. Hearnii Oxon. N. et ed. Parm. *esse futura. Ob quae*, duabus proximis vocibus neglectis, Lovel. 1. a m. 1. Sed optimi codd. in vulgatum conspirant. Illa *Ob quae* nata sunt ex interpolatione eorum, qui sine his Livii orationem male cohaerere existimabant.

§. 13. *Conlaudatis Fundanis, consul, literisque Romam missis*] *literis Romam missis* Lovel. 1. Voss. 1. Leid. 2. et Portug.

Ad Privernum flexit iter] Vox *iter* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Quomodo supra locutus est Livius 3, 8, 6. *Vastavere agros Praenestinum Gabinumque: ex Gabino in Tusculanos flexere colles.* (* 28, 16, 3.) Aliis tamen eam servantibus, ego nihil muto. Infra 35, 31, 3. *Demetriadem iter flexere.* ubi v. J. Fr. Gronovium, et Cl. Jac. Gronovium ad 29, 33, 8. Mox *ab consule* Portug. Gaertn. et Haverk. *ad consules* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 14. *Ad trecentos quinquaginta*

que deditionem ab senatu non acceptam: quod egentium atque humilium poena defungi velle Fundanum populum censuerint.

XX. Privernum duobus consularibus exercitibus 1
quum obsideretur, alter consul comitiorum caussa
Romam revocatus. Carceres eo anno in circo pri- 2
mum statuti. Nondum perfunctos cura Privernatis
belli tumultus Gallici fama atrox invasit, haud ferme
umquam neglecta Patribus. Extemplo igitur consules 3

ex conjuratis vinctos Romam missos] *ad trecentos quinque conjuratos vinctos* Hearnii Oxon. C. *a CCC. L. ex conjuratis vinctos* Lovel. 1. a m. 1. unde emendandum esse conjici posset *IↃCCCL ex conjuratis vinctos*. Alibi enim nota numeri quingenarii et litera *a* in Mstis commutantur. V. ad 10, 29, 17. Quum tamen in eodem cod. a m. 2. emendetur *ad CCCL.* eamque lectionem reliqui codd. servent, receptae scripturae controversiam non movendam esse censeo. Praeterea *victos* Leid. 1. V. ad Liv. 30, 12, 7. Mox *eam deditionem* Portug. tum *a senatu* Gaertn. et edd. vett. Denique *τὸ non* deficit in Lovel. 1.

Egentium atque humilium poena defungi velle Fundanum populum censuerint] *ac humilium* Lovel. 2. Quod cur Livii non sit, infra dicam ad 10, 36, 17. Hinc *populum* exsulat a Florent. et Lovel. 4. Deinde *censuerunt* Lovel. 4. et Harlej. 2. *censuerant* Portug. et Haverk.

§. 1. *Comitiorum caussa Romam revocatus*] *comitiorum tam Romam revocatus* Voss. 2. et Lovel. 3. V. supra hoc lib. ad c. 14, 1. *revocatis* Leid. 2.

§. 2. *Carceres eo anno in circo primum statuti*] Varro 4. de lingua Lat. [p. 37.] *In Circo primo, unde mittuntur equi, Carceres dicuntur, dicti quod coërcentur equi, ne inde exeant ante, quam magistratus misit.* SIG. *Circenses*, pro *Carceres*, Lovel. 2.

§. 3. *L. Aemilius Mamercus et Cn. Plautius*] Scribe *L. Aemilius Mamercinus et C. Plautius*. De *Mamercino* testantur et vetera, et Capitolina monumenta. De *C. Plautio* triumphus ejus Capitolinus, in quo ipse ita describitur. *C. PLAVTIVS. P. F. P. N. DECIANVS.* Sunt enim multi per haec tempora illustres Plautii, sed diversis cognominibus praediti, *Proculo*, *Hypsaeo*, *Vennone*, *Venoce*, *Deciano*. Hunc tamen adoptionis cognomine uti censeo, non familiae. SIG. Prioris consulis praenomen *L.* omissum est in Leid. 2. Ejusdem cognomen *Mamercius* scribitur in Harlej. 1. *Mamertinus* in Voss. 2. Lovel. 1. 2. et Haverk. *Mamercinus* in Flor. Voss. 1. Leid. 1. Port. a m. 1. Klock. Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. *Mamercus* vero, quod editi ante Sigonium exhibent, apud me tantum superest in Leid. 2. Harlej. 2. et Gaertn. V. supra hoc lib. ad c. 12, 4. Ex fastis vero Capit. triumphal. constat, hunc secundum Aemilii consulatum esse. Iterum igitur Livius iterati honoris

novi, L. Aemilius Mamercinus et C. Plautius, eo ipso die, Kalendis Quinctilibus, quo magistratum inierunt, comparare inter se provincias jussi; et Mamercinus, cui Gallicum bellum evenerat, scribe-
4 re exercitum sine ulla vacationis venia. quin opificum quoque vulgus et sellularii, minime militiae idoneum genus, exciti dicuntur: Vejosque ingens

notam omisit. V. ad 2, 16, 7. Primus autem consulatus memoratur supra hoc l. 8, 1, 1. Hic itaque locus junctis fastis triumph. docet, errare ibi codd. qui eum *T.* vel *Titum Aemilium* vocant. Deinde particulam copulantem *et* omittit Lovel. 2. eamdem cum vocibus duabus sequentibus neglegebat Fragm. Hav. a m. 1. sed solum alterius consulis praenomen Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. Sed *Caji* praenomen recte ei tribuunt Voss. 1. Lovel. 4. Harlej. 2. Klock. Fragm. Hav. a m. 2. et edd. Tarvis. utraque, Venet. anni 1495. et 1506. cum Ascens. anni 1516. ac quaedam aliae. Paullo ante *Exemplo* Flor. V. ad 34, 33, 8.

Eo ipso die, Kalendis Quinctilibus, quo magistratus inierunt] Non displicet *magistratum*, quod ex Sigonio et scriptis quibusdam adnotat Hearnius. Nam ita fere solet Livius. 24, 10, 1. *Quo die magistratum inierunt consules, senatus in Capitolio est habitus.* Adde 33, 43, 1. et 41, 8, 4. Indicat hic Livius caussam festinati decreti senatus de provinciis, nempe terrorem tumultus Gallici: nam alioqui deliberatio de provinciis saepe differebatur. DUK. *eo ipse die* Harlej. 1. et Fragm. Hav. Vox *die* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *X. Kal. Quintil.* Hearnii Oxon. L. 2. At, si vera sunt, quae notat Dodwell. in notis ad Chronol. Graeco-Rom. subjunctam Dion. Halic. ad ann. ante natum Chr. cccxxx. receptum non fuisse, ut consules aliis diebus, quam Kalendis mensium vel Idibus magistratum inirent, patet, lectionem illam falsam, ac vulgatum servandum esse: siquidem non addatur, hos consules extraordinario die honorem occepisse, quod ceteroquin alibi Livius notare solitus est. *Klis Quinctilib. quae nunc Juliae sunt* Lovel. 4. Sed quatuor postrema verba ex glossa marginali in contextum irrepsisse videntur. Eadem tamen non tantum supersunt etiam in Florent. sed insuper adduntur haec sequentia. *Consules magistratum iniisse: adversus tumultus Gallici famam tanta cura exercitum esse conscriptum, ut opifices etiam et sellularii centuriarentur.* quae omnia ex lemmate marginali in contextum admissa sunt. Hunc autem errorem etiam multis aliis locis in Mstis obcurrere, supra dictum est ad 7, 40, 4. Deinde *magistratum inierunt* Florent. Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. quorum fide id recepi. Passim Livius ita loqui solet. Supra 3, 55, 1. *Consules creati, qui extemplo magistratum occeperunt.* 4, 37, 3. *Consules ii, quos diximus, Idibus Decembribus magistratum occepere.* 5, 9, 1. *Novos tribunos mili-*

exercitus contractus, ut inde obviam Gallis iretur.
longius discedi, ne alio itinere hostis falleret ad 5
urbem incedens, non placuit. Paucos deinde post
dies, satis explorata temporis ejus quiete, a Gallis
Privernum omnis conversa vis. Duplex inde fama 6
est: alii vi captam urbem, Vitruviumque vivum in
potestatem venisse: alii, priusquam ultima adhibe-

tum creandos esse, qui Kalendis Octobribus magistratum occiperent. et mox: *Comitia tribunorum militum habuere, qui Kalendis Octobribus magistratum occiperent.* c. 32, 1. *Kalendis Quinctilibus magistratum occepere.* 6, 5, 7. *Hi ex interregno magistratum occepere.* 7, 17, 13. *Duo patricii consules creati sunt* etc. *eodemque die magistratum inierunt.* c. 25, 1. *Priusquam inirent novi consules magistratum.* 26, 1, 1. *Consules quum Idibus Martiis magistratum inissent.* 27, 7, 7. *Idibus Martiis, quo die magistratum inierunt, Italia ambobus* consulibus *provincia decreta.* 31, 50, 6. *Aediles curules creati sunt forte ambo, qui statim occipere magistratum non possent.* Mox *comparari*, pro *comparare*, Portug. a m. 1. et Haverk.

Et Mamercinus, cui Gallicum bellum evenerat] V. Gronov. 1. Obs. 10. DUK. Vocula *et* non adparet in Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Fragm. Hav. et edd. Tarvis. utraque, aliisque ante Aldum. Deinde *Mamertinus* Voss. 2. Lovel. 1. 2. et Haverk. *Mamercius* Harlej. 1. *Mamercus* Leid. 1. Harlej. 2. Portug. et Gaertn. Alii omnes recte *Mamercinus* praeferunt. V. modo hoc ipso §. Tum *bellum Gallicum* Portug. et Haverk. Mox *vocationis*, pro *vacationis*, Florent. Harlej. 1. et ed. Parm. V. ad 5, 8, 2.

§. 4. *Sellularii, minime militiae idoneum genus*] *fesulani* Voss. 2. et Lovel. 3. *suesselarii* Portug. *sessularii* Leid. 2. Gaertn. et Haverk. *sellurus* Florent. Tum *numine militiae* Lovel. 3. *numen militiae* Gaertn. Mox etiam *exerciti*, pro *exciti*, ed. Parm. V. ad 10, 33, 1.

Vejosque ingens exercitus contractus, ut inde] *Vejos quoque* Hearnii Oxon. B. V. ad 5, 27, 1. *Vejosque ingentes* Harlej. 2. Tum *exercitus cētus* Lovel. 1. *exercitus ductus* Lovel. 4. Male. Supra 2, 23, 12. *Pauci admodum Patrum, quos casus obtulerat, contracti ad consules.* 27, 41, 1. *Undique contracto exercitu, in Lucanos ad Grumentum venit.* Hinc *et inde* Haverk.

§. 5. *Longius discedi, ne alio itinere hostis falleret ad urbem incedens*] *discendi* Lovel. 1. Pari modo librarii *discedere* et *descendere* commutarunt. V. ad 9, 14, 7. Deinde *incendens* Flor. et Leid. 1. V. ad 4, 38, 4. 9, 23, 13. et 10, 12, 7. ita *incensurum* et *incessurum* commutantur infra 9, 9, 6. *succedere* et *succendere*. V. ad 9, 27, 10.

Explorata temporis ejus quiete, a Gallis Privernum omnis conversa vis] *temporis ipsius quiete* Haverk. Deinde *ab Gallis* Portug. et Haverk. Tum *in Privernum* Lovel. 2. Denique *omnis vis conversa* Leid. 2.

§. 6. *Vitruviumque vivum in potestatem venisse*] Pall. omnes et princeps ed. *in potestate venisse.* Indicare memini superius. Sic

retur vis, ipsos se in deditionem consulis caduceum praeferentes permisiſſe, auctores sunt, Vitru-
7 viumque ab suis traditum. Senatus, de Vitruvio Privernatibusque consultus, consulem Plautium, dirutis Priverni muris, praesidioque valido inposito,

infra c. 24. e Pal. sec. *Regem aut vivum aut mortuum in poteſtate dediſſe.* c. 26. *Ab sociis in urbe receptis.* GEBH. *in poteſtate veniſſe* etiam Voſſ. 2. Leid. 1. Harlej. 2. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Eadem ratione *in conſpectu venire* obferunt plurimi scripti et vetuſtiores typis excusi 7, 40, 1. Ceterum *Victrubiumque* Portug. a m. 1. *Victurbiumque* a m. 2. ut et Haverk. *Viturbiumque* Gaertn. *Vitrubiumque* reliqui. Et ita fere omnes iidem infra ter hoc cap. exhibent. V. supra ad cap. praec. §. 4. Tum *vinum* Lovel. 3. *victum* Lovel. 4. a m. 1. Pariter *vivere* et *vincere* in Mſtis commutare consueverunt librarii. V. viros doctos ad Ovidii 15. Met. 401. et Broekhus. ad Prop. 4. El. 1, 54.

Ipsos se in deditionem consulis caduceum praeferentes permisiſſe] Malim *in ditionem*, id eſt, poteſtatem. Solent enim haec duo vocabula saepe confundi. Cicero pro Fontejo [14.] *Videtis positum in veſtra fide ac poteſtate: atque ita ut commiſſus sit fidei, permisſus poteſtati.* Caesar 2. Gall. [3.] *Se suaque omnia in fidem atque poteſtatem populi Romani permittere.* J. FR. GRON. *Permittere se in deditionem alicujus* nusquam legi puto; *in ditionem* plus semel dicit Curtius. *ditio* et *deditio* saepe permutari, alibi ad Livium oſtendit Gronovius. In Juſtino quoque 25, 3. *Atque ita Pyrrhus Macedoniam in deditionem accipit*, idem emendat *in ditionem.* Hoc probat Graevius. Mihi ampliandum videtur. DUK. *in deditione* Klock. *in deditionem* Lovel. 1. *in ditionem*, ut Gronovius conjicit, praeferunt Leid. 1. et Harlej. 1. Ita *in ditionem permittere* infra eſt 40, 49, 4. *In ditionem se suaque omnia Romanis permiserunt.* Solent autem librarii haec vocabula commutare. V. ad 26, 21, 17. Doujatius tamen, cauſſatus, qui se dedebant, non in ditionem consulis, sed populi Romani veniſſe, legendum censet, *se in deditionem consuli permisiſſe.* Et sane *in ditionem populi Romani redire*, *in fidem consulis ditionemque populi Romani se tradere*, *in fidem ditionemque populi Romani accipere*, *in ditionem populi Romani venire* Livius dixit 28, 11, 15. 37, 45, 3. 38, 31, 6. et 45, 1, 9. Illud itaque *consulis*, pro *consuli*, natum erit ex non intellecto compendio *cons.* vel *cos.* V. ad 10, 10, 2. Ceterum lectio, quae nunc vulgo circumfertur, debetur Frobenii editioni anni 1531. Priores enim omnes praeferunt *ipsum se in deditionem consulis caduceum praeferentis.* Neque aliter eſt in Voſſ. 1. Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. *ipsum se in deditionem consulis caduceum praeferentem* exſtat in Voſſ. 2. et Portug. *ipsum se in deditionem consulis caduceum praeferentes* in Florent. Harlej. 1. Klock. Fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensibus; nisi quod quidam in voce *deditionem*, ut notavi, varient. Praeterea *praemisiſſe* Voſſ. 1. Lovel. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Alibi ita saepe errarunt scribae. V. ad 3, 61, 9. c. 70, 9. et infra 9, 43, 7. Mox verba *Vitruviumque ab* [*sui*

ad triumphum arcessit; Vitruvium in carcerem adservari jussit, quoad consul redisset; tum verberatum necari. aedes ejus, quae essent in Palatio, di- 8
ruendas, bona Semoni Sanco censuerunt consecranda: quodque aeris ex eis redactum est, ex eo

traditum non exstant in Lovel. 4. sed sola particula *que* exsulat a Voss. 2. *a suis* legunt Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn.

§. 7. *Dirutis Priverni muris*] Pall. duo meliores *minis*. An *minae* hic, quae Maroni 4. Aen. [88.]

— — *pendent opera interrupta, minaeque*
Murorum ingentes, aequataque machina coelo.

GEBH. *minis* etiam Lovel. 3. quod unice erranti librario tribuendum est, qui literas *ur* et *in*, iisdem calami ductibus constantes, perperam commutarunt. Hac eadem caussa factum esse, ut *turbes*, pro *tingas*, scriptum sit apud Statium, existimat Markland. ad ejus 1. sylv. 3, 103. Praeterea *diruptis* Voss. 1. Lovel. 1. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 9, 45, 17. *direptis* Leid. 2. V. ad Epit. Liv. 79. Quin et ordine alio *Priverni diruptis*, vel *direptis*, *muris* Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Paullo ante *de Vitruvio Privernatibus consultis* Portug. *de Vitruvio Privernatibus consultus* Haverk. *de Vitruvio Privernatibusque consultis* ed. Parm.

§. 8. *Bona Semoni Jano censuerunt consecranda*] Quamvis idem sit *Sangus* Sabinis, qui Romanis *Janus*, nihil tamen erat necessum, hic pro *Sango Janum* supponere, reclamantibus antiquae scripturae codicibus. GELEN. Haec lectio placet, quasi dicat *Jano semihomini*, ut quidam interpretantur. Heros enim erat dimidiatus homo, dimidiatus Deus. Quidam tamen editis exemplaribus *Semonilano* legunt, sed librariorum errore, ut puto, vicinitate *i* et *l*. Quidam *Semoni Sango* legunt, qui idem *Sanctus*, ut diximus in Dionysium. GLAR. *bona Semonilano*, ut in quibusdam editionibus legi Glareanus auctor est, praefert etiam Harlej. 2. *bona Semoni Jano* Lovel. 4. et ed. Mediol. anni 1505. aliaeque. *bona Seniojano* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *bona sermonis Ango censuerunt consecranda* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *bona sermone Jano censuerunt confiscandas* Lovel. 2. *bona semini sano censuerunt consecranda* Harlej. 1. *bona Simonis Sango censuerunt consecrandas* Fragm. Hav. a m. 1. *bona ejus Summani fano censuerunt consecrandas* a m. 2. *bona ejus Sūmā fano censuerunt consecranda* Gaertn. *bona Semoni Sango censuerunt consecranda* Florent. et Klock. *bona ejus Semoni Sango censuerunt consecranda* Portug. Vox *bona* desit in ceteris codd. qui tamen et ipsi reliqua verba varie exhibent. Nam *Sermoni Sango censuerunt consecrandas* est in Voss. 2. ut nempe referatur ad praecedens *aedes*. *sermone sano censuerant consecranda* in Lovel. 3. *sermoni sano censuerunt consecranda* in Leid. 1. *Samonisano Sangio censuerunt consecranda* in Haverk. *Semoni Jano*, monente Hearnio, probat Rhodig. 2. Antiq. Lect. 3. carpens illos, qui *Sabino Sango* substituerunt. Sed *Semoni Sanco* legendum, eumdemque esse, qui aliis nominibus *Dius Fidius* et *Hercules Sabinus* vocatur, docuit Jos. Castalio Dec. 3. Observ. 10. ut idem observat Hearnius. Et ita J. Fr. Gronovius edidit anno

aenei orbes facti, positi in sacello Sanci versus
9 aedem Quirini. De senatu Privernate ita decretum,
ut, qui senator Priverni post defectionem ab Ro-
manis mansisset, trans Tiberim lege eadem, qua
10 Veliterni, habitaret. His ita decretis, usque ad
triumphum Plautii silentium de Privernatibus fuit:
post triumphum consul, necato Vitruvio sociisque
ejus noxae, apud satiatos jam suppliciis nocentium
11 tutam mentionem de Privernatibus ratus; *Quoniam*

1665. *Sancum* potius, quam *Sangum*, scribendum esse, docuerunt viri docti, quos laudavi ad Silii 8, 422. V. etiam infra ad 41, 13, 1. Paullo ante *in Plavcio*, pro *in Palatio*, habet Haverk. *in Pallantio* Portug.

Quodque aeris ex eis redactum est, ex eo aenei orbes facti] *quod aeris* Haverk. *quodque agri* Leid. 2. *quodque agris* Portug. Tum *redactum esset* Lovel. 4. Deinde *ahenei orbes* edd. Mediolanenses, Tarvisinae, Venetae, Ascensianae, et quaedam aliae, pro quo *aenei* recte Aldus substituit. Neque aliter est in scriptis, nisi quod *aenei urbes* habeat Haverk. V. ad 5, 19, 11. *Aheneus* et *aëneus* poëtarum potius, quam aliorum scriptorum, propria vox esse dicitur.

Positi in sacello Sanci, versus aedem Quirini] Vet. lib. *adversus aedem*. SIG. Pall. duo *positi in sacello Sangi adversum aedem*. sec. vero *positique in sacello Sangi adversus aedem*. GEBH. *positique* Lov. 2. Port. Gaertn. et Haverk. Tum *in sacellos Angui* Voss. 1. *in sacellos Angi* Lov. 1. *in sacello Angri* Leid. 2. *in sacello Angui* Fragm. Hav. a m. 1. in quo postremam vocem manus altera erasit. *in sacello sanus* Leid. 1. Harlej. 1. et Gaertn. *in sacello sani. s.* Lovel. 3. *in sacello sunt* Lovel. 2. [Veith.] *in sacello Jani* Lovel. 4. *in sacello Sangus* Klock. *in sacello Sangis* Voss. 2. *in sacello Sangi* Florent. Portug. et Haverk. *in sacello Semoniliani* Harlej. 2. Editi antt. partim *in sacello Senionisangui*, vel *Senionisangi*, partim *in sacello Semonilani* dederunt: pro quo iterum J. Fr. Gronovius *in sacello Sanci* substituit. V. supra hoc §. Praeterea *adversus aedem* non tantum Voss. duo, Leid. duo, Lov. quatuor, Harlej. 2. Port. Klock. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] sed et omnes edd. usque ad Froben. qui anno 1535. *versus* in contextum recepit, consentiente solo Flor. quae etiam vera lectio esse videtur. Nam *versus aedem* hic notat, aeneos istos orbes positos esse eo latere sacelli istius Dei, ex qua parte aedes Quirini erat, quemadmodum in simili re locutus est Livius 7, 3, 5. *Fixa fuit dextro lateri aedis Jovis optimi maximi, ex qua parte Minervae templum est.*

§. 9. *Ut, qui senator Priverni post defectionem ab Romanis mansisset, trans Tiberim lege eadem, qua Veliterni, habitaret*] *ut senatus Priverni post defectionem ab Romanis trans Tiberim* etc. *habitaret* Lovel. 2. *ut, qui senator prius in defectione a Romanis mansisset* Leid. 2. *ut, qui senator Priverni defectione a Romanis mansisset* Lovel. 1. *a Ro-*

auctores defectionis, inquit, *meritas poenas et ab Diis inmortalibus et a vobis habent, Patres conscripti, quid placet de innoxia multitudine fieri? Equidem, etsi meae* 12 *partes exquirendae magis sententiae, quam dandae sunt; tamen, quum videam, Privernates vicinos Samnitibus esse, unde nunc nobis incertissima pax est; quam minimum irarum inter nos illosque relinqui velim.*

XXI. Quum ipsa per se res anceps esset, prout 1 cujusque ingenium erat, atrocius mitiusve suaden-

manis mansisset etiam Gaertn. Voss. 1. et Lovel. 4. Sed *mansisset* exsulat etiam a Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *eadam lege, qua Veliterni* Voss. 1. Leid. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. neque aliter edd. ante Frobenianam anni 1535. *legem eadem, qua Veliterni* Leid. 1. *lege eadem, que Veliterni* Fragm. Hav. a m. 1. Tum *habitarent* Voss. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *haberet* Leid. 2.

§. 10. *His ita decretis, usque ad triumphum Plautii silentium de Privernatibus fuit*] Prior vox deerat in Fragm. Hav. a m. 1. *His ita dictis* habet Haverk. Deinde *usque* et *silentium* deficiunt in Leid. 2.

Post triumphum consul, necato Vitruvio] *postquam triumphum consul* Voss. 1. *postquam retriumphum consul* Lovel. 1. *post quem triumphum consul* Leid. 2. *post triumphum consulis* Portug. V. ad 10, 10, 2. Mox *nascentium*, pro *nocentium*, Voss. 2. Leid. 1. et Lov. 3. et *de Privernatibus mentionem*, trajectis vocabulis, Lovel. 4. *mensionem* Leid. 2.

§. 11. *Et ab Diis inmortalibus et a vobis*] *et ab si Diis* Harlej. 1. *et a Diis* Gaertner. Tum *et a nobis* Lovel. 2. V. ad 34, 2, 2. Paullo ante *defectionis auctores* alio ordine Harlej. 2. Gaertn. et excusi usque ad Froben. qui anno 1535. primus mutavit. In verbis sequentibus *quod placet*, pro *quid*, Voss. 2.

§. 12. *Equidem, etsi meae partes exquirendae magis sententiae, quam dandae sunt*] *Et quidem* Gaertn. V. ad 5, 54, 3. Tum *etsi* deficit in Lovel. 1. *etsi mea parte exquirendae magis sententiae* habent Voss. 2. et Lovel. 3. *etsi meae partis exquirendae* Lovel. 2. *meae partes exequendae* Haverk. Mox *tū*, sive *tum*, pro *tñ*, sive *tamen*, idem Haverk. V. ad Liv. 22, 17, 5.

Incertissima pax est] Tò *est* deficit in Gaertn. Mox *velim relinqui* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk.

§. 1. *Prout cujusque ingenium erat*] Pal. sec. *prout uniuscujusque ingenium erat* ex glossa. GEBH. Eadem etiam lectio est in Voss. 1. Portug. et Hearnii Oxon. N. V. ad 38, 21, 6. Paullo ante *Quum etiam ipsa per se res* Portug. Gaertn. et Haverk. *Quum ipsa per te res* Flor. *Quum per sese res* Lovel. 4.

Tum incertiora omnia unus ex Privernatibus legatis fecit] *tñ* vel *tamen*, pro *tum*, Lovel. 2. et Haverk. V. ad 22, 17, 5. *cum* Gaertn. V. ad Epit. l. 48. circa finem. De-

tibus; tum incertiora omnia unus ex Privernatibus legatis fecit, magis conditionis, in qua natus esset,
2 quam praesentis necessitatis, memor: qui, interrogatus a quodam tristioris sententiae auctore, *quam poenam meritos Privernates censeret?* *eam*, inquit, *quam*
3 *merentur, qui se libertate dignos censent.* cujus quum feroci responso infestiores factos videret consul eos, qui ante Privernatium caussam inpugnabant;

inde *certiora* Haverk. et transpositis literis *t'ciora* Lovel. 2. Insuper *venū*, pro *unus*, Leid. 1. *venus* Lovel. 3. *verū* Harlej. 1. Hinc *legatus* Harlej. 1. et Haverk. Sed tota illa vox exsulat a Lovel. 1. et Leid. 2.

§. 2. *Quam poenam meritos Privernates censeret*] *Privernates meritos censeret* Voss. 1. Lovel. 1. 2. Portug. et Haverk. Ita scribere voluisse existimo librarium Leid. 2. qui tamen aberrans *Privernatos censeret* dedit. *merito Privernates merito censeret* Gaertn. in quo paullo ante *tristitioris sententiae* exaratum exstitit. V. ad 4, 52, 5. *sententiae tristioris* in Lovel. 4. Insuper *interrogatus quodam*, pro *a quodam*, Flor.

Quam merentur, qui se libertate dignos censent] Pall. pr. ac tert. *qui se libertate dignos censere.* honestissime, ut subintelligatur congruum verbum. GEBH. *censere* etiam Voss. 2. et Lovel. 3. Saepe quidem Livium aliosque, praesertim historicos, orationem per infinitivum extulisse, idque genus loquendi librarios, quibus displicebat, passim mutasse, supra vidimus ad 1, 50, 5. Hic tamen id convenire non posse videtur. Quare, si gravioris auctoritatis codd. ita praeferrent, id in *censuere* commutandum esse, non dubitarem. Nunc nihil muto. *dignos cessent* habet Gaertn. *dignoscent* Florent.

§. 3. *Cujus quum feroci responso infestiores factos videret consul eos*] *cui quum* Gaertn. et Haverk. Tum *infestos factos videret* Harlej. 2. Deinde *consules eos* Gaertn. Vel error hic natus est ex non intellecto compendio *cos*, aut *cons.* V. ad 10, 10, 2. vel ex eo fonte, quem indicavi supra ad 6, 3, 8. [*factos cerneret consul* Veith.] In verbis sequentibus *Privernatum*, pro *Privernatium*, Leid. 2. Lovel. 4. Portug. Gaertn. et Haverk. Ita etiam plures codd. exhibebant apud Valer. Max. 6, 2, 1. ut ibi docti monuerunt. Sed v. supra ad 7, 16, 3. Denique *repugnabant*, pro *inpugnabant*, Lovel. 3.

Ut ipse benigna interrogatione mitius responsum eliceret] Pall. pr. et tert. *mitius eliceret responsum.* GEBH. *ipsa benigna interrogatione* Leid. 2. et Lovel. 2. [Veith.] eodem errore, quo librarii verbis praecedentibus *consules eos* dederunt. V. ad 6, 3, 8. Deinde *responsum mitius diceret* Lovel. 4. Alibi saepe *el* in *d* coaluit. V. ad 40, 28, 2. *mitius eliceret responsum* Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. *mitius eligeret responsum* Lovel. 2. et 3. Sed passim literae *C* et *G* commutari solent. V. ad 6, 25, 6.

§. 4. *Qualem nos pacem vobiscum habituros speremus*] *qualem pacem*

ut ipse benigna interrogatione mitius responsum eliceret, *Quid, si poenam, inquit, remittimus vobis, qualem nos pacem vobiscum habituros speremus?* 4
Si bonam dederitis, inquit, *et fidam, et perpetuam: si malam, haud diuturnam.* Tum vero minari, nec id 5
ambigue, Privernatem quidam, et illis vocibus ad rebellandum incitari pacatos populos: pars melior 6
senatus ad meliora responsum trahere, et dicere,

nos vobiscum Lovel. 2. *qualem vos pacem nobiscum* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 34, 2, 2. *qualemqualem nos pacem vobiscum* Harlej. 1. Tum *habituri speremus* Fragm. Hav.

Si bonam dederitis, inquit] Idem tradit Valerius 6, 2, 1. SIG. *Si bonam, inquit, dederitis*, ordine vocabulorum inmutato, Portug. et Haverk. Librarii credidisse videntur, nimium differri voces *inquit*, *ait*, similesve, si demum post tertiam vocem inferantur. Id tamen saepe obcurrit. (*Epit. Liv. 35.) Suet. Aug. 18. *Regem se voluisse, ait, videre, non mortuos.* Liv. 21,3,3. *Et aequum postulare videtur, inquit, Hasdrubal.* quibus locis etiam in ordine dictionum variant scripti et editi.

Et fidam et perpetuam: si malam, haud diuturnam] *et fidelem et perpetuam* edd. antt. usque ad Aldum, qui primus *fidam* recepit, consentientibus omnibus scriptis; nisi quod *fidem* sit in Harlej. 2. Supra 5, 4, 13. *Septies rebellarunt; in pace numquam fida fuerunt.* ubi plura vide. *fidus* autem et *fidelis* etiam alibi commutantur. V. ad 37, 7, 9. Prima vocula *et* deest in Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 2, 44, 3. Praeterea quatuor posteriores voces male omittuntur in Voss. 2.

§. 5. *Minari, nec id ambigue, Privernatem quidam*] *mirari* Haverk. Sed *N* et *R* in Mstis saepe permutari docuit Salmas. ad Solin. p. 147. Inde commutantur etiam *centum* et *certum* infra 9, 34, 10. Tum *Priverna quidam* Flor. *Privernatem quidem* Klock. [Veith.] V. ad 39, 17, 5. *quidam Privernatem* Leid. 1.

Et illis vocibus ad rebellandum incitari pacatos populos] *ad rebellandum citari* Lovel. 3. Sed prima syllaba τοῦ *incitari* intercidit ob literam ultimam vocis praecedentis. V. ad 5, 27, 6. Tum *paratos populos* Lovel. 3.

§. 6. *Pars melior senatus ad meliora responsa trahere*] Forte *ad molliora responsum*; aut *ad mollius responsa trahere.* J. FR. GRON. *In melius* et *ad melius* satis usitata sunt. Virgil. 1. Aen. 281. *Consilia in melius referet.* 10, 632. *in melius tua, qui potes, orsa reflectas.* Sueton. in Caes. 59. *Verso ad melius omine.* Hic tamen conjectura Gronovii magis convenit sententiae loci, quae postulat, ut Livius dicat, partem senatus lenius ac *mollius*, sive *in meliorem partem*, ut loquitur Cicero pro Murena 31. interpretatam fuisse responsum, quod aliis durum ac ferox videbatur. Tacit. 2. Ann. 30. *Stolida, vana, si mollius acciperes; miseranda.* et similia alia apud eum. Etiam considerari volim, an pro *pars me-*

Viri, et liberi, vocem auditam. an credi posse, ullum populum, aut hominem denique, in ea conditione, cujus eum poeniteat, diutius, quam necesse sit, mansu-
7 *rum? Ibi pacem esse fidam, ubi voluntarii pacati sint: neque eo loco, ubi servitutem esse velint, fidem speran-*
8 *dam esse.* In hanc sententiam maxime consul ipse inclinavit animos, idemtidem ad principes senten-

lior potius legendum sit *pars mitior.* Nam non opponit *meliores* deterioribus, sed *mitiores* atrocibus, ut in principio capitis, *Prout cujusque ingenium erat, atrocius mitiusve suadentibus.* Et *atrox* oppositum est *miti.* Cicero 1. in Verr. 9. Livius 26, 32, 5. *Haec taliaque quum ad invidiam consulis miserationemque Siculorum dicerentur, mitius tamen decreverunt Patres caussa Marcelli.* Denique ante *pars* distinctionem maximam tollendam puto. Ordo enim est, *quidam dicere Privernatem minari; pars melior senatus* etc. DUK. Doujatius vel exponit vulgatum *trahere responsa ad meliora*, id est, in meliorem partem; vel priorem Gronovii conjecturam probat. Sane *responsum* in cod. suo invenit Klockius, quod vulgato praeferendum puto. Quamvis autem saepissime Livius eamdem vocem, paucissimis interjectis, repetere solitus sit, ut vidimus ad 1, 3, 9. hic tamen, nescio quomodo, illud *pars melior senatus ad meliora* displicet: quare *molliora* etiam cum Gronovio probarem, si codd. addicerent. Alibi enim *melior* et *mollior* a librariis confusa sunt. V. supra ad 3, 59, 5. et Modium ad Curtii 6, 3, 6. *ad molliora trahere*, ut *mollius accipere, interpretari*, apud Tacit. 1. Hist. 12. et 2. Hist. 96. *molliora respondere* 12. Ann. 46. *Propalam incerta et saepius molliora respondens. in mollius referre* 14. Ann. 39. *Cuncta tamen ad imperatorem in mollius relata.* [*ad meliora responsa* Veith.]

Et dicere, viri, et liberi, vocem auditam] *et viri, et liberi vocem, dicere, auditam* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn. *et liberi viri vocem dicere auditam* Portug. et Haverk. Sed *et viri et liberi* eadem forma, qua *quod viros, quod Romanos deceret* supra habuimus 1, 59, 4. ubi pari errore *quod viros Romanos* quidam praeferunt. Sensus est, vocem hanc non tantum viro, id est viro forti, sed et eodem libero, dignam esse.

An credi posse, ullum populum] *aut credi posse* Gaertn. et Klock. V. supra ad 5, 3, 7. Vir doctus ad marginem ed. Curion. conjicit *an credi posset.* Sed vellem, caussam dedisset, cur infinita locutio displiceret. V. ad 1, 50, 5. In verbis sequentibus *cum poeniteat*, pro *eum*, Leid. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. V. ad 4, 19, 2.

§. 7. *Ubi voluntarii pacati sint*] *voluntarie pacati* Fragm. Hav. a m. 2. *voluntarie pacata* Voss. 2. *voluntarii pacata* Florent. et Leid. 1. Sed adjectivum *voluntarii* hic pro adverbio ponitur, ut saepe alibi. V. ad 22, 12, 7. *sunt* Portug. et Gaertn. Ceterum haec verba et septem sequentia desunt in Lovel. 3. in illis vero

tiarum consulares, uti exaudiri posset a pluribus,
dicendo, *Eos demum, qui nihil, praeterquam de li-* 9
bertate, cogitent, dignos esse, qui Romani fiant. Ita- 10
que et in senatu caussam obtinuere, et ex auctori-
tate Patrum latum ad populum est, ut Privernatibus
civitas daretur. Eodem anno Anxur trecenti in co- 11
loniam missi sunt: bina jugera agri acceperunt.

neque in illo loco legit Haverk. Mox *τὸ esse* non adparet in Lovel. 4.

§. 8. *In hanc sententiam maxime consul ipse inclinavit animos*] *In hac sententia* repraesentant codd. MSS. Pall. pr. et tert. GEBH. Ita et Voss. 2. Lovel. 3. Fragm. Hav. a m. 1. et Gaertn. Male. Supra 6, 39, 3. *Dictator rem in caussam plebis inclinavit.* 7, 19, 8. *Inclinavit deinde pars major curae in Etruscum bellum.* et saepe alibi. Tum *consul maxime ipse* Gaertn. Sed *ipse* non adparet in Portug. et Haverk. [*inclinavit animum* Veith.]

Ad principes sententiarum consulares] Henr. Stephan. 4. Schediasm. 18. suspicatur, desiderari *ac seniores*, vel *senioresque*. Vana est suspicio. Supra hoc lib. c. 14, 1. *Principes senatus relationem consulis de summa rerum laudare.* 5, 9, 1. *Primores Patrum censuere, non exspectandum* etc. *in quam sententiam quum pedibus iretur.* Cic. or. 3. Catil. 6. *Dictae sunt a principibus acerrimae ac fortissimae sententiae, quas senatus sine ulla varietate est consequutus.* An his aliisque locis, quibus similia leguntur, adsuendus est pannus ille *ac seniores*, vel *senioresque? principes sententiarum sunt*, qui primi rogantur sententiam. Hi erant primae dignitatis senatores, et fere consulares: nam tota turba senatorum sententiam rogari non poterat. V. Gronov. 1. Obs. 22. et ad Gell. 4, 10. et Ferratium 3. Ep. 7. Quum autem saepe variae essent horum principum sententiae, is, qui auctor cujusque sententiae erat, princeps illius dicebatur. Liv. 26, 32, 1. *Quum diu sententiis certatum esset, et magna pars senatus, principe ejus sententiae T. Manlio Torquato* etc. *censerent.* DUK.

§. 9. *Qui nihil, praeterquam de libertate, cogitant*] *nihil, quam de libertate* Portug. Non sequor. Supra 2, 56, 7. *Quum Volero nihil, praeterquam de lege, loqueretur.* 42, 14, 1. *In praesentia nihil, praeterquam fuisse in curia regem, scire quisquam potuit.* Deinde *cogitent* Flor. Voss. 2. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. B. ac C. quod in contextum recepi. Mox *τὸ esse* exsulat a Lovel. 4.

§. 10. *Itaque et in senatu caussam obtinuere*] Particula *et* deficit in Lovel. 4. Male. V. ad 2, 44, 3. Mox *ad populum latum est*, trajectis dictionibus, Gaertn.

§. 11. *Anxur trecenti in coloniam missi sunt: bina jugera agri acceperunt*] *Auxur* Haverk. *Anxir* Lovel. 2. a m. 1. *Ansur* Klock. V. ad 4, 59, 3. Tum *tricenti* Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 40, 34, 8. Hinc *in colonia missi* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. Gaertn.

1 XXII. Secutus est annus nulla re belli domive insignis, P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula
2 consulibus; praeterquam quod Fregellas (Sidicinorum is ager, deinde Volscorum fuerat) colonia deducta; et populo visceratio data a M. Flavio in funere

et Fragm. Hav. a m. 1. Sed ultima litera vocis *coloniam* intercepta est a prima sequentis. V. ad 23, 8, 9. Deinde vox *bina* omittitur in Portug. *agri* in Hearnii Oxon. C. Male. Supra 7, 16, 9. *Decem millibus aeris est damnatus, quod mille jugerum agri cum filio possideret.* ubi plura vide.

§. 1. *P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula*] Pro *Plautio* Diodorus edit *A. Postumium.* Sic enim est apud eum [l. 17. p. 608.] *Αὖλος Ποσούμιος, Πόπλιος Κορνήλιος.* SIG. Pighius in Annal. ad ann. CDXXV. p. 337. existimat, priori consuli fuisse praenomen *Caji*, quo adpellatur in editione chronici Cassiodori, quod Eusebii chronico adjunctum est. Ratio est, quod in tabulis Graecis *Venox* cognominetur, adeoque is innui videatur, qui postea in censura *Venocis* cognomen adeptus est. Is autem non *P. Plautius*, sed *C. Plautius* dicebatur. Praeterea censores hujus temporis creabantur plerumque ex consularibus: jam autem C. Plautius Venox ante censuram consul non reperitur, nisi ei locus detur hoc anno. Praenomen deest in Lovel. 4. et Florent. Tum posterioris consulis cognomen est *Capula* in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Insuper paullo ante voces *nulla re* desunt in Florent. inverso autem ordine *domi bellive* est in Lovel. 4. [Initio *Exactus est annus* Veith.]

§. 2. *Praeterquam quod Fregellas (Signinorum is ager*] Satis apparet ex locorum descriptione, *Sidicinorum* legendum, qui populi fuerunt inter Volscos et Campanos, non *Signinorum*, quae urbs fuit in Latio. SIG. *Segniorum* MS. Lege *Sidicinorum.* Nota autem Livium *Sidicinos* pro *Oscis* vel *Opicis* dixisse. Nam et *Opici* cum *Oscis* iidem sunt. V. Fulv. Ursinum ad Festum in *Oscum.* KLOCK. *praeter, quod Fregellas* Klock. *praeterquam Fregellas* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed priori loco *quam* excidit ob sequens *quod.* V. ad 7, 15, 10. posteriori *quod* ob praecedens *quam.* V. ad 37, 54, 4. *praeterquam quod*, ut supra 6, 24, 7. *Dux, praeterquam quod tot insignis triumphis, etiam aetate venerabilis, inter prima signa se obferebat.* Mox hoc lib. c. 25, 5. *Praeterquam quod, interseptis munimentis hostium, pars parti abscisa erat.* Deinde *Signinorum* servant Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. Harlej. 2. Fragm. Hav. Hearnii Oxonienses, et Neap. Latinii. Ita etiam primitus fuit in Flor. pro quo factum deinde *Samnitiorum*, quod postea iterum erasum est. *Segninorum* Leid. 1. et Gaertn. *Seguinorum* Haverk. *Signiorum* Portug. *Segniorum* Harlej. 1. *Servorum* Lovel. 2. Sigonio *Sidicinorum* emendanti adsentitur Cluver. 2. Ital. ant. 2. p. 500. 3, 8. p. 1020. sed plenius pluribusque argumentis emendationem hanc adstruit ibid. p. 1036.

Colonia deducta; et populo visceratio data a M. Flavio] *et colonia*

funere matris. Erant, qui, per speciem honoran- 3
dae parentis, meritam mercedem populo solutam
interpretarentur; quod eum, die dicta ab aedilibus,
crimine stupratae matrisfamiliae absolvisset. Data 4
visceratio in praeteritam judicii gratiam, honoris
etiam ei caussa fuit: tribunatumque plebei, proxi-

deducta Leid. 2. et Lovel. 1. *colonia reducta* Fragm. Hav. a m. 2. V. ad 2, 21, 7. Tum *populo miseratio data* Fragm. Hav. a m. 1. *populo justo ratio dato* Lovel. 3. Deinde *ab M. Flavio* Portug. et Haverk. *a M. Fabio* Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. Sed *Q. Flavius Augur* vocatur a Val. Max. 8, 1. ex. absolutorum 7. ubi etiam *Q. Fabius* in uno Msto reperiri, viri docti observant. Alibi in his nominibus commutandis peccarunt librarii. V. infra hoc lib. ad c. 37, 8. (* 27, 6, 3.) et ad Epit. Liv. 9. De visceratione v. Kirchmann. de Funer. 4, 5. et Guther. 2. de jur. man. 10.

§. 3. *Erant, qui, per speciem honorandae parentis, meritam mercedem*] *Erat, qui* Florent. Deinde *per speciem honorandi parentis* Gaertn. *per speciem honorandae matris* Lovel. 4. *per speciem honorandae matris parentis*, utraque lectione juncta, Voss. 1. et Lovel. 1. in quorum posteriori additae τῷ *matris* notae docent, vocem illam delendam esse. Margini olim adscripta fuerat interpretandi caussa τῷ *parentis*, unde in contextum inrepsit. Insuper *meritam* deficit in Lovel. 3.

Quod eum, die dicta ab aedilibus, crimine stupratae matrisfamiliae absolvisset] *quod cum die dicta* Lovel. 3. et 4. de quo errore v. ad 4, 19, 2. *quod enī die dicta* Portug. *quod eum diem dicta* Haverk. [*quo eum* Veith.] Mox *crimine* exsulat a Lovel. 4. quod ferri posset, si alii codices consentirent. Damnandi enim et absolvendi verba passim genitivo gaudent. Quum tamen reliqui vulgatum tueantur, id verius esse non dubito; praesertim quum genitivus ille regatur ab omisso nomine *crimine*, aut simili, quod saepissime etiam addi solet. Ita auctor Epit. Liv. 92. *Plurimos ex amicis et secum proscriptis, crimine proditionis insimulatos, interemit.* V. Sanctium in Minerva 4, 4. de Ellipsi nominum, in v. *Crimine.* Deinde *sepultae matrisfamiliae* Voss. 2. et Lovel. 3. Denique *absolvissent* Lovel. 4. et Portug. more conlectivorum. V. ad 10, 13, 11. Horum tamen codd. auctoritas levior est, quam ut, reliquis adversantibus, tuto iis credi possit. Ceterum qua ratione Flavius absolutus sit, narrat Val. Max. 8, 1. ex. absolutorum 7.

§. 4. *In praeteritam judicii gratiam*] Sec. Pal. MS. *caussam.* Sed in exteriore margine, *praeter meritam judicii gratiam.* GEBH. *in praestitam judicii gratiam* Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. *in praeteritam judicii caussam* Haverk. *in praeteritam judicii gratiae* Harlej. 1.

Honoris etiam caussa fuit, tribunatuque plebis proximis comitiis absens petentibus praefertur] Exemplaria nostra rectius *honoris etiam ei caussa fuit, tribunatuque plebis proximis comitiis absens praesen-*

5 mis comitiis, absens petentibus praefertur. Palaepolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est. duabus urbibus populus idem habitabat. Cu-
6 mis erant oriundi. Cumani ab Chalcide Euboïca

tibus praefertur. GELEN. Quidam libri *tribunatum* habebant, ut sit *tribunatum petentibus*: sed videtur coactum. quamquam et *praesentibus* malim, ut quidam habent codices. GLAR. Vet. lib. omnes *absens petentibus.* Glareanus *praesentibus* mavult, quasi vero non alio loco Livius opponat *absentes petentibus*: quippe cum *absens* non solum dicatur is, qui non adest in urbe, sed etiam qui ne in campo quidem, ut alio loco ostendam. †. „Quid ergo tu „in tuo codice habes *praesenti*„*bus*, non *petentibus.*“ †. SIG. Magna in singulis verbis emphasis, eum et absentem et non petentem prensantibus ambitiose praesentibus praelatum ob visceratíonem populo in funere matris datam. Neque aliter Pal. sec. vetustissimaeque edd. Reliqui MSS. codices Pall. *tribunatumque plebis proximis comitiis petentibus absens praefertur.* GEBH. Qui dicitur *tribunatu plebis* aliquid fecisse, aut cui dicitur *tribunatu plebis* aliquid evenisse, is intelligitur eum jam adeptus, non nunc primum petere. V. 5, 34, 2. At hic reficiendum est *tribunatumque plebei*, quorum illud duo Pall. meliores, et Voss. alter habent, exigitque verbum *petentibus*, a quo dependet; hoc evidenter membranae Voss. prior, Helm. Thuaneus, ex eisdem alibi saepius ab nobis Livio restitutum. Proximis comitiis, inquit, tribunatum plebei petentibus ipse absens praefertur. Hic cum coactum nescio quid videtur Glareano, homo bonus ultro clausis oculis errat. Gelenii *praesentibus* et recte et docte hic et ad 10, [9, 20.] rejecit Sigonius: nisi lateat sub eo *prensantibus*: sed tum et *tribunatusque* faciendum putares, patrio casu, ut ad *comitia* referatur. J. FR. GRON. *ei* a Gelenio additum superest in omnibus scriptis, praeterquam in Lovel. 4. et Harlej. 2. qui omiserunt. Deinde *tribunatuque plebis* Leid. 2. Lovel. 2. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. a m. 2. et Hearnii Oxon. N. ac B. *tribunatuque plebi* Fragm. Hav. a m. 1. Leid. 1. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *tribunatuque plebei* Florent. Lovel. 1. et Harlej. ambo. *tribunatuque plebeis* Portug. et Lov. 3. *tribunatusque plebis* Hearnii Oxon. C. *tribunatumque plebis* Voss. 2. *tribunatumque pl'* ambigue Lovel. 4. *tribunatumque plebei* Voss. 1. Klock. Hearnii Oxon. L. 1. 2. et ed. Mediol. anni 1505. cum Ascensianis anni 1513. et 1516. ac Paris. anni 1529. Insuper *petentibus absens profertur* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed *proferre* et *praeferre* saepe confunduntur. V. infra ad 10, 33, 7. *absens potentibus* Lovel. 1. et 2. V. ad 5, 14, 5. reliqui mei recte *absens petentibus*; quibus consentiunt etiam Hearnii Oxonienses.

§. 5. *Palaepolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est* etc.] Locus hic Livii mirifice illustratur verbis Strabonis, quae habentur l. 5. [p. 246.] *Μετὰ δὲ ΔικαιαρΧίαν ἐστὶ Νεάπολις Κυμαίων. ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν, καὶ Πιθηκουσαίων τινὲς καὶ Αἰναριέων, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο.* Cum autem in vulgatis Strabonis codicibus *Ἀθηναίων* mendo-

originem trahunt. Classe, qua advecti ab domo fuerant, multum in ora maris ejus, quod adcolunt, potuere. Primo in insulas Aenariam et Pithecusas egressi, deinde in continentem ausi sedes

se legeretur, nos ex hoc Livii loco *Αἰναριέων* jam pridem emendavimus; quam emendationem veram esse existimamus. URSIN. *Palaeopolis* Port. a m. 1. Gaertn. Haverk. et apud Hearnium Oxon. N. ac B. quomodo id nomen etiam scriptum exstat in Fastor. triumph. fragmentis ad annum CDXXVII. V. etiam infra c. 23, 10. et c. 26, 1. Verum eadem, qua *Palaepolis*, forma etiam *Palaepharsalus* Livius dixit, de quo v. ad 32, 13, 9. Praeterea *τὸ nunc* deficit in Voss. 2. *Palaepolis*, pro *Neapolis*, est in margine Portug. Denique *ita est* Florent. Sed litera prima vocis *sita* intercepta est ab ultima praecedentis. V. ad 30, 3, 7. Ceterum verba *fuit haud procul* etc. *duabus urbibus populus* desunt in Gaertn.

Duabus urbibus populus idem habitabat] *idem populus* Haverk. Deinde *habitat* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 3. Harlej. 2. Florent. Fragm. Hav. a m. 1. pluresque ex priscis editis, pro quo Ascensius *habitabat* reposuit. *habitat. at* Voss. 1. et Lovel. 1. *habitata* Lovel. 4.

Cumis erant oriundi] *a Cumis* Port. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. *curis* Leid. 2. *cumhis* Klock. *Cumanis* Fragm. Hav. a m. 1. et Lovel. 4. Tum *oriundi erant* Gaertn. *erant oriundo* Harlej. 1.

§. 6. *Cumani ab Chalcide Euboïca originem trahunt*] Idem Strabo l. 5. [p. 246.] SIG. Praepositionem non agnoscunt Th. Voss. [pr.] Helm. Rott. J. FR. GRON. Eamdem praepositionem non modo nesciunt Flor. Leid. 1. Lovel. 1. Harlej. ambo, et Klock. sed et omnes editi ante Sigonium, qui *ab Chalcide* primus edidit, consentientibus Leid. 2. Port. Gaertn. et Haverk. *a Chalcide* habent Lovel. 2. 4. et Fragm. Hav. *et Chalcide* Voss. 2. et Lovel. 3. *Chalcide Euboïcam originem* Florent. Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 3. 4. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. *Euboea originem* Lovel. 2. *regione Euboïca originem* Hearnii Oxon. L. 1. *Euboïca regione originem* Gaertn.

Classe, qua advecti ab domo fuerant] *qua ab domo aucti* Haverk. et Portug. a m. 1. in quo *advecti* emendavit manus altera; *qua domo avecti* Leid. 2. *qua avecti ab domo* Lovel. 4. [*qua abvecti domo* Veith.] Sed *advectus ab domo* similiter dicitur, qua contra *avectus domum*. V. ad 9, 4, 1. ubi etiam *avehere* et *advehere* in scriptis commutari videbimus. *qua adducti ab domo* Gaertn. Sed et hae voces saepius in scriptis confunduntur. V. ad 27, 38, 12. *qua advecti a domo* Voss. 1. Deinde *fuerunt* Lovel. 4. Mox in verbis sequentibus *in ora maris ejusq; accolunt* Lovel. 2. Passim *q;* et *q*, sive *que* et *quod*, commutari vidimus ad 2, 41, 8. *in hora maris ejus* Klock. V. ad 5, 37, 2. Tum *quod ac volunt* Leid. 1. et Lov. 1.

In insulas Aenariam et Pithecusas egressi] Livius *Aenariam* hic a Pithecusis separat, quas Plinius 3, 6. unam facit insulam, ab Homero *Inarimen* dictam (sequitur enim Livius errorem illum, quo Latini poëtae ex duabus unam fecere dictionem, *ἐν Ἀρίμοις*). Itaque lectori considerandum,

7 transferre. Haec civitas, quum suis viribus, tum Samnitium infida adversus Romanos societate freta, sive pestilentiae, quae Romanam urbem adorta nunciabatur, fidens, multa hostilia adversus Romanos, agrum Campanum Falernumque incolentes, fe-
8 cit. Igitur, L. Cornelio Lentulo, Q. Publilio Phi-

ut locus Livii legendus. GLAR. Plinius has duas insulas unam facit, at Mela duas, cum inquit [2, 7.] *Pithecusa*, *Leucothea*, *Aenaria*, *Sinonia* etc. *Italico lateri citra Tiberina ostia objacent.* Hoc torsit valdo Glareanum. SIG. Praepositio *in* deficit in Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. utroque, Portug. Gaertn. Klock. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed illa intercepta est a prima syllaba vocis sequentis. V. infra hoc libro ad c. 33, 6. Hic error vero alterius iterum erroris caussa exstitit. Quum enim ratio loquendi non permittat, ut dicamus *insulas egressi*, hinc *aggressi* datum est in Voss. 2. et Lovel. 3. Praeterea *insulam Senariam* Lovel. 2. 4. *insulam Seuariam* Lovel. 3. *insulam Sauariam* Voss. 2. *insulas Senariam* Leid. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Tum *Pitacusas* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Haverk. *Pithacusas* Portug. *Pitecusas* Leid. 1. Lovel. 2. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. *Pitecosas* Lovel. 3. *Phitecusas* Florent. Lovel. 4. et Klock. De dissensu vero scriptorum, modo Aenariam et Pithecusas unam eamdemque, modo duas diversas insulas statuentium, v. Cluver. Ital. ant. 4, 4. p. 1164. et Salmas. in Plin. Exercit. p. 68. ubi librorum auctoritate vocem *Graecis* ex contextu Pliniano ejiciens efficit, ut is quoque Aenariam et Pithecusas pro diversis insulis habeat. Mox etiam in verbis sequentibus *deinde continentem*, omissa praepositione *in*, Haverk. Verum, quum forte *deiñ in continentem* scriptum fuisset, hic quoque τὸ *in* a praecedentis vocis syllaba finali interceptum est. V. ad 37, 31, 4.

§. 7. *Quum suis viribus, tum Samnitium infidae adversus Romanos societati freta*] Vet. lib. *infida societate.* Quod Latina locutio etiam postulat. SIG. *infida societate* Sigonius, quia id postulat Latinus sermo. Quid est igitur, quod omnes scripti, ut prius edebatur, *infidae societati*? Vereor ne sit subditum τὸ *fretus*, et Livius scripserit, *quum suis viribus, tum Samnitium infidae adversus Romanos societati, sive pestilentiae, quae Romanam urbem adorta nunciabatur, fidens.* J. FR. GRON. Multi quidem codd. *infidae societati*, non tamen omnes. sed *in fide adversus Romanos societate* Leid. 2. Lov. 1. a m. 2. Fragm. Hav. a m. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *infida societate* Lovel. 2. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertner. Klock. Haverk. Hearnii Oxonienses, et edd. modo laudatis proximae, usque ad Frobenianam anni 1535. in qua primum *infidae societati* obvium fuit. Horum itaque auctoritatem secutus cum Sigonio *infida societate* malo, quam ut cum Gronov. contra omnium codicum consensum vocem *freta* ejiciam. *infidae societati* autem, quod in aliis, et quidem nonnullis primae auctoritatis libris, superest, errori librario-

lone iterum consulibus, fecialibus Palaepolim ad res repetendas missis, quum relatum esset a Graecis, gente lingua magis strenua, quam factis, ferox responsum; ex auctoritate Patrum populus Palaepolitanis bellum fieri jussit. Inter consules 9
provinciis comparatis, bello Graeci persequendi

rum adscribendum puto, qui et alibi hoc modo lapsi fuerunt. V. supra ad 4, 37, 6. ubi tamen Gronovius fatetur, nullos suos a lectione, quam ex vet. lib. Sigonius adfert, dissentire. Insuper *tum suis viribus* Voss. 1. a m. 2. Leid. 2. Lovel. 2. Harlej. 2. Hearnii Ox. N. C. et edd. antiquiores. Similiter etiam a manu admodum recenti in Florent. interpolatum fuit. V. supra ad 6, 23, 3. Denique *Samnitum* Haverk. V. ad 23, 11, 11.

Infida adversus Romanos] Cavillatur Camillus Peregrinus Diss. 4, 15. p. 725. J. FR. GRON.

Sive pestilentiae, quae Romanam urbem adorta nunciabatur, fidens] *pestilentiam* Fragm. Hav. a m. 1. *pestilentia* a m. 2. Et ita est in Harlej. 2. Klock. Hearnii Oxoniensibus, atque ex interpolatione in Florent. Utrumque dici potest *fidens pestilentiae*, et *pestilentia*. Prius tamen frequentius est, certe apud Livium; pro quo etiam stant plerique codd. Praeterea *Romam urbem* Lovel. 4. Sed v. supra ad 3, 7, 4. Mox *Campanum agrum Falernumque* Gaertner. *agrum Campanum Falerniumque* Lovel. 3.

§. 8. *L. Cornelio Lentulo, Q. Publilio Philone iterum consulibus*] *Lentulo, Q. Publico Philone* Voss. 1. *Lentulo, Q. Publio Philone* Florent. Port. Gaertn. et Hearnii Ox. L. 1. 2. ac B. *Lentulo, Publio Philone* Lovel. 2. *Lentulo, P. Philone* Harlej. 2. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. *Lentulo, Q. P. Philone* Lovel. 4. et Haverk. *Lentuloque, Publio Philone* Voss. 2. Leid. duo, et Lovel. 1. 3. Vulgatum solum superest in Harlej. 1. et Klock. V. supra hoc lib. ad c. 12, 4. mox §. seq. et c. 23, 1. Praeterea vocabulum *consulibus* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Mox *Palaeopolim* Portug. a m. 1. Gaertn. et Haverk. qui iidem etiam *Palaeopolitanis* legunt. V. modo ad §. 5.

Relatum esset a Graecis, gente lingua magis strenua, quam factis] *relatum esset a gregis* Florent. et Leid. 1. *relatum esset Agreos* Lovel. 3. *relatum esset agrestis* Klock. Tum *gente linguam magis strenua* idem Klock. Sed vocis *linguam* fini male adhaesit litera initialis vocis sequentis. V. ad 40, 7, 8. *gente magis lingua*, vocibus trajectis, Gaertn. Sed τὸ *magis* in Msto Palatino non reperiri, nisi ab aliena manu superne adjectum, supra monuit Gebhardus ad 7, 20, 8.

Populus Palaepolitanis bellum fieri, jussit] *populis Palaepolitanis bellum fieri jussum* Lovel. 2. [Veith.] *populis* etiam Florent. a manu interpolatrice, et Fragm. Hav.

§. 9. *Bello Graeci persequendi Publilio evenerunt*] Restat haec quidem lectio in priscis recensionibus: ideo miror hic variare MSS. quorum Pall. pr. ac tert. *belli Graeci prosequendi sors Publ. evenit*. ut et sec. *cum bello*

Publilio evenerunt; Cornelius altero exercitu Sam-
10 nitibus, si qua se moverent, obpositus. Fama autem erat, defectioni Campanorum inminentes admoturos castra. ibi optimum visum Cornelio stativa habere. Ab utroque consule, [7]exiguam

Graeci persequendi Publ. evenirent. GEBH. *belli Graeci persequendi Publ. evenit.* Fragm. Hav. a m. 1. Lovel. 2. et Gaertn. ut ex praecedenti repetatur *provincia. bellum Graecis persequendis Publ. evenit* Lovel. 4. et Neap. Latinii. *belli Graeci persequendi sors Publ. evenit* Voss. 2. et Lovel. 3. nisi quod is *prosequendi* habeat. V. ad Epit. Liv. 99. *cum bello Graeci persequendi Publ. evenirent* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. *evenirent* etiam Leid. 1. *belli* se quoque in Oxon. C. invenisse, Hearnius auctor est. Pleraeque harum lectionum tolerari possent. Quum tamen codicum integerrimi Florent. Harlej. 1. Klock. et tantum non Leid. 1. stent pro vulgata, eam etiam loco movere temerarium existimo. *bello persequi* ut 31, 31, 7. *Comprobavimus ergo id factum, an bello persecuti sceleratam legionem? Publio* autem, pro *Publilio*, fere omnes Msti. Alterum in solo tantum superest Klock. V. modo hoc cap. ad §. praec. Mox *si quas emoverent*, inperite in voces distributis literis, olim unica serie scriptis, Lovel. 1.

§. 10. *Fama autem erat, defectioni Campanorum inminentes*] *Fama siquidem erat, eos dejectioni* Klock. Sed τὸ *autem* deficit in Leid. 2. Deinde *defectione Campanorum inminente* Lovel. 4. Portug. a m. 2. Fragm. Hav. a m. 1. et Neap. Latinii. *defectione* etiam Florent. Sed frustra. Supra 4, 25, 9. *Jam diu nequidquam inminentes spei majoris honoris.* ubi v. quae notavi.

Admoturos castra] Ad urbem Capuam. *ibi*, inter Capuam et Suessulam, ubi stativa Romanorum fuisse indicat cap. seq. DUK.

Ibi optimum visum Cornelio stativa habere] *ubi optimum visum Cornelio* Voss. 1. a m. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 27, 5, 2. *et ibi optimum visum Cornelio* Harlej. 1. *ibi optumum visum Cornelio* Leid. 1. V. ad 3, 17, 5. *ibi optimum visum, Cornelium stativa habere* Portug. et Haverk. *ibi* autem hic accipio pro tum. V. ad 2, 35, 2. et 7, 23, 4. Non enim Cornelius inter *Capuam Suessulamque*, quo Samnites vocarant, consedit, sed *Samnium ingressus* fuisse dicitur cap. seq.

Certior fit senatus] *senatus fit certior* Lovel. 4. *certior sit senatus* Voss. 2. V. ad 5, 3, 8. *senatus fuit certior* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 40, 15, 2.

§. 1. *Recepta Palaepolin miserat. Romae compertum est, delectum* etc.] *Palaepoli* legendum, et millia Palaepoli recepta intelligendum. Nam Nolanos Samnitesve a Publilio missos Palaepolin, neutiquam quadrat, quippe qui utrique hostes erant: ergo miserat literis ad senatum, haec millia Palaepoli recepta. Est tamen durus sermo. GLAR. Vet. lib. *recepta Palaepolim miserat.* Utrumque recte. Dixit enim Cicero pro Archia [3.] *Luculli eum domum suam receperunt.* Et Livius, *Oppido ac tectis receperunt.* Est enim sensus: Publilius ad se-

spem pacis cum Samnitibus esse, certior fit senatus.

XXIII. Publilius, duo millia Nolanorum militum 1 et quatuor Samnitium; magis Nolanis cogentibus, quam voluntate Graecorum, recepta Palaepolim,

natum miserat, duo millia Nolanorum et quatuor millia Samnitium Palaepolim, hostium oppidum, esse recepta. Pro *Romae compertum est, delectum*, vet. lib. alii habent, *Romae compertum est, Cornelius delectum.* alii omnino vacant vocibus his, *Romae compertum est*; habent vero vocem *Cornelius.* Quorum lectionem valde probo. Nam cum ab utroque consule de Samnitium bello certiorem senatum factum dixisset, post subdidit, quid Publilius nunciasset: hoc vero loco, quid Cornelius. ita: *Ab utroque consule exiguam spem pacis cum Samnitibus esse, certior fit senatus. Publilius, duo millia Nolanorum militum et quatuor Samnitium, magis Nolanis cogentibus, quam voluntate Graecorum, recepta Palaepolim miserat. Cornelius, delectum indictum a magistratibus, universum Samnium erectum, ac vicinos populos, Privernatem, Fundanumque et Formianum haud ambigue sollicitari.* egregie. Nam Publilius in Graecos ierat, Cornelius in Samnites. SIG. Fractus locus. Pall. duo, primus ac tertius, *recepta Palaepoliniis erat. Romae compertum Cornelius delectum indictum*; et mox, pro *ambigue*, legunt *ambigunt.* Si fine invidia versamur in humanitatis artibus, legendum omnino, ut praefert Pal. sec. *recepta Palaepolim miserat. Cornelius delectum indictum a magistratibus* etc. Quippe ambos vult consules de hostium rebus absentes ad senatum Romanum retulisse. Publilium de Nolanis Samnitibusque Palaepolim receptis: Cornelium vero de delectu a Samnitibus indicto. etc. GEBH. Fulvius Ursinus *miserat Romam. Compertum Cornelius delectum.* Sed haec inania: nam et quod Publilius miserat, habebat compertum: et quod nuntiabat Cornelius, nuntiabat Romam. Turpissimo additamento deformata est haec περιοχή, quam Sigonius egregie restituit, quamvis adhuc nemini auditus. MSS. *Romae compertum est Cornelius delectum:* alii, quos inter unus e Pall. verba illa, *Romae compertum est*, omnino inficiantur, unde optime censuit ille, a sarcinatore quodam nolenti Livio supposita esse, scribendumque *Palaepolim miserat: Cornelius, delectum indictum.* Sensus est planus: nam cum parum ab utroque consule spei de pace datum esse dixisset, mox subjungit distincte, quid a Publilio, quid a Cornelio delatum fuerit. Publilio autem Graecos persequendi provincia evenerat, Cornelio Samnium. *Miserat* ad utrumque refertur consulem, estque, miserat nuntios, vel nuntiatum, vel literas hoc nuntio: qui frustra Glareano durus videtur sermo. Sic 25, [22, 11.] *Consulibus literae a praetore missae, ut, priusquam clauderent Capuam operibus, potestatem Campanis facerent*, etc. 29, [25, 7.] *Scaphas circummisit, ut ex omnibus navibus gubernatoresque et magistri navium et bini milites in forum convenirent ad imperia accipienda.* 33, [28, 11.] *Literas ad Zeuxippum mittit, servum conscium tolleret.* Ut intelligat hoc argumento,

2 miserat: Cornelius, delectum indictum a magistratibus, universum Samnium erectum, ac vicinos populos, Privernatem, Fundanumque, et Formianum,
3 haud ambigue sollicitari. Ob haec quum legatos mitti placuisset prius ad Samnites, quam bellum

vel cum his mandatis. Auctor de bello Hispaniensi [16.] *Tabellarius est missus, ut ea nocte turres aggeremque incenderent.* Sophocles Antigona [169.]

> Ὑμᾶς δ' ἐγὼ πομποῖσιν ἐκ πάντων δίχα
> Ἔστειλ' ἱκέσθαι.

Quodque omnium simillimum est praesenti loco, Livius 36, [8, 6.] *Is extemplo ad M. Baebium propraetorem misit, Antiochum in Thessaliam impetum fecisse.* Nec Cicero refugit id compendium sermonis. 5. Famil. Ep. 20. *Ita existimes velim, me antelaturum fuisse, si ad me misisset. voluntatem tuam commodo meo.* id est, si me certiorem fecisset. Lib. 11. Ep. 8. *Eo tempore Polla misit, ut ad te, si quid vellem, darem literarum.* Utrobique ab eadem ignorantia vitium erat ante Victorium, quem vide. J. FR. GRON. Varie peccant codd. scripti. Primo *recepit Palaepolim erat* Lovel. 2. *recepta Palaepolinus erat* Lovel. 3. *accepta* (*recepta* a m. 2.) *Paliopolitanus erat* Gaertn. *recepta Palaepoli miserat* Voss. 1. Leid. 1. et Harlej. duo. consentit etiam Voss. 2. nisi quod *miserant* praeferat. *recepta Paleopolini miserant* Portug. in cujus margine *missa*, pro *miserant*, adscribitur. *recepta Palaeopolim miserant* Haverk. *recepta Palaeopolim miserat* Florent. Leid. 2. Lovel. 1. 4. Klock. et Fragm. Hav. Utrumque, *recepta Palaepoli* et *Palaepolim*, dici posse, existimat Sigonius ad hunc loc. Verum quemadmodum *nunciare Romam*, quam *Romae*, potius Livius aliique dixerunt, ut infra videbimus ad 25, 22, 1. ita etiam hic *Palaepolim*, quam *Palaepoli*, malo: ut ita ultima litera vocis *Palaepolim* elisa sit a prima sequentis *miserat*. V. ad 23, 8, 9. Optime autem viri docti *miserat recepta Palaepolim* exponunt, missis nuntiis vel literis indicavit, recepta esse in urbem Palaepolim. Eo sensu *mittere* apud nostrum frequens est. 6, 10, 2. *Mitti tamen ad principes eorum placuit, ut secernerent se ab Etruscis.* 27, 43, 10. *Praemissi per agrum Larinatem*, etc. *ut omnes ex agris urbibusque commeatus paratos militi ad vescendum in viam deferrent.* 44, 27, 12. *Ad revocandum, qui pecuniam portabat, misit.* Sed inprimis huc faciunt loca ex 8, 19, 13. *Literis Romam missis, in officio Fundanos esse, ad Privernum flexit iter.* 33, 7, 6. *Alios super alios nuncios ad ducem mitterent, premi sese.* 37, 18, 12. *Misso caduceatore ad Aemilium, velle sese de pace agere.* Etiam Cl. Ant. Perizonius maxime huic similem locum ad marginem adscripsit ex 24, 19, 3. *Nolam ad collegam mittit, altero exercitu opus esse, qui Campanis obponatur.* V. Gronov. infra ad 34, 29, 9. Manut. ad Cic. 5. ad fam. Ep. 20. et quae notavi ad Liv. 36, 13, 7. *Πέμπειν* quoque apud Graecos eodem modo usurpari, docuit Cl. Dukerus ad Thucyd. 4, 93. Neque multum diversa est illa locutio *nuncius se venturum*, de qua infra agam ad 38, 1, 4. Non minus variant codd. in altera parte hujus pericopes. *Romae compertum*

fieret; responsum redditur ab Samnitibus ferox. Ultro incusabant injurias Romanorum: neque eo 4
neglegentius ea, quae ipsis objicerentur, purgabant. *Haud ullo publico consilio auxiliove juvari Grae-* 5
cos: nec Fundanum Formianumve a se sollicitatos.

delectum habent Florent. Lovel. 4. Harlej. 1. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. in quo postea a manu altera *Romae compertum est delectum* emendatur. *Interim Romae compertum delectum* Klock. *Romae compertum Cornelius delectum* Voss. 1. Leid. duo, et Lovel. 1. ac 3. neque aliter legunt Voss. 2. Gaertn. et Harlej. 2. nisi quod, addita voce, *compertum est* dederint. *Romae compertum Cornelio delectum* Lovel. 2. *Cornelium delectum*, ceteris omissis, Portug. in contextu, in cujus margine erat *compertum Cornelio.* Sed et hic veram scripturam viri docti restituerunt. [*Palaepolim erat Romae compertum Cornelio delectum indictum* Veith.] Paullo ante *Publius* plerique codd. *Publio* Fragm. Hav. *Publilius* solus Klock. Deinde *ad vobis millibus Nolanorum* Lovel. 2. a m. 1. *a duobus millibus* a m. 2. Unde suspicio nasci posset, legendum esse *ad duo millia*, pro circiter duo millia. V. infra ad 10, 17, 8. Eam tamen ob aliorum in vulgatum conspirantium consensum vanam fore existimo. [*a duobus millibus Nolanorum militum a quatuor Samnitium* Veith.] Insuper vox *Graecorum* deficit in Leid. 2. quemadmodum etiam in verbis sequentibus *indictum* in eodem Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 2. *Universum Samnium erectum, ac vicinos populos*] *universumque Samnium* Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quod Livii esse puto, qui infinitis locis, si tria connectenda sunt, primo *que*, tum *et* vel *ac* solitus est adhibere. V. supra ad 2, 31, 1. Ita mox *Privernatem, Fundanumque, et Formianum.* Praeterea *ereptum* Leid. 2. et Lovel. 1. ac 3. V. ad 3, 6, 7. [*Samnium erectum ad Latinos populos* Veith.] Mox *et Formianum* deficit in Voss. 2. qui idem cum Lovel. 3. *ambigunt*, pro *ambigue*, praefert; quomodo se etiam in Pall. 1. ac 3. invenisse, Gebhard. ad verba praecedentia monuit. [*ambigua re* Veith.]

§. 3. *Ob haec quum legatos mitti placuisset prius ad Samnites, quam bellum fieret*] *Ob hoc* Voss. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 5, 34, 1. Tum *legatum mitti* Lovel. 1. Sane mox quidem §. 8. *Romanus legatus* memoratur. Sed ibi intelligendus unus ex numero legatorum: plures enim missos esse, patet ex §. 10. Deinde *ad Samnites, priusquam bellum* Lovel. 4. Sed voces *ad Samnites* deficiunt in Klock. Mox vero *a Samnitibus* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 3. 5. Gaertn. Fragm Hav. et edd. ante Jac. Gronovium.

§. 4. *Ultro incusabant injurias Romanorum*] Duae postremae voces exsulant a Portug. sed margini adscribuntur. Sequentes vero, *neque eo negligentius* etc. *purgabant*, neque in contextu, neque in ora libri conspiciuntur. Ceterum *abjicerentur*, pro *objicerentur*, Haverk. V. supra ad 6, 14, 12.

§. 5. *Auxiliove juvari Graecos: nec Fundanum Formianumve a se*

quippe minime poenitere se virium suarum, si bellum
6 *placeat. Ceterum non posse dissimulare, aegre pati civitatem Samnitium, quod Fregellas, ex Volscis captas dirutasque ab se, restituerit Romanus populus, coloniamque in Samnitium agro inposuerit, quam coloni eo-*
7 *rum Fregellas adpellent. Eam se contumeliam injuriamque, ni sibi ab iis, qui fecerint, dematur, ipsos omni*
8 *vi depulsuros esse.* Quum Romanus legatus ad disce-

sollicitatos] *auxiliove a se sollicitatos*, reliquis omissis, Lovel. 2. Tum *ne Fundanum* Voss. 1. et Portug. a m. 1. Deinde *ab se sollicitatos* Lovel. 4. Portug. et Haverk.

Minime se poenitere virium suarum, si bellum placeat] *poenitere se* Voss. 1. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Tum *virum suarum* Harlej. 1. V. ad 2, 1, 10. Insuper voces *si bellum* desunt in Lovel. 4.

§. 6. *Aegre pati civitatem Samnitium, quod Fregellas*] *aegre civitatem pati* Leid. 2. *aegre pati civitates* Portug. et Haverk. Hinc *quae Fregellas* Leid. 2. Mox *diruptasque*, pro *dirutas*, Voss. 1. Lovel. 2. Haverk. et Fragm. Hav. *diruptas* Lovel. 1. V. ad 9, 45, 17. Praeterea *a se* Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. Insuper *restituit Romanus populus*, pro *restituerit*. V. ad 40, 14, 11. Ceterum omnia haec *ex Volscis captas* etc. *coloni eorum Fregellas* exsulant a Leid. 2. neglegentia librarii, cui fraudi fuit vocis *Fregellas* repetitio. V. ad 9, 11, 11.

In Samnitium agro inposuerit, quam coloni eorum Fregellas adpellent] *in Samnicio agro* Voss. 1. *in Samnio agro* Portug. *in Samnio*, altera voce omissa, Haverk. Deinde *et imposuerint* Harlej. 2. *imposuerint* Leid. 1. Lovel. 1. 4. Harlej. 1. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. ut iterum Livius τὸ *Romanus populus* more conlectivorum cum verbo plurali construxerit, ut saepe solitus est. V. ad 10, 13, 11. Praeterea *colonicorum*, pro *coloni eorum* Voss. 2. et Lovel. 3. *coloniorum* Leid. 1. *coloniae eorum* Lovel. 4. Tandem *in Fregellas adpellant* Portug. et Haverk. *Fragellas adpellant* Gaertn.

§. 7. *Ni sibi ab iis, qui fecerint, dematur*] Ita primus edidit Aldus. Priores praeferunt *nisi ab iis*. Et ita est in Leid. 2. Lovel. 1. 2. Harlej. utroque, et Klock. nisi quod in aliis sit *ab is*, in aliis *ab hiis*, in aliis *ab his*. Leid. etiam prior ita inter versus praefert, quum perperam *hi ab his* in contextu scriptum fuisset. *nisi his ab iis* legunt Voss. 2. et Lovel. 3. *nisi sibi ab his*, vel *iis*, vel *hiis* Fragm. Hav. Gaertn. Voss. 1. et Lovel. 4. *ni sibi ab his* Florent. Portug. et Haverk. Tum *fecerit* Gaertn. ac tandem *demerat* Lov. 3. *demant* Gaertn. V. infra ad 38, 40, 1. Paullo post τὸ *se* aberat a Lovel. 2.

Ipsos omni vi depulsuros esse] Pall. duo *omnino inde pulsuros esse*. GEBH. Similiter etiam Voss. 2. et Lovel. 3. *omni vi pulsuros esse* Gaertn. Vox *ipsos* autem deficit in Lovel. 2. Ceterum Doujatius existimat, vel *ipsos* hoc loco, vel paullo ante τὸ *se* redundare, nisi unica vox sit *seipsos*, in duas longiore paullo intervallo distra-

ptandum eos ad communes socios atque amicos vo-
caret: *Quid perplexe agimus?* inquit. *Nostra certa-
mina, Romani, non verba legatorum, nec hominum
quisquam disceptator, sed campus Campanus, in quo
concurrendum est, et arma, et communis Mars belli de-
cernet. Proinde inter Capuam Suessulamque castra ca-* 9
*stris conferamus: et, Samnis Romanusne imperio Ita-
liam regat, decernamus.* Legati Romanorum quum 10

cta. Quod ultimum verius esse, non dubito.

§. 8. *Quid perplexe agimus, inquit*] Quem habeat nominativum verbum *inquit*, non plane video; sed mutatus est numerus, nisi dicas quaedam desiderari verba. GLAR. Subaudiendum est *Samnis*. Sequitur enim, *Et Samnis Romanusne imperio Italiam regat, decernamus*. SIG. Subaudiendum est, aliquis eorum, quos ad disceptandum ad communes amicos Romanus legatus vocabat. Tò *inquit* inlustrabitur ex illis, quae infra dicentur ad 34, 3, 9. Paullo ante *et communes socios*, pro *ad communes*, Voss. 2. et Lovel. 3. Verum *ad disceptandum ad communes amicos* hic ponitur pro apud communes amicos. Ita Voss. codex praefert infra 38, 35, 1. *Ad consulem inter Achaeos Lacedaemoniosque disceptatum est.* ubi vulgo editur *apud consulem*. Ita *ad praetorem reus fieri*, *accusari* saepius apud Livium obcurrit. V. ad 38, 55, 2. Plura v. supra ad 7, 7, 4. Praeterea *socios atque amicos animos*, addita ultima voce, Leid. 2. et Lovel. 1.

Sed campus Campanus, in quo concurrendum est, et arma] *sed Campanus campus* Portug. et Haverk. *sed campus concurrendus et arma*, reliquis deficientibus, Klock. ita tamen, ut post vocem *campus* lacuna sit vocis erasae, sed exigua adeo, ut vix quatuor literas capere possit. Paullo ante *non bella legatorum*, pro *verba*, Lovel. 4. qui etiam praefert *neque hominum*.

Et communis Mars belli decernet] Vocula *et* omittitur in Voss. 2. Deinde *deceret* Leid. 1. *disceret* Lovel. 3. *nos dirimet* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. qui in margine cod. N. se invenisse testatur *dirimet*. in contextu vero ut et in cod. B. *decernent*. Neque aliter mihi obviam fuit in Haverk. Utroque numero *decernet* et *decernent* ferri potest. V. ad 3, 30, 1. et ad 37, 5, 3. codd. tamen evincunt, prius verum esse. De verbo *decernere* v. ad 7, 9, 7. id autem cum *dirimere* hic commutatur, ut et mox §. 10.

§. 9. *Proinde inter Capuam Suessulamque*] *Deinde* Portug. in margine, et Haverk. quomodo et alibi variant codd. scripti. V. ad 3, 57, 5. Praeterea *inter Suessulam Capuamque* Lovel. 4.

Et Samnis Romanusne imperio Italiam regat, decernamus] *et Samnisve an Romanus* Lovel. 2. *et Samnis Romave* Leid. 2. et Lovel. 1. etiam Voss. 1. a m. 2. in quo antea scriptum fuerat *Romanive*. *et Samnis Romanusve* Portug. et Fragm. Hav. *et Samnius Romanus ut* Haverk. Deinde *Italiam imperio regat* Lovel. 4. [*discernamus* Veith.]

§. 10. *Quum se, non quo hostis*

se, non quo hostis vocasset, sed quo imperatores sui duxissent, ituros esse respondissent; jam Publilius, inter Palaepolim Neapolimque loco opportune capto, diremerat hostibus societatem auxilii mutui; qua, ut quisque locus premeretur, inter se usi fu-
11 erant. Itaque quum et comitiorum dies instaret, et, Publilium, inminentem hostium muris, avocari

vocasset] Multitudinis numero Pall. tres, et vetustissimae edd. *hostes vocassent*. GEBH. Ita et Voss. 2. Lovel. 3. 4. Port. Haverk. et Fragm. Hav. Ex edd. autem, quas consului, nulla in eam lectionem conspirat. Neque etiam eam probare possum, quamvis *hostis vocassent* exhibeant Florent. Leid. 1. et Gaertn. V. supra ad 5, 50, 2. Praeterea *tum se* etc. *responderunt* multae ex vetustioribus editionibus, quae a vocibus sequentibus *jam Publilius* novam incipiunt periodum. Sed nulli codd. huic lectioni adsentiuntur.

Sed quo imperatores sui duxissent, ituros esse] *dixissent* Voss. 2. Leid. ambo, Lovel. 2. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. [Veith.] Quae varietas mille locis in Mstis obcurrit. V. ad 38, 43, 1. *direxissent* Gaertn. Deinde τὸ *esse* deficit in Gaertn. ejus loco *se* alia manu ad oram cod. Florent. adscriptum est. Sed *se* jam verbis praecedentibus praecessit.

Inter Palaepolim Neapolimque loco opportune capto, diremerat] *inter Palaepolim. L. Neapolimque.* Florent. *inter Palaeopolim* Portug. et Haverk. V. ad cap. praec. §. 5. Praeterea, licet vulgatae lectioni controversiam non moveam, si tamen codd. consentirent, mallem *loco opportuno capto*: quod etiam Cl. Dukero in mentem venit. V. Cel. Jac. Gronovium infra ad 24, 39, 1. Deinde *decreverat* Haverk. Ita modo etiam *decernere* et *dirimere* commutabantur hoc cap. §. 8. Paullo ante iterum *Publius*, vel *P.* plerique codd. *Publilius* vero soli Leid. 1. et Klock. V. hoc lib. ad c. 12, 4. Eadem diversitas scripturae passim in Mstis Livii obcurrit, quorum paucissimi, modo hi, modo illi, veram lectionem servant. V. ad 2, 55, 4. et hoc lib. ad c. 12, 4. In verbis sequentibus *quo ut quisque*, pro *qua*, Lovel. 2. ut referatur ad praecedens *auxilii. quo haud quisque* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 11. *Itaque quum et comitiorum dies instaret*] *Itaque et quum dies comitiorum instaret* Portug. *Itaque et dies comitiorum instaret* Haverk. Post vocem *Itaque* in Florent. Lovel. 4. et Fragm. Hav. haec addunt: *Publilio Philoni ad conficiendum cum Palaepolitanis bellum pro consulare imperium prorogatur*, nisi quod prima vox deest in postremo cod. ejus autem loco sola litera *P.* exstet in Lovel. 4. Verum haec olim pro lemmate ad oram codicis adscripta postea perperam in contextum inrepserunt. V. ad 7, 40, 4.

Avocari ab spe capiendae in dies urbis haud e republica esset] Omnes codd. *advocari*. GEBH. Ita et Voss. 2. Lovel. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. quod accipiendum foret

ab spe capiendae in dies urbis, haud e republica esset; actum cum tribunis est, ad populum ferrent, 12
ut, quum Publilius Philo consulatu abisset, pro consule rem gereret, quoad debellatum cum Graecis esset. L. Cornelio (quia ne eum quidem in Sam- 13
nium jam ingressum revocari ab inpetu belli placebat), literae missae, ut dictatorem comitiorum caus-

advocari ad urbem comitiorum caussa, et eadem forma dictum esse videri posset, qua contra *avolare Romam* et similia passim inveniuntur; de quibus v. ad 1, 57, 8. Codicum tamen vulgatam lectionem defendentium auctoritas efficit, ut eam veriorem existimem. Alibi saepe haec verba in Mstis commutantur. V. supra ad 4, 61, 3. et ad 8, 7, 14. (* 25, 33, 7.) Sed verbum *avocari* male exsulat a Lovel. 4. et Portug. Tum *a spe* Gaertn. et Fragm. Hav. Sed praepositio male deficit in Lov. 3. Deinde *in diebus* Lovel. 2. Praeterea *haud republica esset* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. et Harlej. 1. *haud reip. esset* Lovel. 2. *aut remp. esset* Klock. *e republica* est ex utilitate reipublicae. Supra hoc libro c. 4, 12. *Ageret diceretque, quae e republica nominis Latini fideque sua viderentur.* infra c. 32, 18. *Non videri e republica, in Q. Fabium eo tempore animadverti.* 24, 14, 4. *Permissum ipsi erat, faceret, quod e republica duceret esse.* (* 27, 4, 1.) et alibi saepe. Ultima vox *esset* non adparet in Portug.

§. 12. *Actum cum tribunis est, ad populum ferrent, ut*] *auctum tribunis est* Klock. *Actus* et *Auctus* saepe in Mstis permutantur. V. ad 21, 61, 4. Vocula autem *cum* intercidit ob similitudinem ultimae syllabae vocis praecedentis. Deinde *ut ad populum ferrent* Portug. a m. 2. Sed particula *ut* vel abesse, vel interponi potest. V. ad 1, 17, 11. Quum itaque alii omnes libri eam ignorent, etiam non recipiendam judico. *ad populum referri* Haverk. Male. V. Duker. ad Flori 3, 21, 9.

Consulatu abisset, proconsul rem gereret] Vet. lib. *pro consule*. SIG. Omnes codd. *pro consule*. GEBH. Ita et Voss. duo, Lovel. 8. Harlej. 1. Portug. Gaertn. et Hearnii Oxonienses omnes, praeter N. et C. ambigue *procos*, vel *proconsul*, Voss. duo, et Fragm. Hav. a m. 1. V. infra ad 23, 30, 19. Praeterea *abiisset* Lovel. 4. Port. et Haverk.

Quoad debellatum cum Graecis esset] *quod debellatum* Lovel. 4. et ed. Parm. V. ad 6, 38, 13. *ad debellandum* Voss. 2. *quoad debellandum* Lovel. 3.

§. 13. *Quia ne eum quidem in Samnium jam ingressum revocari ab inpetu belli*] Prima vox non exstat in Lovel. 2. Deinde *nec eum quidem* habent Lovel. 3. et utraque ed. Tarvis. Male. V. ad 1, 10, 3. Tum *Samnium jam ingressum*, sine praepositione *in*, Gaertn. Sed eam intercepit ultima litera vocis praecedentis. V. ad 10, 13, 3. *in Samnium* autem *ingressum*, repetita praepositione, ut 4, 41, 9. *In urbem est ingressus.* 38, 27, 5. *Ingressos in castra ab direptione*

14 sa diceret. dixit M. Claudium Marcellum. ab eo
magister equitum dictus Sp. Postumius. Nec tamen
ab dictatore comitia sunt habita, quia, vitione cre-
atus esset, in disquisitionem venit. consulti augu-
res, vitiosum videri dictatorem, pronunciaverunt.
15 Eam rem tribuni suspectam infamemque criminan-
do fecerunt. *Nam neque facile fuisse id vitium nosci,*

abstrahere non poterat. V. ad Praefat. §. 11. Insuper *revocari ab inpetu bellū* male Florent. Mox *τὸ ut* non adparet in Lovel. 4. Tum *eum*, pro *caussa*, Gaertn. praefert.

§. 14. *Dixit M. Claudium Marcellum*] *Marcellinum* Hearnii Oxon. N. in margine. Mox *Ne cum a dictatore*, pro *Nec tamen ab dictatore*, Gaertn. *a dictatore* etiam Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. 3. ac 4. *cū*, sive *cum*, et *tñ*, sive *tamen*, etiam alibi commutantur. Exemplum jam supra habuimus 3, 16, 1.

Vitione creatus esset, in discussionem venit] Rectius *in disquisitionem venit.* GELEN. *in discussionem* primum invenio apud Aldum. Et ita est in Voss. 1. in marg. tum in Voss. 2. Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. B. et N. in margine [Veith.] Reliqui cum prioribus edd. servant *in disquisitionem:* Et ita Livius infra loquitur 26, 31, 2. *Quid ego fecerim, in disquisitionem venit.* *ad disquisitionem trahere* dixit Tacit. 5. Ann. 11. Vox *discussio* an hujus aetatis sit, immo an hoc sensu apud probos auctores obcurrat, vehementer dubito. Praeterea *invenit* Lovel. 2. Sed duae priores literae natae sunt ex ultima vocis praecedentis. V. ad 5, 23, 5. Mox *vitiorum*, pro *vitiosum*, perperam Klock.

§. 15. *Suspectam infamemque*] *suspectamque* Portug. In verbis sequentibus *facile fuisset*, pro *fuisse*, Lovel. 3. Tum *id vitium nesci*, pro *nosci*, Fragm. Hav. a m. 1.

Quum consul oriente nocte silentio diceret dictatorem] Vet. lib. *ineunte.* SIG. *oriente* habent Pall. duo, totidemque cascae edd. GEBH. *ineunte nocte* Sigonius: sed edd. antiquae et omnes scripti *oriente nocte.* Nox quidem perinde oritur, ut dies. Ovidius 6. Fast. [471.]

— — *Delphina videbimus, inquit,*
Humida cum pulso nox erit orta die.

Sed non principio noctis, verum post mediam, silentio, surgere moris erat auspicantibus, ut Festus docet in *Silentio*, et *Solida sella*. Scribendum, *cum consul oriens nocte silentio diceret dictatorem.* Velius Longus de Orthographia [p. 2234.] *Oriri apud antiquos surgere frequenter significabat, ut apparet in eo, quo dicitur: consul oriens magistrum populi dicat.* Haec elegantissima observatio est Alberti Rubenii. J. FR. GRON. *ineunte nocte*, quod Sigonius ex vet. lib. probavit, ex solo Oxon. B. laudat Hearnius. Id vero in nullo meo mihi obvium fuit. Sed *ineunte noctis silentio* Portug. Gaertn. et Haverk. *oriente noctis silentio* Voss. 2.

quum consul oriens nocte silentio diceret dictatorem: neque ab consule cuiquam publice privatimve de ea re scriptum esse: nec quemquam mortalium exstare, qui 16
se vidisse aut audisse quid dicat, quod auspicium dirimeret: neque augures divinare Romae sedentes potuisse, quid in castris consuli vitii obvenisset. Cui non adparere, quod plebejus dictator sit, id vitium auguribus vi-

Lovel. 3. et Fragm. Hav. [Veith.] *oriente silentio* Lovel. 1. *oriente nocte*, omissa voce *silentio*, Leid. 2. *oriente nocte silentio* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 2. 4. Harlej. uterque, et reliqui Oxonienses Hearnii. *oriende nocte silentio* Klock. quae lectio persuadere potest, legendum esse *oriens de nocte silentio*. (* Ita et Crevier. invenit in antiq. Reg. unde pariter legendum conjicit.) *de nocte* est post mediam noctem, tempore nocturno. Horat. 1. Ep. 2, 32.

Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones.

ita *de tertia vigilia* 9, 44, 10. ubi plura vide. Si quis tamen Rubenii conjecturam, *oriens nocte silentio*, praeferat, non adversabor. V. infra ad 9, 38, 14. Ceterum aliquid humani passus est Doct. Jensius in Differt. de Dictat. pop. Rom. c. 5. docens, J. Fr. Gronovium lectionem hanc *oriente nocte silentio* recte adserere. Insuper vox *dictatorem* deficit in Lovel. 4.

Neque ab consule cuiquam publice privatimque de ea re scriptum esse] Rectius *publice privatimve*, non *privatimque*. GELEN. *nec ab consule* Portug. et Haverk. *neque a consule* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. *neque ab consulibus* Gaertn. Verum ab uno tantum consule L. Cornelio Lentulo dictator dictus est, at Livius modo narravit. De hoc errore v. infra ad 10, 10, 2. Deinde vox *cuiquam* deficit in Voss. 2. Tum *privatimve* omnes codd. nisi quod *privative* sit in Gaertn. Insuper alio ordine *de ea re publice privatimve* Voss. 2. *publice privatimve ea de re* Leid. 2. Tandem *esset* Leid. 1. Lovel. 2. 4. et Fragm. Hav. a m. 1.

§. 16. *Nec quemquam mortalium exstare, qui se vidisse aut audivisse quid dicat*] Flor. Rott. Helm. Voss. uterque, *audisse*. J. FR. GRON. Ita et omnes mei, excepto Harlej. 2. qui editionum priorum lectioni consentit. Praeterea *ne quemquam* Lovel. 3. *neque quemquam* Tarvis. ed. prior; ubi ita datum esse videri potuit, quod *neque* et praecesserit, et sequatur. Sed v. ad 9, 9, 14. Tum *vel audisse* Portug. et Haverk. Deinde *qui dicat* Leid. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. Sed ultima litera τοῦ *quid* intercepta est a prima vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. In verbis sequentibus *auspicia*, pro *auspicium*, Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Atque ita Sigonius edidit.

Quid in castris consuli vitii evenisset] Rectius *obvenisset*, non *evenisset*. GELEN. Eadem lectio mihi quoque in omnibus scriptis obvia fuit, nisi quod *evenisset* in solo restet Harlej. 2. *Avenisset* in Lovel. 4. Insuper *in castris consulis* Leid. 1. Lovel. 3. Portug.

17 *sum?* Haec aliaque ab tribunis nequidquam jactata: tamen ad interregnum res redit: dilatisque alia atque alia de caussa comitiis, quartusdecimus demum

Haverk. et Oxon. B. ac N. apud Hearnium. Paullo ante vocabula *neque augures divinare* non adparent in Haverk.

Cui non adparere, quod plebejus dictator sit dictus] *dictus* redundat, nec est in antiquis codicibus. GELEN. Deest etiam in omnibus meis. Ceterum *Cur non apparere* Portug. *Cui non appareret* Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 17. *Haec aliaque ab tribunis nequidquam jactata*] *Nec aliaque* Haverk. V. ad 32, 20, 7. *Hoc aliaque* Lovel. 4. Tum *a tribunis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. Sed praepositio deest in Voss. 2. et Haverk. V. ad 6, 11, 4. Deinde *nequiquam* Florent. V. ad 40, 47, 9. *nequaquam* Voss. 2. et Lovel. 3. V. ad 27, 26, 2.

Tamen ad interregnum res redit] *tandem ad interregnum* Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 2. Passim autem haec vocabula in Mstis confundi solent. V. infra ad 22, 2, 11. Tum *rediit* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. V. supra ad 4, 43, 7. et infra ad 36, 35, 2.

Dilatisque alia atque alia caussa comitiis] In antiquis codicibus est *alia de caussa*, non *alia caussa*. GELEN. Praepositionem, quam Gelenius ex Mstis retraxit, agnoscunt etiam omnes mei, exceptis tantum Leid. 2. Portug. et Haverk. Eam autem defendentium non numerus tantum, sed fides etiam apud me praevalet. Praeterea *delatisque* Leid. 2. (* v. ad 40, 5, 5.) *dilatis* Lovel. 2.

Quartus decimus demum interrex L. Aemilius consules creat C. Petilium] Hic Petilius antea bis consul fuit anno CCCXCV. et CDIX. quare hoc loco addendum *III.* quod Cassiodorus non neglexit. GLAR. *C. Poetelium tertium* scribendum esse, censet Glareanus. Putat enim eundem esse cum eo, qui consul fuit anno CCCXCV. in quo decipitur: ille enim pater, hic filius est. Quod ex consulatu ejus, et ex dictatura hujus Capitolina cognoscitur, in quibus ille *C. POETELIVS. C. F. Q. N. LIBO. VISOLVS*, hic *C. POETELIVS. C. F. C. N. LIBO. VISOLVS* appellatur. Est igitur *C.* hic *Poetelius* consul II. non III. nam primum fuit anno CDIX. „† Glareanus in hoc secutus est Cassiodorum, quem reprehendere debebat: sed Glareanum maluit.“ †. SIG. *quartus decumus* Leid. 1. et Harlej. 1. V. ad 2, 59, 11. Deinde *L. Aemilius consul creavit* Leid. 2. Portug. et Haverk. *L. Aemilius creatus* Lovel. 2. *L. Aemilius consul creatus* Leid. 1. Lovel. 1. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. *L. Aemilius consul creatus est* Voss. 2. et Lovel. 3. qui tamen Poetelii praenomen omiserunt, cujus locum *e* vel *est* occupavit. Talis error supra erat hoc lib. c. 15, 5. Insuper *Petilius* tantum non omnes codd. et edd. antiquae ante Sigonium. V. supra ad 3, 35, 11. et ad 4, 12, 3. Ceterum hunc C. Poetelium filium esse istius C. Poetelii, qui anno CCCXCV. consul fuit, eumque nunc demum consulem secundum esse, Sigonio consentit Pighius in Annal. ad ann. CDXXVII. p. 339. In eo ve-

demum interrex L. Aemilius consules creat C. Poetelium, L. Papirium Mugillanum. Cursorem in aliis annalibus invenio.

XXIV. Eodem anno Alexandriam in Aegypto

ro a sententia ejus dissentit, quod eum diversum faciat a C. Poetelio, qui anno CDIX. sive, ut numerant Fasti Capitolini, CDVII. consul fuit. Consulem enim anni CDIX. vocat *Q. F. Q. N.* at hujus anni *C. F. C. N.* et pro primo ejus consulatu habet illum, quem ipse a Livio ante A. Cornelium iterum et Cn. Domitium consules, Dodwell. biennio postea, omissum esse existimarunt. V. ad 8, 17, 5. Verum, quum non tantum Marianus et Cassiodorus, quos Pighius laudat, sed etiam Fasti, quos Eccard. publicavit tom. 1. corp. Hist. medii aevi p. 4. column. 2. hunc tertium Libonis, id est Poetelii Libonis, consulatum numerent, non video, cur non ipsis fidem habeamus, et pro primo numeremus consulatum anni CDIX. (quod enim ejus anni consulem potius *Q. F. Q. N.* vocet Pighius, quam *C. F. C. N.* nullo argumento nititur,) pro secundo illum, quem a Livio omissum esse viri docti statuerunt, hunc denique pro tertio. Non tamen propterea vel iterati vel tertii consulatus notam addendam esse, quasi ex Livii contextu neglegentia scribarum excidisset, evincunt, quae supra notantur ad 2, 16, 7.

L. Papirium Mugillanum. Cursorem in aliis annalibus invenio] Quamquam ambigere de cognomine Papirii consulis videtur, *Cursorem* tamen probat magis. quod ex eo intelligi potest, quod eum II. post consulem profitetur, hunc annum enumerans, [9, 7, 15.] Idem faciunt Capitolini scriptores. SIG. Hujus etiam consulis praenomen omittitur in Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. et Fragm. Hav. Ejus autem cognomen *Mugilanum*, una tantum liquida, scribunt Lovel. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. *Mugilianum* Florent. Male. V. ad 4, 7, 10. Tum *Cursorem* non adparet in Lovel. 2. neque *invenio* in Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. a m. 1. Argumentum vero, quo Sigonius probare conatus est, Livium existimasse, hujus anni consulem Papirium potius *Cursorem*, quam *Mugillanum*, vocatum fuisse, evertitur, si vera est sententia Pighii, qui credidit, unum eorum consulum, quos ante A. Cornelium iterum et Cn. Domitium supra h. l. c. 17, 5. omissos credidit, L. Papirium *Cursorem* dictum esse, consulem autem hujus anni *Mugillanum*. Si enim et hic *Cursoris* cognomen habuisset, infra 9, 7, 15. memoratus *consul tertium*, non *secundum*, vel *iterum*, fuisset. Majus id eo praesidium foret, si constaret, eum *quintum consulem* a Livio memorari 9, 28, 2. ubi tamen multi codd. et edd. quinti consulatus notam omittunt.

§. 1. *Eodem anno Alexandriam in Aegypto proditum conditam*] Hoc loco Alexander aedificat Alexandreiam, qui non longe ab initio hujus libri [c. 3, 7.] in alio tractu orbis a fortuna morbo exstinctus est. Diodorus Siculus ait, [l. 17. non longe a fine,] Alexandrum exstinctum anno primo Olympiadis centesimae quartae decimae. Cassiodorus autem ait, Consulibus C. Petillio III. et L. Papirio Mugillano Alexandreiam conditam. GLAR. Sic Solinus c. 35. [aliis 32.] *L. Papirio Sp. F. C.*

proditum conditam; Alexandrumque, Epiri regem, ab exsule Lucano interfectum, sortes Dodonaei Jo-
2 vis eventu adfirmasse. Adcito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, *caveret Acherusiam aquam*

Poetelio C. F. consulibus Alexandria condita est. Idem Cassiodorus. SIG. V. Scaligerum ad Eusebii Chron. num. CIƆIƆCCXXXVII. et Salmas. ad Solin. p. 338. ed. Traject. DUK. Pighius in Annal. ad ann. CDXX. p. 329. et ad ann. CDXXVII. p. 340. existimavit, par consulum L. Papirium et C. Poetelium antea a Livio omissum esse, eosque inserendos hoc lib. c. 17, 5. ut jam eo loco et ad cap. praec. §. 17. dictum est; et quidem eodem nomine dictos esse consules hujus anni; quin alterum omissorum Poetelium etiam hoc anno dignitatem illam obtinuisse, alterum vero fuisse Papirium Cursorem, quum hujus anni Papirius consul Mugillanus cognominaretur: jam autem conditae Alexandriae epocham non ad hujus anni consules C. Poetelium et L. Papirium, sed alterius omissos referendam esse. Ceterum *Alexandream* legit Florent. V. ad 31, 43, 5. Praeterea *proditur conditam* Fragm. Hav. et Hearnii Ox. C. ut *proditur Alexandriam conditam* dicatur eodem modo, quo *traditur regem se abdidisse*: de qua locutione v. ad 1, 31, 8. Et ita Justinus 44, 4. *In quibus Titanas bellum adversus Deos gessisse proditur.* Sed *produnt conditam* Hearnii Oxon. L. 1.

Sortes Dodonaei Jovis eventu adfirmasse] Vox *sortes* perperam deest in Gaertn. *sortes Jovis* est ejus oraculum, responsum oraculi. V. ad 5, 15, 12. Tum *Dodonis Jovis* Lovel. 2. *Dodonis Jovis* Voss. 2. et Lovel. 3. *Dodoneo Jovis eventu* Harlej. 1. *Dodonaei regis Jovis eventu* Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 2. *Adcito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat*] Male in scriptis libris reperitur *ditio*. Quippe *dictio* est Χρησμός. Pacuvius apud Nonium [in v. *Autumare.*]

> *Flexa, non falsa, autumare dictio Delphis solet.*

Accius apud Herennium [sive auctorem ad Herennium] 2, 26.

> *Aperte fatur dictio, si intelligas.*

Livius Antiopa [apud Nonium v. *Saeptuose.*]

> *Ita septuose dictio abs Deo datur,*
> *Quod consecutum sapiens aegre contulit.*

GEBH. *ditio* etiam Lovel. 3. *dicio* Haverk. Sed recte Gebhardus *dictio* exponit Χρησμός, id est, oraculum. Duo autem priora loca, quae ex Pacuvio et Accio laudavit, ante eum, una cum hoc loco Livii, jam observavit Turneb. 30. Advers. 1. V. etiam Salmas. ad Solin. p. 110. Similiter *dictum* et *dicere* de oraculis usurpari, docuerunt Inl. N. Heinsius ad Nason. Ep. 5. Her. 33. 1. Fast. 539. et Passerat. ad Propert. 1. Eleg. 9, 6. Hac ratione Lycurgum leges suas ῥήτρας vocasse, auctor est Plutarch. in ejus vita p. 47. ὡς παρὰ τοῦ θεοῦ νομιζόμενα, καὶ χρησμοὺς ὄντα. Nempe a ῥέω dico. Praeterea *a Tarentinis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Gaertn. Tum *in Italia* Fragm. Hav. sed duo haec vocabula omittuntur in Gaertn. quemadmodum sequens *data* in Leid. 1.

Caveret Acherusiam aquam Pandosiamque urbem] Oraculum hoc

Pandosiamque urbem: ibi fatis ejus terminum dari. Eoque ocius transmisit in Italiam, ut quam maxime procul abesset urbe Pandosia in Epiro et Acheronte amni, quem ex Molosside fluentem in stagna 3

his duobus Graecis versibus expressum est:

Αἰακίδη προφύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὕδωρ
Πανδοσίαν θ', ὅτι τοι θάνατος πεπρωμένος ἐστί.

Eandem rem tradit etiam Strabo l. 6. [p. 256.] his verbis. *Περὶ Πανδοσίαν Ἀλέξανδρος ὁ Μολοττὸς διεφθάρη. ἐξηπάτησε δὲ καὶ τοῦτον ὁ ἐν Δωδώνῃ χρησμὸς, φυλάττεσθαι κελεύων τὸν Ἀχέροντα καὶ τὴν Πανδοσίαν. δεικνυμένων γὰρ ἐν τῇ Θεσπρωτίᾳ ὁμωνύμων τούτοις, ἐνταῦθα κατέστρεψε τὸν βίον.* SIG. Idem hoc oraculum ex commentariis Graecorum ante Sigonium protulit Victor. 15. Var. lect. 15. V. etiam Modium ad Justin. 12, 2, 3. ad quem eumdem locum Bernecc. professus est, se haud scire, an oraculum illud *γνήσιον* fuerit, quoniam ab eo diversum referunt Strabo l. 6. p. 256. et Stephan. Byz. in v. *Πανδοσία*, hoc nempe modo conceptum:

Πανδοσίη τρικόλωνε, πολύν ποτε λαὸν ὀλέσσεις.

Sed ad verba Strabonis non adtendit, qui expresse illis, quae Sigon. infra laudat ad §. 5. tradit, hoc oraculum ab eo, quo Acherusiam aquam Pandosiamque urbem cavere jubebatur, diversum fuisse. Ceterum *Acerusiam aquam* Leid. 1. Lovel. 3. et Harlej. 1. *Acreusiam aquam* literis transpositis Florent. *Acherontiam aquam* Lovel. 2. Deinde *Pandosiamque urbem* Voss. 2. et Lovel. 3. *caveret Acherusia aqua*, *Pandosiaque urbe* Lovel. 4. At nihil mutandum.

§. 3. *Eoque ocius transmisit*] *Neque ocius* Gaertn. *Eo quia ocius* Lovel. 2. V. ad 5, 29, 3. Tum *transmisisse* Lovel. 4.

Procul abesset urbe Pandosia in Epiro et Acheronte amni] *procul esset urbe* Lovel. 2. Utrumque *procul esse*, et *procul abesse* in Livio frequens est. Sed unius cod. auctoritatem consensui reliquorum praeferre iniquum foret. Tum *Acherente amni* Voss. 1. Leid. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *Acherunte amni* a m. 2. *Acherunto amni* Leid. 1. et Gaertn. *Acheronte amne* Portug. et Haverk. Male. V. ad 28, 33, 1.

Quem ex Molosside fluentem in stagna inferna accipit Thesprotius sinus] Pal. sec. *ex Molosia defluentem*. Andreae recensio *quem ex Molossite defluentem*. Veram tamen esse vulgatam lectionem cernis, quam expressit quoque Campanus. GEBH. *quam*, pro *quem*, Lovel. 3. et Leid. 1. Tum *ex Molosis defluentem* Harlej. 1. *ex Molosa defluentem* Gaertn. *ex Molosia defluentem* Portug. et Haverk. *ex Molossia defluentem* Fragm. Hav. a m. 2. priori lectione penitus erasa, et Hearnii Oxon. N. *ex Molossi defluentem* Leid. ambo, et Hearnii C. *ex Moloside fluentem* Klock. *ex Molossite fluentem* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *ex Molosside defluentem* edd. his aetate proximae, pro quo Aldus *ex Molosside fluentem* dedit; quod verum puto. Omnes enim codd. qui *Molosside* legunt, simplex *fluentem* praeferunt; ut prima syllaba

4 inferna accipit Thesprotius sinus. Ceterum (ut ferme fugiendo in media fata ruitur) quum saepe Bruttias Lucanasque legiones fudisset; Heracleam Tarentinorum coloniam, Consentiam ex Lucanis, Sipontumque, Bruttiorum Terinam, alias inde Mes-

τοῦ *defluentem* ex fine vocis praecedentis nata videatur. Regio autem *Molossis* etiam infra memoratur 45, 26, 4. *In Molossidem transgressus*. ad quem locum Sigonius docuit, *Molosis* unica litera sibilante scribendum: cujus orthographiae vestigia in quibusdam codd. hic deprehenduntur. Sed v. quae ad eum locum notavi. Hinc voces *in stagna* deficiunt in Klock. Deinde *accus*, pro *accipit*, Leid. 2, *accepit* Haverk. Praeterea *Tesprotius sinus* Voss. 1. *Thespotius sinus* Fragm. Hav. *Thespontius sinus* Voss. 2. *Cesprotinus sinus* Leid. 2, *Thesprotinus sinus* Florent. et Lovel. 4. *accipites protius sinos* Klock. Sed mira ac singularis est lectio, quam exhibet Lovel. 2, *quem Cephisus omnis defluentem in stagna inferna accipit. inde promptissimus ut cecus ferme fugiendo in media fata ruit*. Quod monstrum, undeunde natum, adtentione dignum non est.

§. 4. *Ceterum, ut ferme fugiendo in media fata ruitur*] Antiquissimarum edd. lectionem disturbant MSS. codd. quorum secundus, *Ut ceterum ferme fugiendo in media fata ruit*. Perperam, quippe reliqui duo tantum transpositione mutant unius voculae. GEBH. Exhibent nempe *Ut ceterum*, quomodo etiam est in Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 3. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. et Fragm. Hav. Praeterea *ruit* etiam Lovel. 2. Portug. et Haverk. *ruerit* Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. Mox *regiones*, pro *legiones*, Lovel. 3. Saepissime *L.* et *R.* in Mstis commutari, infra videbimus ad 28, 36, 7.

Heracleam Tarentinorum coloniam, Consentiam ex Lucanis] *Heracliam* Lovel. 4. de qua scriptura v. Lambin. ad Cic. orat. pro Arch. poëta c. 4. qui notat, *ει* Graecorum, qua diphthongo hoc vocabulum scribi solet, a Latinis verti solere vel in *e* longum, vel in *i* longum. V. etiam ad 31, 43, 5. Alii tamen omnes *Heracleam* legunt; quae scriptura, certe in hujus urbis nomine, longe frequentior est. Tum *Cosentiam* Fragm. Hav. a m. 1. *Conscientiam* Haverk. V. ad 30, 19, 10. et mox hoc cap. ad §. 14. Ceterum quum Consentia non Lucanorum, sed Bruttiorum urbs fuerit, ejus loco *Potentiam* legendum existimavit Doujatius, quae urbs in Lucanis sita erat.

Sipontumque Brutiorum coloniam Acerinam] Quidam distinguunt post *Sipontumque*, ac deinde inferunt *Brutiorum coloniam Acerinam*. Sipontum tamen non Lucanorum intelligo oppidum, sed Appulorum Dauniorum, ut testatur Plinius 3, [11.] Cepit igitur Sipontum, ac ex Lucanis Consentiam, denique Brutiorum coloniam Acerinam: quamquam hoc nomen mihi suspectum. Nam *Acerrae* oppidum, et *Acerrani* populi nihil ad hunc locum. GLAR. Merito suspectam habet vocem *Acerinam* Glareanus, neque enim ejus oppidi apud quemquam ulla mentio est. Quo fit, ut suspi-

sapiorum ac Lucanorum cepiffet urbes, et trecen-
tas familias inluftres in Epirum, quas obsidum nu-
mero haberet, misiffet; haud procul Pandosia urbe 5
inminente Lucanis ac Bruttiis finibus tris tumulos,
aliquantum inter se diftantes, insedit; ex quibus

cer, pro *Acerinam*, *Terinam* effe legendum; quod oppidum Bruttiorum fuiffe, scribit aperte Strabo l. 6. [p. 256.] Τεμέσης δὲ συνεχὴς Τερινά, ἣν Ἀννίβας καθεῖλεν, οὐ δυνάμενος φυλάττειν, ὅτε δὴ εἰς αὐτὴν κατεφεύγει Βρεττίαν. Εἶτα Κωνσεντία μητρόπολις Βρεττίων. Eandem Stephanus vocat κτίσμα Κρωτονιατῶν. Itaque scribit, *alias inde Mesapiorum ac Lucanorum urbes*. *Terinae* Plinius etiam [3, 5.] et Mela [2, 4.] meminerunt. SIG. De confilio Glareani et Sigonii reposui *Terinam*. Vocem autem *coloniam*, auctore Thuaneo, duobus Voff. Helm. delevi: nam ad *τὸ Bruttiorum* subaudiendum ex sequentibus *urbem*. Cluverius *Heracleam*, *Tarentinorum coloniam*, *Metapontumque*, *Consentiam Bruttiorum*, *ex Lucanis coloniam Acerinam*. 4. Ital. ant. 15. [p. 1318.] J. FR. GRON. Vocem *coloniam*, praeter Harlej. 2. et forte etiam Florent. ex quo nihil ad illam notatum video, nesciunt omnes quoque mei, et Hearnii Oxonienses. Res quidem eodem redit, nam κτίσμα Κρωτονιατῶν fuiffe, modo Sigonius ex Steph. Byz. docuit; Croton autem Bruttiorum urbs erat: sed praeftat auctoritatem codicum sequi. Deinde *Acerrimarum* Portug. a m. 1. *Acerrinam* a m. 2. et Haverk. *Achrinam* Harlej. 2. *Acrentinam* Florent. *Acerniam* Voff. 2. et Lovel. 3. ac 4. *Acerinam* Voff. 1. Leid. duo, Lovel. 1. 2. Harlej. 1. Gaertn. Klock. Fragm. Hav. [Veith.] et Hearnii Oxonienses: quomodo primus etiam Aldus vulgavit. Romae enim anno 1472. ac Parmae vulgatum fuerat *ac Erinam*, inde vero usque ad Aldum *ac Erniam*.

Alias inde Messapiorum ac Lucanorum cepisset urbes] Τὸ *alias* deficit in Haverk. [*alias ante* Veith.] Tum *in Massepiorum* Fragm. Hav. a m. 1. *inde Massepiorum* Voff. 1. Leid. duo, Lovel. 1. Harlej. 1. et Klock. *inde Messepiorum* Florent. *indiemasse priorum* Voff. 2. et Lovel. 3. *inde Methaponthinorum* Portug. et Haverk. *inde Metapontinorum* Lovel. 2. *inde Mopsopiorum* Lovel. 4. *inde Mesapontuorum* Gaertn. Solus hic Harlej. 2. sapuit cum editis. Deinde *cepisse* Lovel. 4.

Et trecentas familias inluftres in Epirum, quas obsidum numero haberet] *ut trecentas* Gaertn. V. ad 21, 28, 8. Hinc vox *inluftres* exsulat a Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *obsidium numero* Harlej. 1. Sed *obsidum* potius dixiffe videtur, evitandae ambiguitatis caussa. Nam *obsidium* etiam eft rectus casus pro *obsidio*. Denique *haberent* Fragm. Hav.

§. 5. *Haud procul Pandosia urbe, imminentes Lucanis ac Bruttiis finibus treis tumulos* etc.] Eorundem tumulorum meminit etiam Strabo, et alterius oraculi, a quo Alexander deceptus sit: aït enim [l. 6. p. 256.] Τρικόρυφον δ' ἐστὶ τὸ φρούριον, καὶ παραρρεῖ ποταμὸς Ἀχέρων. προσηπάτησε δὲ καὶ ἄλλο λόγιον,

Πανδοσία τρικόλωνε, πολύν ποτε λαὸν ὀλέσσεις.

incursiones in omnem partem agri hostilis faceret.
6 et ducentos ferme Lucanorum exsules circa se pro fidis habebat, ut pleraque ejus generis ingenia sunt,
7 cum fortuna mutabilem gerentes fidem. Imbres continui, campis omnibus inundantes, quum interclusissent trifariam exercitum a mutuo inter se auxilio, duo praesidia, quae sine rege erant, inproviso ho-

Ἔδοξε γὰρ πολεμίων φθορὰν, οὐκ οἰκείων δηλοῦσθαι. SIG. Bene et antiquorum norma Pal. sec. et Andreae ed. *tris tumulos*, ut saepe monui ad Tullium. Infra l. 23, 16. *Ad tris portas in hostes versas.* l. 25, 36. Pall. duo, *Postquam toto agmine tris imperatores cum trinis justis exercitibus aderant.* GEBH. *inminentes* primus edidit Modius in Francof. ut tres illi tumuli finibus Lucanis ac Bruttiis inminere dicantur. Verum non modo omnes priores editi, sed et scripti mei atque Hearnii Oxonienses constanter legunt *inminente*, id referentes ad ipsam urbem Pandosiam, quae sita fuisset in confinio Lucanorum et Bruttiorum. Quum autem horum consensus minime spernendus videatur, neque etiam caussam dederit Modius, cur a veteri scriptura recedendum existimarit, priscam lectionem reducendam putavi. Deinde *a Bruttiis* Voss. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav. a m. 1. ut sensus sit, Pandosiam Lucanis proximam esse, qua regio a finibus Bruttiis, a parte finium Bruttiorum, aditur; proximam Lucanis esse, qua parte sunt fines Bruttii. Ut eadem fere locutio sit, atque illa, quae infra occurrit 31, 24, 8. *Ab Dipylo accessit.* ubi ea aliis exemplis illustratur. Vulgato tamen controversiam non moveo. Insuper *tris* etiam Florent. Leid. 1. Lovel. 1. Harlej. 1. Portug. Gaertn. et priscae editiones. Servius notat ad Virg. 1. Aen. 108. *Tris Latinum est. Genitivus enim pluralis, quotiens in ium exit, accusativum pluralem in is mittit, ut puppium, puppis; quotiens in um exit, in es mittit, ut patrum, patres.* Priscian. 7. Gramm. p. 775. *Tres trium facit hos et has tres vel tris.* V. Noris. ad Cenotaph. Pis. diss. 4, 3. Mox voces *aliquantum inter* desunt in Lovel. 1.

Ex quibus excursiones in omnem partem agri hostilis faceret] In antiquis codicibus est *incursiones in omnem partem*, non *excursiones*, etsi id leviusculum est. GELEN. Pal. sec. *ex quibus faceret incursiones in omnes partes hostilis agri.* GEBH. *incursionem* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Fragm. Hav. et, ut Hearnius testatur, Oxon. N. L. 2. et C. Tum *agri hostis faceret* Voss. 2. Hinc *faceret excursiones in omnes partes hostilis agri* Portug. et Haverk. *hostiles faceret incursiones in omnem partem hostilis agri* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 6. *Ducentos ferme Lucanorum exsules*] *ducentos fere* Fragm. Hav. V. ad 37, 38, 5. Sed vox *ferme* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. *exsules Lucanorum* habet Lovel. 4.

Ut pleraque ejus generis ingenia sunt] Vult exsulum et transfugarum ingenia cum fortuna esse mutabilia. Sed ingenii levitatem hancecine soli Lucanorum genti

stium adventu obprimuntur: deletisque eis, ad ipsius
obsidionem omnes conversi. Inde ab Lucanis ex- 8
sulibus ad suos nuncii missi sunt: pactoque reditu
promissum est, regem, aut vivum, aut mortuum,
in potestatem daturos. Ceterum cum delectis ipse, 9
egregium facinus ausus, per medios erumpit hostes,
et ducem Lucanorum cominus congressum obtrun-

assignat Pal. sec. *ut plerumque ejus gentis ingenia sunt*. GEBH. Eamdem lectionem habent et Portug. atque Haverk. Verum Lucani tamquam φιλόξενοι καὶ δίκαιοι describuntur apud Heraclid. Pont. de Rebuspubl. quare vulgatum verius esse non dubito: et *ejus generis* cum Gebhardo refero ad exsules, qui se hostibus patriae adjungunt. Similiter locutus est Cic. de Amic. 17. *Sunt igitur firmi et stabiles et constantes eligendi; cujus generis est magna penuria*. *Gens* autem et *Genus* saepe in Mstis commutantur. V. infra ad 34, 17, 6. Mox *gerentis* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed librarii, videntes vocem *gerentes* ad praecedens *ingenia* referri non posse, retulerunt ad alterum *ejus generis*, quum animadvertere debuissent, respondere remotiori *Lucanorum exsules*: atque ita *gerentis* pro accusativo plurali accipi posset.

§. 7. *Quum interclusissent trifariam exercitum a mutuo inter se auxilio*] Praepositio deficit in Portug. Ita Gronov. infra emendandum censuit 27, 42, 4. *Ni clamor ab tergo auditus metum, ne intercluderentur castris, fecisset*. ubi *a castris* vulgo editur. Alia eo loco vide. Uni tamen codici fidem habere nimis temerarium foret: praesertim quum et alterum in Livio saepius obcurrat. V. ad 3, 70, 5. Ceterum *trifariam exercitum* perperam Portug. et Haverk. Paullo ante etiam *continuis campis* Leid. 1.

Inproviso hostium adventu obprimuntur] *inprovise* Leid. 2. *ex improviso* Hearnii Oxon. L. 2. et C. Malc. Cic. 2. ad fam. Ep. 10. *Castella munita inproviso adventu capta et incensa*.

Deletisque eis, ad ipsius obsidionem omnes conversi] *delectusque ejus* Voss. 2. *delectisque ejus* Lovel. 3. *delectisque eis* Lovel. 1. Klock. et Haverk. Saepe ita lapsi sunt librarii. V. ad 4, 25, 8. Praeterea *conversi sunt* Portug. Gaertn. et Haverk.

§. 8. *Nuncii missi sunt, pactoque reditu promissum est*] Tò *sunt* deest in Voss. 2. particula *que* in Fragm. Hav. a m. 1. Deinde *permissum est* Gaertn. V. ad 3, 8, 4. c. 43, 6. et aliis locis saepe.

Regem, aut vivum, aut mortuum, in potestatem daturos] Vocula *aut* priori loco deest in Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Tum *in potestate daturos* Portug. Gaertn. et Haverk. atque ita in Pal. 2. se invenisse auctor est Gebhardus supra h. lib. c. 20, 6. quod eodem modo dictum foret, quo saepe *in conspectu dare* in Mstis inveniri, observat Cel. Burmann. ad Phaedri 5. fab. 1, 15. V. etiam supra ad 7, 40, 1. Integriores tamen codd. quibus tutius credi potest, hic in vulgatum conspirant.

§. 9. *Ducem Lucanorum cominus*

10 cat: contrahensque suos ex fuga palatos, pervenit
ad amnem, ruinis recentibus pontis, quem vis a-
11 quae abstulerat, indicantem iter. quem quum incer-
to vado transiret agmen, fessus metu ac labore mi-
les, increpans nomen abominandum fluminis, *Jure Acheros vocaris*, inquit. quod ubi ad aures accidit regis; adjecit extemplo animum fatis suis; substi-

congressum obtruncat] Campani editio *detruncat*. GEBH. *cominus congressus* Portug. a m. 1. Fragm. Hav. a m. 2. et Haverk. utramque scripturam junxit Lovel. 4. qui *cominus congressus congressum obtruncat* dedit. *cominus congregasset* sine sensu Klock.

§. 10. *Quem vis aquae abstulerat*] Pal. sec. *vis aquarum*. GEBH. Ita et Port. et Haverk. quod ferri posset, si certiores codd. adsentirentur. Nam ita *aquae* numero multitudinis infra 24,9,6. *Aquae magnae bis eo anno fuerunt*. 38, 28, 4. *Aquae ingentes eo anno fuerunt*. Ceterum male *quamvis* una voce Haverk. Paullo ante *palatos ex fuga* trajectis vocibus Lovel. 4. *ex fuga palantes* Florent. a m. 2. Male. V. ad 1, 11, 1. *pervenit* autem deficit in Harlej. 2.

Indicantem iter] Immo *negantem*, aut *denegantem*. Sic lege. T. FABER. Doujatius vulgatum contra Fabrum tuetur, existimans, sensum Livii esse, per ruinas et vestigia pontis cognitum fuisse, qua foret eundum. Similiter Cl. Wasse ad Sallust. Jug. 57. quum primo conjecisset *indignantem*, vel *insecantem*, tandem addit, nec editam lectionem admodum displicere, hoc modo: campi inundabantur, at pontis ruinae viam inter aquas commonstrabant. Contra Cl. Jac. Gronov. in Resp. ad Cavill. Fabretti p. 50. opinatur, Doujatii expositionem ferri non posse; si enim ruinae pontis cognoscendum dabant iter, cur igitur Alexander eas secutus non est, et illac transivit amnem? cur, si indicasse iter nunc dixit Livius, statim post significat incertum fuisse vadum? At non indicabat iter: at non potuit illac ire: at vagari cum multa aerumna in ripa coactus miles ad quaerendum vadum: Livium itaque omnino velle indicare putat, ruptum pontem vetuisse progredi. Fatetur tamen, paullo ulterius, quam decuit, Fabrum abiisse ab Mstorum codicum omnium lectione, et jubet, ut videat lector, an non scripserit Livius *inficiantem iter*. ut sensus sit, amnem per ruinas recentes pontis inficiatum fuisse iter, sive ostendisse, illac iter non concedi. Sed codices nulli aliquid mutant, nisi quod *iter* desit in Leid. 2. et Lovel. 1. ejusque loco *inter* praeferat Fragm. Hav. a m. 1. V. ad 5, 37, 4.

§. 11. *Quum incerto vado transiret agmen, fessus metu ac labore miles*] *transiret agrum* Lovel. 2. Tum *fusum metu ac labore* Leid. 2. *fessum ac labore* Haverk. *fessum metu et labore* Fragm. Hav. Mox *abnominandum*, pro *abominandum*, Florent. *nomen fluminis abominandum* Harlej. 2. Deinde *Acherons* Lovel. 2. et 4. Forte duplicem lectionem *Acheros* et *Acheron* librarii in codd. suis invenerunt,

titque dubius, an transiret. Tum Sotimus minister 12 ex regiis pueris, *quid in tanto discrimine periculi cunctaretur* interrogans, indicat, Lucanos insidiis quaerere locum. Quos ubi respexit rex procul grege 13 facto venientes, stringit gladium, et per medium amnem transmittit equum. Jamque in vadum egressum eminus veruto Lucanus exsul transfigit.

quam utramque hoc modo exprimere conati sunt. V. alia exempla ad 3, 44, 4. Nomen autem fluminis a Strabone Ἀχέρων proferri l. 6. p. 256. *Acheron* a Plinio 3, 5. docet Cellar. 2. Geogr. ant. 9. p. 582.

§. 12. *Tum Sotinius minister*] Illud majoris aliquanto momenti, quod *Sotimus* in *Sotinium* depravatus erat. GELEN. *Postimus* Florent. *Soturius* Lovel. 2. *Sotinius*, ut ante Gelenium edebatur, Harlej. 2. *Sotinus* Leid. 2. et Lovel. 4. *Socinius* Portug. et Haverk. *Socimus* Voss. ambo. *Senmus* Harlej. 1. *Sentinus* Hearnii Oxon. L. 1. *Sotanus* ejusdem C. Reliqui Gelenio consentientes *Sotimus*. Insuper *minister ejus* Portug. Gaertn. et Haverk. *Cum* autem, pro *Tum*, Lovel. 1. V. ad Epit. Liv. 48. circa fin. et mox ad §. 14.

Quid in tanto discrimine periculi cunctaretur interrogans] Plura hujus generis collegerunt Ryckius ad Taciti 2. Hist. 21. et Cortius ad Epist. 1. ad Caesar. de rep. ordin. c. 2. DUK. *quod* Haverk. V. ad 38, 10, 1. Tum *in tanto periculi discrimine* Portug. *in tanto periculo discrimine* Haverk. Supra 6, 17, 1. *In ipso discrimine periculi destituat.* Deinde *interrogatus* Leid. 2. Mox verbis sequentibus *indicans*, pro *indicat*, Fragm. Hav.

§. 13. *Quos ubi respexit rex procul grege facto venientes*] Ita primum editum vidi in recensione Ascensiana anni 1513. atque inde in reliquis plerisque. Antea legebatur *Quod ubi respexit.* Et ita praeferunt Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. duo, Portug. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. Deinde *res*, pro *rex*, Klock. V. ad 36, 9, 9. Tum *procul egre facto* Haverk. *procul grege facta* Harlej. 2. Lucretium *greges* foeminino genere usurpasse, notat Non. Marc. ea voce. Hic tamen omnes alii codices uno ore vulgatum defendunt.

Et per medium amnem transmittit equum] Tres priores voces omittuntur in Florent. *et per medium agmen* habet Gaertn. errore scribarum. Mox enim quum addatur, jam in vadum egressum fuisse, quum veruto transfigeretur, *amnem* legendum esse, satis adparet. Non numquam scribae in his vocibus commutandis turbarunt. V. ad 21, 5, 9. Praeterea *transmisit equum* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav.

Jamque in vadum egressum eminus veruto Lucanus exsul transfigit] *Jam in vadum* Lovel. 3. *Jamque in medium* Lovel. 4. *Jamque in vadum ingressum* Fragm. Hav. a m. 1. *egredi in vadum*, ut *egredi in pacatum, in tumulum, in altitudinem.*

14 lapsum inde cum inhaerente telo corpus exanime detulit amnis in hostium praesidia. Ibi foeda laceratio corporis facta. namque, praeciso medio, partem Consentiam misere: pars ipsis retenta ad lu-
15 dibrium. quae quum jaculis saxisque procul incesseretur, mulier una, ultra humanarum irarum fidem saevienti turbae immixta, ut parumper sustinerent

Liv. 10, 32, 4. *Egredi inde in pacata sociorumque, populi Romani fines Samnitem prohiberent.* 26, 44, 6. *Quod ubi egressus Scipio in tumulum animadvertit.* 40, 22, 2. *Quantum in altitudinem egrediebantur.* Deinde *Lucanus exsul veruto transfigit* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *veruto Lucanus exsultans fixit* Harlej. 2. et editi Aldo priores. *exsul transfixit* Lovel. 4.

§. 14. *Corpus exanime detulit amnis in hostium praesidia*] Vox *exanime* deest in Voss. 2. quemadmodum etiam praepositio *in* exsulat a contextu Florent. in quo tamen manu antiqua inter versus adscripta est. Paullo ante *tum*, pro *cum*, Lovel. 3. et Gaertn. Contrario modo mox peccatum vidimus ad §. 12. In verbis sequentibus *lacera*, pro *laceratio*, est in Haverk.

Praeciso medio partem Consentiam misere] *praescisso medio* Haverk. De verbo *praecidere* v. viros doctos ad Ovid. Epist. 20. Her. 143. Deinde *Cosentiam* Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. *Conscientiam* Haverk. V. supra hoc cap. ad §. 4. Tum *miserunt* Gaertn. Mox *ad lubrium*, pro *ad ludibrium*, Portug. *ad delubrum* Haverk.

§. 15. *Ultra humanarum irarum fidem*] Potest explicari, ultra quam credi potest humanam iram progredi. Malim tamen *finem*. Justinus 17, [1.] *Non solum patrium, verum etiam humanum ultra morem perosus.* 24, [3.] *Ultra verae affectionis modum.* J. FR. GRON. *Fides* et *Finis* saepe in Mstis commutantur. V. supra ad 2, 24, 6. 4, 58, 1. 8, 4, 9. et c. 32, 15. (* 37, 26, 11. 38, 15, 10.) Quare si codd. ita legendum esse auctores forent, Gronovianae conjecturae subscriberem; nunc vero, illis invitis, nihil mutandum censeo. *ultra fidem*, ut apud Suet. in Caes. 57. *Laboris ultra fidem patiens erat.* apud Justin. 2, 6. *Quae non modo ultra spem gerendi, verum etiam ultra gesti fidem peracta sunt.* et apud Valer. Max. 3, 2, 24. *Ultra fidem veri excedere judicari possent.* ubi etiam unus codex *ultra finem*. Cl. Dukero etiam videbatur, vulgatum commode exponi posse. Ceterum *exultra humanarum rerum* Klock. *ultra humanarum rerum* Leid. 2. Lovel. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. De usu autem vocis *ultra* hoc sensu, eique oppositarum *citra* vel *intra*, v. Cel. Burm. ad Albinov. Eleg. ad Liviam v. 50. et Duker. ad Flori 2, 7, 9.

Corpore regio utcumque mulctato se suos redemturam] Ita fere habent libri. Sed D. Erasmus Roterod. praeceptor noster *mutilato* legendum nos olim admonuit. GLAR. Glareanus Erasmo praeceptori suo placuisse ait, hoc in loco pro *multato* legendum esse *mutilato*. At Cicero ita quoque

precata, flens ait, *virum sibi liberosque captos apud hostes esse: sperare, corpore regio utcumque mulcato se suos redemturam,* Is finis lacerationi fuit. sepultum- 16
que Consentiae, quod membrorum reliquum fuit, cura mulieris unius: ossaque Metapontum ad hostes remissa; inde Epirum devecta ad Cleopatram uxo- 17
rem sororemque Olympiadem: quarum mater Magni

locutus est pro Milone [14.] *Qua in turba C. Vibienus ita est multatus, ut vitam amiserit.* SIG. Pal. sec. *mutilato*, quod placuisse refert Erasmo Glareanus; mihi non item. Mox c. 27. *Inter se mulctati ipsi virgis.* Vel legendum est *mulcato.* Sic habet Pal. pr. l. 29, 9. *Lictoribus prius indignum in modum mulgatis.* lege *mulcatis.* GEBH. *mulcato* hic legendum esse, dudum censuit Lambin. ad Cornel. Nep. Hannib. 7. Infra c. 27, 6. *Mulcati virgis. Multare* saepe male scribi pro *Mulcare*, observarunt Victorius ad Cic. Brutum 22. G. Fabric. et alii ad Terentii Eun. 4, 7, 4. et Gudius ac Burmann. ad Phaedri 1. fab. 3. DUK. *mutilato* Portug. Gaertn. et Haverk. *mulctato* Lovel. 1. 4. et Leid. 2. *multato* Leid. 1. Florent. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. *mulcato* reliqui, quomodo etiam hoc aliisque Livii locis, ut et illo, quem Sigonius laudavit, Ciceronis legendum esse, monuit Lipsius ad Tacit. 1. Ann. 32. V. etiam, quae infra notantur ad 28, 30, 12. (*40, 7, 4.) Ceterum *utrimque* Leid. 2. Simili fere modo variant codd. supra 6, 13, 1. et infra 10, 14, 12. Deinde *se suosque redemturam* Voss. 1. *se suos redemtura* Harlej. 2.

§. 16. *Is finis lacerationi fuit*] *His finis* Gaertn. V. ad 6, 1, 8. *laceratio fuit* Fragm. Hav. a m. 1. *lacerationis fuit* Portug. et Haverk. et ita Pal. sec. praeferre, infra monuit Gebh. ad cap. seq. §. 5. Sed nihil mutandum. *finis lacerationi*, ut *finis populationibus*. de quo v. ad 2, 30, 9. Litera *s* in fine vocis repetita est ob similitudinem literae initialis vocis sequentis. V. supra ad 4, 33, 10.

Sepultumque Consentiae, quod membrorum reliquum fuit] Quum mox addatur *ossa* sepulti Alexandri *Metapontum remissa* fuisse, patet, *sepelire* hic pro cremare poni, de quo larga manu egerunt Bosius et Augustin. van Staveren ad Nepot. Eum. 13, 4. quosque ipsi eo loco laudarunt. Sed in primis huc facit locus Justini a Cuper. 1. Obs. 7. laudatus ex 8, 4. *Bello consumtorum corpora ad sepulturam reddidit, reliquiasque funerum ut ad sepulcra majorum deferrent, ultro hortatus est.*

Ossaque Metapontum ad hostes remissa] Literis, quae olim perpetua serie scribebantur, perperam in voces suas distributis *ossa quē et apontum* praefert Leid. 1. Tum *ad hostem remissa* Portug. et Haverk. quod ferri posset, si gravioris auctoritatis codd. pro hac lectione starent. V. ad 5, 50, 2. *ad hostes remisit* Hearnii Oxon. C.

§. 17. *Inde Epirum devecta ad Cleopatram uxorem, sororemque*] *Inde in Epirum* Fragm. Hav. a m.

18 Alexandri altera, soror altera fuit. Haec de Alexandri Epirensis tristi eventu, quamquam Romano bello fortuna eum abstinuit, tamen, quia in Italia bella gessit, paucis dixisse satis sit.

1 XXV. Eodem anno lectisternium Romae, quinto post conditam urbem, iisdem, quibus ante, pla-
2 candis habitum est Diis. Novi deinde consules jussu populi quum misissent, qui indicerent Samniti-

2. Verum praepositio addita videtur ex grammatici glossa aut expositione, qui nesciebat, Livium exemplo aliorum optimorum scriptorum saepius praepositionem omisisse, ubi eam ex artis suae praeceptis ac regulis necessariam putabat. V. infra ad 33, 41, 6. *in Epirum* Portug. et Haverk. Sed hi librarii non adsecuti sunt compendium scribendi *iñ*, id est *inde*; aut certe notam voci additam non animadverterunt. V. infra ad 10, 20, 6. Deinde *evecta* Gaertn. *revecta* Lovel. 4. et Fragm. Hav. Solent verba cum voculis *de* et *re* composita passim commutari. V. ad 9, 10, 6.

§. 18. *Paucis dixisse satis sit*] *pauca dixisse* Port. et Haverk. Frustra. Supra 7, 37, 12. *Paucis milites adhortatus ad castra obpugnanda ducit.* Deinde *sufficiat*, pro *satis sit*, Lovel. 4. quod sine dubio iterum, ex glossa receptum est. Similem glossam supra notavimus hoc lib. c. 2, 10.

§. 1. *Placandis habitum est Diis*] Τὸ *est* deficit in Lovel. 2. *habitum est de his* praeferunt Florent. Leid. 1. et Gaertn. Sed in eorum primo litera *h* postea extrita est, ut sit *deis*, quomodo etiam praeferunt Voss. 1. Lovel. 1. 2. Harlej. 1. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 10, 40, 13. In verbis praecedentibus *his quibus ante* Lovel. 2. *iisdem, a quibus ante* Klockian.

§. 2. *Novi deinde consules jussu populi quum misissent*] *Novi consules deinde* Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Portug. et Haverk. Tum *quum iniissent* Gaertn. *quum jussissent* Haverk. Verbis sequentibus *indicerent bellum Samnitibus*, trajectis vocabulis, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk.

Et ipsi majore conatu] Prima vocula demum adparuit in Froben. ed. anni 1535. Eam autem non modo priores ignorant, sed etiam, si forte Harlej. 1. excipias, ex quo nihil in excerptis notatum video, reliqui omnes, quibus utor, scripti.

Nihil tum animo tale agitantibus accesserunt auxilia] *nihil cum animo tale agitantibus* Lovel. 4. et Haverk. De locutione *cum animo agitare* v. Cortium ad Pseudo-Sall. Ep. 2. ad Caes. de rep. ordin. c. 1, 4. Alibi tamen ea Livium usum non recordor, qui potius vel simpliciter *agitare*, aut *agitare animo* et *in animo* dixit. V. ad Liv. 25, 36, 5. et ad 44, 18, 1. quare et hic vulgatum praefero. Passim vero *cum* et *tum* in Mstis confundi, toties jam dictum est, ut repetere pudeat. V. ad Epit. Liv. 48. circa finem. Praeterea *nil tum animo* Harlej. 1. V. ad 6, 40, 3. Vox autem *tale* perperam deficit in Lovel. 2.

§. 3. *Quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fue-*

bus bellum; et ipſi majore conatu, quam adverſus
Graecos, cuncta parabant; et alia nova nihil tum
animo tale agitantibus acceſſerunt auxilia. Lucani 3
atque Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem
cum Romano populo fuerat, in fidem venerunt,
arma viroſque ad bellum pollicentes. foedere ergo
in amicitiam accepti. Eodem tempore etiam in 4
Samnio res proſpere geſta. tria oppida in poteſta-

rat] *fuerant*, neſcio quo ſidere adflati, praeferunt optimi codd. Florent. Leid. 1. et inſuper Harlej. 2. et Gaertn.

In fidem venerunt] *fidem invenerunt* abſurde Gaertn. Supra 8, 2, 13. *Qui non foedere, ſed per deditionem in fidem veniſſent.* ubi in uno meorum codicum eadem erat varietas lectionis. Similiter *tradere in fidem* 36, 28, 4. *Non in ſervitutem, ſed in fidem tuam, nos tradidimus.* 37, 45, 3. *Aſiae civitates in fidem conſulis ditionemque populi Romani ſeſe tradebant.* 38, 31, 2. *Quum in fidem Achaeorum tutelamque T. Quinctius et Romani Laconicae orae caſtella et vicos tradidiſſent.* *in fidem dedere* Auct. Epit. Liv. 49. *In fidem populi Romani dediti.* Ceterum verba *arma viroſque* etc. *in poteſtatem venerunt* deſunt in Portug. cujus codicis librario impoſuit vocis *venerunt* repetitio. V. infra ad 9, 11, 11.

Foedere ergo in amicitiam accepti] Recte. Nam aut foedere aut deditione in amicitiam veniebant. Sic enim ſupra [hoc lib. c. 2, 13.] *Campanorum aliam conditionem eſſe, qui non foedere, ſed per deditionem, in fidem veniſſent.* SIG. Pall. duo *recepti*. c. 27. habet Pal. ſec. *Praeſidia in loca munita recipere.* GEBH. *recepti* etiam Lov. 3. Sed, nihil mutandum eſſe, docuit Gronovius ſupra ad 7, 30, 4. *igitur* etiam, pro *ergo*, eſt in Voſſ. 2. quae varietas ſaepe in Mſtis obcurrit. V. ad 21, 40, 6. Tum *in amicitia accepti* Leid. 2. et Lovel. 1. Saepe quidem optimi ſcriptores neglexerunt regulas, quas de conſtructione praepoſitionis *in* modo cum quarto, modo cum ſexto caſu dederunt grammatici, v. ad §. ſeq. hic tamen aliorum omnium codicum conſenſus uni illi atque alteri fidem abrogat.

§. 4. *Tria oppida in poteſtatem venerunt*] *in poteſtate venerunt* Flor. Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Portug. quod ob codicum auctoritatem ferri poteſt. Nam ita etiam *in conſpectu venire*, aeque atque *in conſpectum*, in uſu eſſe, infra videbimus ad Livii 35, 27, 4. (* v. ad 8, 20, 6.) Addita voce, quae in reliquis deeſt, *in poteſtatem porro venerunt* dedit Gaertn. Paullo ante trajectis vocabulis *in Samnio res etiam proſpere geſta* habent Leid. 2. et Lovel. 1.

Allifae, *Callifae*, *Ruffrium*] *Alliphae* Hearnii Oxon. N. *Allifa* Flor. *Allife* Leid. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. *Aliffe* Haverk. *Alife* Lov. 1. et 4. *Alifoe* Voſſ. 1. *Alifde* Leid. 2. *Alfide* Lov. 2. Sed, *Allifae* verum eſſe, evincunt, quae notantur ad Silii Ital. 8, 536. et ad 12, 536. Adde Cellar. 2. Geogr. ant. 9. p.

tem venerunt, Allifae, Callifae, Ruffrium: aliusque ager primo adventu consulum longe lateque est pervastatus. Hoc bello tam prospere commisso, alteri

621. Similes autem aliosque novos errores librariorum in hujus oppidi orthographia infra v. ad 9, 38, 1. 22, 13, 6. c. 17, 7. et c. 18, 6. Tum *Callife* Leid. 1. Gaertner. et Fragm. Hav. *Calliffe* Haverk. *Calife* Lovel. 1. 2. *Califoe* Voss. 1. *Califre* Portug. *Califde* Leid. 2. *Caprifae* Florent. *Cariphre* Lovel. 4. *Gallirife* Harlej. 2. Verum hujus oppidi alibi haud temere mentio obcurrit. Deinde *Rufrium* Florent. Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 1. Fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. *Rufsium* Gaertn. Haverk. et Hearnii L. 2. *Rufium* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. et a m. 2. Lovel. 3. (in quo a m. 1. exstitit *Rufiumque*) ut et apud Hearnium C. et in margine N. *Rufrum* Lovel. 4. Pessime trium oppidorum nomina hoc modo exhibentur in Klock. *Alfaecalli, Ferarium.* Cluverius 4. Ital. antiq. 8. p. 1200. *Rufrium* illud oppidum esse existimat, quod Virg. 7. Aen. 739. *Rufae*, et Silio Ital. 8, 568. *Rufrae* vocatur. Verum non modo Virgilium auctoritate codd. vett. ex Silio emendandum esse N. Heinsius ad d. l. Silii docuit, sed etiam Cellarius *Rufrium* et *Rufrae* diversarum urbium nomina esse indicat 2. Geogr. ant. 9. Nam p. 544. *Rufras* in Samnio recenset, pag. vero 557. *Rufrium* in Hirpinis. Et ita jam ante Cellarium statuit etiam Holsten. Annot. ad Cluver. Ital. ant. p. 270.

Aliusque ager primo adventu consulum longe lateque est pervastatus] *Alifusque ager* habet ed. Andreae. GEBHARD. *aliisque ag'* Klock. *Allifiumque ager* Portug. *Alifusque ager* ed. Rom. anni 1472. Parm. Tarvis. utraque, et aliae aetate proximae. *Alifanusque ager* edd. Ven. anni 1495. Ascensianae, Mogunt. Ald. et aliae. Sigonius in cod. suo invenerat, *in potestatem venerunt Califae, Ruffium, Aliffiumque. Ager primo adventu*, ut in prima ed. Schol. monuit, eamque lectionem in contextum recepit. Postea Scholion illud expunxit, et edidit *Allifae, Callifae, Ruffiumque. Ager primo*; nulla mutatae sententiae ratione reddita. At codicum plerorumque et optimorum lectioni adhaerens vulgatum servo, et per *alium agrum* intelligo reliquum Samnium, eam Samnii partem, quae cum tribus his oppidis non venerat in potestatem Romanorum. Tum *primo eventu consulum* Voss. 1. et Lovel. 1. *primo adventu consulis* Voss. 2. Leid. 2. Lov. 3. 4. Portug. Haverk. Gaertn. et, teste Hearnio, Oxon. L. 1. B. ac C. Sed male. Nam praeter illud bellum, quo Graeci obsidebantur, cuique Publilius pro consule praeerat, non aliud gerebatur, quam cum Samnitibus, cui ambo consules praeerant. Ceteroquin Livius, ut semper solitus est, addidisset, cui eorum bellum Samniticum evenisset: supra etiam novi consules, non alteruter eorum, Samnitibus bellum indixisse, et majore conatu, quam adversus Graecos, cuncta parasse dicuntur. Alibi etiam saepissime compendium *cons.* vel *coss.* male librarios exposuisse, infra videbimus ad 10, 10, 2.

§. 5. *Hoc bello tam prospere commisso*] Id est, tam prospere incepto. V. infra ad 44, 4, 8. *prope commisso* perperam Florent. Forte scriptum fuerat *prospe* vel *prosp'e*; quod, omissa compendii nota, in *prope* mutare proclive

quoque bello, quo Graeci obsidebantur, jam finis aderat. nam, praeterquam quod, interseptis munimentis hostium, pars parti abscissa erat, foediora

fuit. Non multum dissimili errore pro *prospere* datum est *pro spe* supra 7, 11, 4. ubi vide. (*28, 24, 3.)

Alteri quoque bello, quo Graeci obsidebantur, jam finis aderat] Pall. duo *alterius quoque belli.* ut paullo ante Pal. sec. *Is finis lacerationis fuit.* GEBH. *alterius quoque belli* etiam Voss. 2. et Lovel. 3. Verum ut supra cap. praec. §. 16. *finis lacerationi* praeferendum dixi alteri illi *lacerationis*, ita et hoc loco praestare puto *alteri bello finis aderat*, quod non optimi tantum, sed et reliqui alii codices tuentur. V. eo loco notata. *quoque alteri bello* habet Leid. 1. *bello quoque alteri* Harlej. 2. et editi ante Aldum. *altero quoque bello* Gaertn. Antiquiores scriptores, et qui eos imitari solent, ita locutos esse, et casum secundum ac tertium vocis *alter* extulisse *alteri* et *altero*, vel *alterae* genere sequiori, observavit Voss. 6. Gramm. 6. attamen id hic scribae librario tribuo, quod Livius antiquata haec numquam captaverit. Ceterum *quo bello obsidebantur* Voss. 2. et Lovel. 3. *quo et illi obsidebantur* Lov. 2. Sed per *Graecos* intelliguntur Palaepolitani, quos eodem nomine supra adpellavit c. 22. c. 23. et infra hoc cap. ac cap. seq.

Praeterquam quod, interseptis munimentis hostium, pars parti abscissa erat] *postquam quod* Voss. 2. et Lovel. 3. in quorum priori tamen et alterum pro varia lectione adscriptum erat. *praeter*, omissis *quam quod*, Lovel. 4. *Praeterquam quod* supra inlustratum est hoc lib. c. 22, 2. Tum *interceptis munimentis hostium* Leid. 2. et Haverk. qui error ex minus distincta dictantis pronunciatione facillime nasci potuit. V. supra ad 3, 23, 3. (* 25, 39, 2.) Eumdem in hoc ipso verbo errorem etiam supra notavimus ad 6, 9, 7. *interseptis monumentis hostium* Lovel. 4. De hoc saepius obvio scribarum lapsu v. ad 4, 10, 6. Dicendo *interseptis munimentis hostium* indicat id, quod extulit supra c. 23, 10. *Jam Publilius, inter Palaepolim Neapolimque loco opportuno capto, diremerat hostibus societatem mutui auxilii.* Deinde *abcisa* Leid. 1. *abscisa* Florent. Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 1. 3. Lovel. 2. a m. 2. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 1. ut edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Neque aliter in Thuan. membranis se reperisse, testatus est J. Fr. Gronov. in prima ed. notar. ad 44, 5, 5. ubi eamdem vocem permultis locis, quibus eam vulgatae edd. amiserant, restituendam docuit; quorum in repetitis curis pleraque omisit, alia plane mutavit. Sed vera est Doct. Arntzenii observatio ad Aurel. Vict Epit. de Caesar. c. 23, 3. *abscisus* a veteribus adhiberi, si de parte aliqua corporis humani detruncata mentio fiat, *abscissus* si de aliis rebus sit sermo, quae vi aliqua abrumpuntur, vulgatum non erit mutandum: a quo tamen optimi codd. discedunt. Tandem *esset* editiones Aldo priores, qui consentientibus scriptis primus reposuit *erat.*

Foediora aliquanto intra muros iis, quibus hostis territabat, patiebantur] Videtur suspectum esse verbum *patiebantur*, quum idem mox sequatur, et satis commode hic intelligi possit. Scribe, *foediora aliquanto intra muros iis,*

aliquanto intra muros iis, quibus hostis territabat,
6 patiebantur: et velut capti a suismetipsis praesidiis,
indigna jam liberis quoque ac conjugibus, et quae
7 captarum urbium extrema sunt, patiebantur. Ita-
que quum, et a Tarento et a Samnitibus, fama es-
set, nova auxilia ventura, Samnitium plus, quam
vel-

quibus hostis territabat, et, velut capti a suismet ipsi praesidiis, indigna in liberis quoque ac conjugibus, et quae captarum urbium extrema sunt, patiebantur. J. FR. GRON. Klockius etiam vocem *patiebantur* priori loco linea inducta delerat, indicans, ut videtur, eam ejiciendam esse. Et sane, si id codicum auctoritate firmaretur, non intercederem. Verum nunc, quum in iis omnibus constanter supersit, eam expellere non audeo; quod enim mox repetatur, non satis caussae praebet, cur controversiam ei moveamus. V. supra ad 1, 3, 9. Praeterea *int' muros*, id est *inter*, Lovel. 2. V. ad 5, 27, 2. Deinde *qui hostis territabat* Portug. et Haverk. *quibus hostis recitabat* Gaertner. [*tentabat* Veith.] Verba autem *patiebantur, et velut* etc. *urbium extrema sunt* exsulant a Portug. cui errori ansam dedit vocis istius *patiebantur* repetitio. V. infra ad 9, 11, 11.

§. 6. *Veluti capti a suismet ipsis praesidiis*]. Ita Clericus edidit, invitis omnibus scriptis, qui, nullo dissentiente, legunt *velut*, quod restitui. Similiter etiam non semel Dan. Heinsius in Elzevir. ed. erravit, aliisque errandi caussa exstitit, ut monui supra ad 5, 44, 7. *velut rapti* Haverk. *velut raptim* Harlej. 2. V. ad 6, 23, 5. Praeterea Cl. Ant. Perizon. ad marginem Livii monuit, haud dubie scribendum esse *a suismet ipsi praesidiis*; quomodo etiam Gronov. §. praec. hic legebat. Saepissime Livium et alios optimos scriptores hoc modo locutos esse, haud diffiteor; quum tamen in vulgatum conspirent membranae omnes, iis invitis formulam illam loquendi revocare audacius videtur. V. ad 2, 19, 5.

Indigna jam liberis quoque ac conjugibus] Corruptus locus. Sensus Livii fuerat: *indigna jam liberis* (non intelligo παῖδας, sed libera capita) *et quae captarum urbium extrema sunt, patiebantur, filiis ac conjugibus stupratis.* Haec, opinor, sunt a mente non prorsus laeva. T. FABER. Alii fortassis aliter judicabunt. Nam locus sanus est. Eadem, quae indigna liberis ac conjugibus patiebantur, sunt captarum urbium extrema. Virginius, cujus filiam Appius decemvir stupro destinaverat, apud Livium 3, 47, 2. *Quid prodesse, si incolumi urbe, quae capta ultima timeantur, liberis suis sint patienda?* Idem Locrenses a praesidio Romano passos fuisse narrat 29, 8, 8. *In corpora ipsorum, in conjuges, in liberos infandae contumeliae editae.* Nec necesse esse puto, pro *jam* cum Gronovio scribi *in*. DUK. Locum corruptum esse Fabro adsentior. Verum, si ita emendandum censuerit, quemadmodum sensum Livii esse dixit, nimium

vellent, intra moenia esse rebantur: Tarentinorum 8 juventutem, Graeci Graecos, haud minus per quos Samniti Nolanoque, quam ut Romanis hostibus resisterent, exspectabant. Postremo levissimum malorum deditio ad Romanos visa. Charilaus et Nym- 9 phius, principes civitatis, communicato inter se consilio, partes ad rem agendam divisere, ut alter

a vulgata lectione discessisse, nullum est dubium. Sin, qua ratione loco male adfecto subcurrendum sit, addere omisit. In scriptis parum aut nihil auxilii est. *indigna cum liberis quoque ac conjugibus* habet Lovel. 2. *indigna cum liberis ac conjugibus* Harlej. 2. *indigna ac liberis ac conjugibus* Haverk. *indigna jam liberis quoque conjugibus* Lovel. 1. *indigna jam liberis quoque et conjugibus* Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. *indigna jam liberis quoque a conjugibus* Leid. 1. Sed ultima litera τοῦ *ac* ibi intercepta est a prima vocis sequentis. V. ad 23, 8, 9. Nihil itaque propius video, quam ut vel cum Gronov. ad §. praec. legamus *indigna in liberis quoque ac conjugibus*; ut ita vocula *jam* nata sit partim ex ultimis literis praecedentis *indigna*, male repetitis, partim ex illis juncta praepositione *in*. Vel cum Doujatio *indigna jam in liberis ac conjugibus*; ut praepositio *in* elisa sit ab ultima litera vocis *jam*. V. ad 10, 13, 3. Praeterea mox *quae captarum urbium esse solent*, *patiebantur* Harlej. 2. Supra 1, 29, 2. *Pavor, qualis captarum esse urbium solet.* Sed reliquos nihil mutantes sequi longe praestare puto. Per *captarum urbium extrema* hic stupra mulierum similiaque intelliguntur.

§. 7. *Quum et a Tarento et a Samnitibus*] *quum a Tarento et a Samnitibus* Lovel. 2. Harlej. 2. et Fragm. Hav. *quum et ab Tarento et ab Samnitibus* Portug. et Haverk. *quum et Tarento et Samnitibus* Leid. 2.

Intra moenia esse rebantur] Pall. duo *intra moenia exercebantur*. GEBH. Similiter etiam Voss. 2. et Lovel. 3. At *intra moenia esserebantur* Harlej. 1. Livio amatum verbum est *rebantur*, quod saepe vario modo scribae corruperunt. V. infra ad 27, 26, 11.

§. 8. *Tarentinorum juventutem, Graeci Graecos*] Tarentinos Graecos Palaepolitani Graeci exspectabant. Tarentum enim Lacedaemoniorum colonia fuit. Justin. 3, [4.] SIG. Duae priores voces male omittuntur in Lovel. 4. Tum *Graeci Circeos* praefert Harlej. 2. *Tarentinorum Graeci juventutem Graecos* Portug. et Haverk. Mox *Samni Nolanoque* Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *Romano hostibus* Gaertn.

Postremo levissimum malorum deditio ad Romanos visa] *Postremum* Harlej. 2. Deinde *novissimum malorum* Gaertn. *levissimi malorum* Leid. 2.

§. 9. *Charilaus et Nymphius, principes civitatis, communicato inter se consilio*] *Clarilaus* Lovel. 2. Portug. Harlej. 2. et Haverk. qui similiter hoc et cap. seq. praeferunt, nisi quod ultimus deinceps semper *Carilaus* scribat. *Chārileus* Lovel. 1. *Charilanus* Gaertn. Sed

ad imperatorem Romanorum transfugeret, alter sub-
sisteret ad praebendam opportunam consilio ur-
10 bem. Charilaus fuit, qui ad Publilium Philonem
venit: et, *quod bonum, faustum, felix Palaepolitanis
populoque Romano esset, tradere se*, aït, *moenia sta-
11 tuisse. Eo facto utrum ab se prodita, an servata, pa-
tria videatur, in fide Romana positum esse. sibi priva-*

hi postea vulgatum recte servant. Tum *Mimphius* Voss. 2. et Lov. 3. *Rufius* Lovel. 2. Deinde *comitato inter se consilio* Haverk. qui error natus est ex non intellecta scriptura compendiaria *coïcato*, id est *communicato*; unde etiam factum est, ut *comis* et *communis* commutentur. V. ad 25, 12, 9. [*coacto inter se concilio* Veith.]

Partes ad rem agendam divisere] Prima vox omittitur in Fragm. Hav. *partem* habent Haverk. et Portug. Deinde *ad rem gerendam* edd. ante Aldum, qui, consentientibus omnibus meis scriptis, substituit *agendam*. V. ad 22, 28, 1. Hinc *diviserunt* Gaertn. Ceterum voces *agendam divisere*, *ut alter ad imperatorem* exsulant ab Harlej. 1. Cui errori ansam praebuit similitudo inter praecedentem vocem *rem* et syllabam finalem ultimae vocis *imperatorem*. V. ad 9, 11, 11.

Transfugeret, alter subsisteret ad praebendam opportunam consilio urbem] *confugeret* Lovel. 4. Tum *alter sustineret* Fragm. Hav. a m. 1. [Veith.] Similem varietatem lectionum etiam infra notabimus ad 9, 31, 6. Deinde *praebendum opportunam consilio urbem* idem Fragm. Hav. V. ad 40, 49, 1. *ad praebenda opportuna consilio urbem* Lovel. 3. *ad praebendam opportuno consilio urbem* Portug. et Haverk. *ad praebendam utroque consilio urbem* Gaertn. *ad praebendam consilio urbem* Lovel. 2. [*ad praebendum opportuno consilio urbem* Veith.] Sed vulgatum verum est. V. Gronov. ad Liv. 25, 30, 5.

§. 10. *Ad Philonem venit*] Vet. lib. *ad Publilium Philonem.* SIG. Pall. tres *ad Publilium Philonem.* GEBH. Similiter etiam Leid. 1. et Klock. neque abludunt plerique reliqui mei et Hearnii, ut et vetustiores typis excusi, qui partim servant *ad Publium Philonem*, partim *ad P. Philonem*: quomodo passim librarios errasse supra vidimus hoc lib. c. 12, 4. Frobenius demum *ad Philonem* edidit anno 1531. forte quoniam meminerat, ei non *Publii*, sed *Quinti*, praenomen superius inditum fuisse.

Quod bonum, faustum, felix, Palaepolitanis populoque Romano esset] Vet. lib. *felixque.* SIG. Pall. tres *faustum felixque.* GEBH. Ut Sigonius et Gebhardus in suis invenerunt, etiam non modo praeferunt edd. principes, verum etiam multi ex scriptis meis. Unus Leid. 2. *bonum et faustum felix* legit. Sed fide digniores sine copula *bonum, faustum, felix.* Ita sane Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. 2. Harlej. 1. Klock. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. Et ita Froben. anno 1535. eumque secuti alii usque ad Sigonium ediderunt. Saepe quidem ita Livium locutum esse, ut hic Sigonius restituit, docent exempla supra

tim nec pacisci quidquam, nec petere: publice petere, 12
quam pacisci, magis, ut, si successisset inceptum, cogitaret populus Romanus, potius cum quanto studio periculoque reditum in amicitiam suam esset, quam qua stultitia et temeritate de officio decessum. **Conlaudatus** 13
ab imperatore tria millia militum ad occupandam eam partem urbis, quam Samnites insidebant, ac-

laudata 3, 34, 2. id tamen non impedit, quo minus ipsi hic alterum placere potuisse, ac codd. optimorum scripturam probandam existimem. Deinde *populo Romano*, copula iterum omissa, Voss. 2. et Lovel. 3. Sed alii omnes eam constanter agnoscunt. Quare etiam servandam puto. V. insuper ad 3, 64, 8. Praeterea τὸ *esset* male ab uno abest Haverk.

§. 11. *Utrum ab se prodita, an servata, patria videatur*] *a se prodita* Lovel. 2. et Gaertn. Hinc *ac servata* Florent. Tandem *videbatur* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 2. et Gaertn. Mox *privatum* Leid. 2. At verba sequentia ita exhibet Harlej. 2. *sibi privatim nec pacisci quicquam, nec publice. quam pacisci magis*, bis omisso verbo *petere* sine sensu.

§. 12. *Ut si successisset inceptum, cogitaret*] Flor. *inceptumis cogitaret*. Quod ego sic accipio, ut censeam librarium invenisse in alio exemplari *inceptum*, in alio *inceptis*, et dubium, utram lectionem probaret, utriusque copiam lectori fecisse. Quod et aliis locis in bonae fidei libris et in hujus excerptis saepius notavimus. Placet autem *successisset inceptis*. Sic 21, [7, 6.] *Ita haudquaquam prospere, postquam ad effectum operis ventum est, coeptis succedebat*. 40, [11, 10.] *Si fācinori eorum successerit*. J. FR. GRON. Omnes nostri vulgatum tuentur. Utrumque genus loquendi, *succedit inceptis*, et *succedit inceptum*, Livio in usu fuit. Et quidem prius firmant, tum quae Gronov. hoc loco adtulit, tum quae infra notantur ad 24, 19, 6. Posterius locus ex 42, 58, 1. *Postquam inceptum non succedebat*. (* v. quae ibi notavi.) Si tamen codd. forent, qui lectionem, quam Gronov. ex vestigiis Flor. Msti eruit, probarent, eam recipere non dubitarem, quod verisimilius esset, lectionem hanc, librariis minus notam, ab iis mutatam, eique alteram substitutam esse. Ceterum morem librariorum, quem hoc loco Gronovius notavit, pluribus supra illustravi ad 3, 44, 4.

Quam qua stultitia et temeritate de officio decessum] Pal. omnes, *quam quanta stultitia*. GEBH. Ita et Voss. 2. Lovel. 3. et Haverk. *quam quod tanta stultitia* Harlej. 2. [*quam quod stultitiā* Veith.] Videtur librariis displicuisse compositio orationis *potius cum quanto studio, quam qua stultitia*; quum tamen similes locutiones Livio in usu fuerint. Ita τοῖς *non tantum* subjunxit *quam*, pro quantum, 37, 61, 9. *Non tantum gaudium ab recenti metu adtulerunt, quam averterunt famam*. Similiter τῷ *quantum* respondet eo loco τοῦ *tanto*, 44, 7, 6. *Quan-*

cepit: praesidio ei L. Quinctius tribunus militum praepositus.

1 XXVI. Eodem tempore et Nymphius praetorem Samnitium arte adgreſſus perpulerat, ut, quoniam omnis Romanus exercitus aut circa Palaepolim aut in Samnio eſſet, sineret se claſſe circumvehi ad Romanum agrum, non oram modo maris, sed ipsi
2 urbi propinqua loca depopulaturum. Sed, ut fal-

tum procederet longius a Theſſalia, eo majorem rerum omnium inopiam sentiens. ubi quaedam vide. Adde Cel. Jac. Periz. ad Sanctii Minerv. 3, 14, 8.

§. 13. *Praesidio ei L. Quinctius tribunus militum praepositus*] *praesidio et L. Quinctius* Portug. a m. 1. V. ad 41, 15, 6. Vocula *ei* deeſt in Harlej. 2. *eis* habet ed. Parm. Tum *L. Quinctius T. B. R.* Leid. 1. Pariter *L. Quinctius tb'r* Klock. quibus notis quid indicare voluerint librarii, conſtat ex Voſſ. 2. qui L. *Quinctius tribunus Romanorum militum praepositus* exhibet: quemadmodum, trajectis dictionibus, *L. Quinctius tribunus Romanorum praepositus militum* Klock. et *L. Quinctius tribunus militum Romanorum praepositus* Lovel. 3. quum tamen notae illae tantum transponendae *trb.* forent, ut notarent *tribunus.* Paullo ante *Collaudatis* eſt in Leid. 2. *Collaudatum* in Lovel. 1. *Collaudatur* in Lovel. 2. *tria millium* in Voſſ. 2. sed ambae illae voces exsulant a Leid. 2.

§. 1. *Eodem tempore et Nymphius praetorem Samnitium arte adgressus perpulerat*] *Eo tempore* Lovel. 2. V. infra ad 10, 10, 6. Tum vocula *et* deficit in eodem Lovel. 2. Hinc *Nymphus* vel *Nimphus* Florent. Voſſ. 2. et Lovel. 3. *Rufius* Lovel. 2. et Harlej. 2. Deinde *pepulerat* Portug. et Haverk. V. ad 1, 59, 11. Mox, transpositis dictionibus, *exercitus Romanus* Lovel. 2. Tò *eſſet* etiam exsulat a Lovel. 1. Verum ejus loco *Rōnū* eſt in Leid. 2.

Sineret se claſſe circumvehi ad Romanum agrum] *claſſem circumvehi* Florent. Tum voces *ad Romanum* desunt in Leid. 2. et Lovel. 1. In verbis sequentibus alio ordine *non oram maris modo* praeferunt Portug. et Haverk. Deinde *depopuland*, pro *depopulaturum*, Portug. Forte voluit librarius *depopulatum*; de quo usu supini infra v. ad 22, 21, 3. Reliquorum tamen consensus in vulgatam scripturam efficit, ut eam veriorem eſſe exiſtimem.

§. 2. *Proficiscendum eſſe, extemploque naves deducendas*] *proficiscendum eſſe extemplo, navesque deducendas* Fragm. Hav. a m. 1. Mox *quodque maturius*, pro *quod quo*, Gaertn. [*urbi* Veith.] Deinde *ad luctus*, pro *ad littus*, Haverk.

§. 3. *Multitudine semet ipsa inpediente*] *semet ipsam inpediente* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *semet ipsum inpediente* Leid. 2. Non sequor. Quemadmodum enim invito Livio ejusque Mſtis hanc ei locutio-

leret, nocte proficiscendum esse, extemploque naves deducendas. quod quo maturius fieret, omnis juventus Samnitium, praeter necessarium urbis praesidium, ad litus missa. ubi dum Nymphius in 3
tenebris et multitudine semet ipsa inpediente, sedulo aliis alia imperia turbans, terit tempus; Charilaus, ex composito ab sociis in urbem receptus, quum summa urbis Romano milite inplesset, tolli

nem non ubique obtrudendam censeo; ita etiam, eamdem adprobante magna codicum parte, quales sunt Florent. Voss. 1. Klock. Harlej. 2. omnesque typis excusi, removendam non arbitror. V. supra ad 2, 19, 5.

Sedulo aliis alia imperia turbans] In sola Andreae principe editione reperi hanc scripturam. MSS. enim codd. omnes diversum abeunt, quorum primus ac tertius *sedulo in sacra imperia turbatis terit tempus.* sec. *sedulo varia imperia turbans.* At omnium pessime Campanus *sedulo inscitia ac imperitia alia aliis imperans terit tempus.* Quod autem tam enormiter mutatum ac peccatum, ignoratione loquendi generis elegantissimi factum est. GEBH. *sedulo in sacra imperia turbans* etiam Voss. 2. et Lovel. 3. *sedulo isatia imperia turbans* Leid. 1. et Harlej. 1. *sedulo Isannia imperia turbans* Lovel. 2. sed alteri literae *n* adjectis notis, quae indicant, eam delendam esse. *sedula varia imperia*, omissa voce *turbans*, Harlej. 2. *sedulo varia imperia turbans* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *sedulo alia aliis imperans terit tempus* Lovel. 4. *sedulo alia aliis imperia turbans* Leid. 2. et Klock. Vox *aliis* recenti manu in Florent. adscripta est. Sed recte Gebhardus vulgatum probat, quod praeter omnes editos, uno Camp. ab ipso memorato excepto, servant etiam reliqui scripti. De locutione *aliis alia* v. infra ad 28, 19, 11. [*Charilaus ex opposito* Veith.]

Ab sociis in urbem receptus] *a sociis* Leid. 2. Lov. 1. 4. et Gaertner. Tum *in urbe receptis* se in cod. suo invenisse, Gebhardus supra testatus est hoc lib. ad c. 20, 6. et ita meis praefert Voss. 2. *in urbe receptus* Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. a m. 1. Ita Ovid. Ep. 6. Her. 20.

In mihi promissi parte recepta tori.

ubi v. N. Heinsium. et 2. Met. 529.

Sideraque, in coelo stupri mercede recepta,
Pellite.

Et ita codd. legunt apud Sall. in Jug. 28. *Placeretque legatos Jugurthae recipi in moenibus.* ubi tamen Cortius praetulit *recipi moenibus*, ut vulgo edebatur. V. supra ad 7, 40, 1. Sed nec alterum damnandum est. Supra 4, 15, 3. *Propter pactionem indicatam recipiendorum in urbem regum.* Auct. Epit. Liv. 13. *Ut componendae pacis caussa rex in urbem reciperetur.* ubi etiam vett. edd. *in urbe.* et ita *accipere in urbem* supra 2, 3, 7. *De accipiendis clam nocte in urbem regibus conloquuntur.* Mox *milite Romano* alio ordine Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

clamorem jussit: ad quem Graeci, signo accepto a
4 principibus, quievere. Nolani per aversam partem urbis via Nolam ferente effugiunt. Samnitibus exclusis ab urbe, ut expeditior in praesentia fuga, ita foedior, postquam periculo evaserunt, visa:
5 quippe qui inermes, nulla rerum suarum non reli-

Signo accepto a principibus quievere] *accepto signo* Lovel. 4. Hinc voces *a principibus* deficiunt in Leid. 2. Tum *quieverunt* praefert Gaertn. In verbis autem praecedentibus *tolli jussit clamorem*, trajectis vocibus, Lovel. 2.

§. 4. *Nolani per aversam partem urbis via Nolam ferente effugiunt*] *Nolani qui adversam* Lovel. 1. *Nolani per adversam* Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. qui error in scriptis frequens est. V. ad 4, 22, 4. Tum *viam Nolam ferente effugiunt* Florent. *viam Nolam ferentem effugiunt* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. Gaertn. Klock. et Fragm. Hav. *per adversam*, vel *aversam*, *urbis viam Nolam ferentem effugiunt* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Nihil muto. *effugere via*, ut *ducere clivo* 29, 33, 3. *Ipse leni clivo ferente ad hostem per adversum montem erectam aciem ducit.* Vox *urbis* deficit in Lovel. 4.

Exclusis ab urbe, ut expeditior in praesentia fuga] *exclusere ex urbe* Haverk. *exclusis ex urbe* Portug. Sed vide ad 22, 2, 10. Tum vocula *ut* deficit in Lovel. 3. Mox autem in verbis sequentibus vox *visa* deficit in Lovel. 2. et Hearnii Oxon. L. 2.

§. 5. *Nulla rerum suarum non relicta inter hostes, ludibrium non externis modo*] *nulla rerum suarum non relicta congerie*, addita ultima voce, Lovel. 2. Male. *Nulla non rerum* dictum eadem forma, qua *nullus hominum* in Epit. Liv. 88. *Pulcherrimam victoriam crudelitate, quanta in nullo hominum fuit, inquinavit.* et *nulli hominum* Colum. 3, 1. *Nullis hominum cogentibus ipsae sponte sua veniunt.* Neque multum differt *ultimae terrarum*, de quo v. ad 28, 39, 14. Tum *inter hostem* Florent. V. ad 5, 50, 2. Deinde *non exercitus modo* Leid. 2. Paullo ante *τὸ qui* exsulat ab Harlej. 2. *quippe qui* sollemniter jungi, docent exempla, quae, licet alia occasione, supra laudata sunt ad 2, 37, 5. Adde infra ad 37, 7, 5.

Spoliati atque egentes domos rediere] Pall. duo *redirent.* GEBH. Ita et Voss. 2. Lovel. 3. et Harlej. duo. *rediret* Leid. 1. Praeterea *τὸ atque* non adparet in Leid. 1. et Lovel. 1.

§. 6. *Haud ignarus opinionis alterius, qua etc.*] Sensus est, proditionem Palaepolis ab aliis Palaepolitanis auctoribus, ab aliis Samnitibus auctoribus factam esse, traditum est. me, ut Palaepolitanis ducibus factam esse credam, cum scriptorum auctoritas movet, qui id tradiderunt, tum foedus Neapolitanum. Nam Graecorum rei summa a Palaepoli Neapolim deinde translata est. Videtur autem foedus Neapolitanum vocare id, quod Graeci cum Romanis victoribus Nea-

cta inter hostes, ludibrium non externis modo, sed etiam popularibus, spoliati atque egentes domos rediere. Haud ignarus opinionis alterius, qua haec 6
proditio ab Samnitibus facta traditur, quum auctoribus hoc dedi, quibus dignius credi est, tum foedus Neapolitanum (eo enim deinde summa rei Grae-

poli icerunt. Nam si cum Samnitibus ictum esset, non Neapoli foedus, quae Graecorum erat, sed in Samnio factum esset. SIG. Cavillatur Camillus Peregrinus Diss. 4, 15. J. FR. GRON. *opinionis alterius sum*, addita ultima voce, Lovel. 2. et apud Hearnium Oxon. L. 2. *alterius opinionis sum* Harlej. 2.

Qua haec proditio ab Samnitibus facta traditur] Mitius appellat Pal. sec. *qua haec seditio ab Samnitibus facta traditur*. GEBH. Similiter etiam mitigant Portug. et Haverk. Aliter vero Gaertn. qui habet *traditio*. quomodo supra cap. praec. Charilaus Publilio; *tradere se*, *ait*, *moenia statuisse*; eoque facto, *utrum ab se prodita*, *an servata patria videatur*, *in fide Romana positum esse* videri vult. Placet tamen *proditio*, quod reliqui scripti servant. Non enim *proditio* hic de ipsis Palaepolitanis usurpatur, sed de Samnitibus; qui, si ea ratione urbem suae fidei commissam inscii Palaepolitanis tradidissent Romanis, eam re vera prodidissent hostibus. Similiter etiam *prodere* et *tradere*, quamvis alio sensu usurpentur, etiam supra in Mstis commutabantur 3, 54, 12. ubi vide. (et ad 27, 16, 12.) Deinde *quam*, pro *qua*, est in Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 1. 3. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. Tum *haec* deficit in Voss. 2. et Lovel. 3. Insuper *a Samnitibus* Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. Gaertn. et editi principes ante Froben.

Quum auctoribus hoc dedi, quibus dignius credi est] Perperam Pal. sec. *tum auctoribus hoc credam*. Iterum ignoratione linguae Latinae atque elegantiae. GEBH. *tum auctoribus* etiam Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. Gaertn. et Haverk. V. supra ad 6, 23, 3. Ex ea scriptura *tamen auctoribus* pejus datum est in Harlej. 2. Deinde *haec deditio* Lov. 4. et Fragm. Hav. a m. 1. in quo deinde posterioris vocis tres ultimae literae deletae sunt. *haec credam* Portug. [Veith.] *hoc credam* Lov. 2. Gaertn. et Haverk. Sed recte vulgatum praefert Gebhard. Ita fere supra 5, 17, 9. *Sanguini tamen nominique et praesentibus periculis consanguineorum id dari*. 7, 20, 7. *Caere hospitio Vestalium cultisque Diis darent*. hoc lib. c. 5, 4. *Consanguinitati hoc dabimus*, *ut conditiones pacis feramus aequas utrisque*. Insuper *dignus credi est* Leid. 1. *dignum credi est* Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. *dignius est credi* Harlej. 2. [*credi dignum est* Veith.]

Eo enim deinde summa rei Graecorum venit] Obscure dictum, etiamsi a Livio ita positum est, ut caussam ante dictorum explicet. Neque foedus hoc notum est. GLAR. Pal. sec. *ea enim demum summa* etc. non approbe, nisi legas *eo*. GEBH. Forte *summa res Graecorum*. J. FR. GRON. *eorum deinde* Voss. 2. et Lovel. 3. *eodein-*

corum venit) similius vero facit, ipsos in amicitiam redisse.
7 Publilio triumphus decretus; quod satis credebatur, obsidione domitos hostes in fidem venisse. Duo singularia haec ei viro primum con-

de Harlej. 2. *eo enim int. deinde* Lovel. 1. *eo enim de* Fragm. Hav. a m. 1. *eo enim demum* a m. 2. ut et Portug. atque Haverk. Ita alibi saepe variatum est in Mstis. V. ad 40, 22, 1. Quod autem ad conjecturam Gronovii adtinet, qui *summa res Graecorum* legendum censet, ea inlustrari potest illis, quae notantur infra ad 26, 10, 2. ubi *de summa republica*, pro *reipublicae*, ex Mstis restituit, et de ea locutione latius egit. Adde etiam, quae notavit ad 38, 50, 9. ubi similiter *summa res* et *summae res* dici docuit. Ceterum quemadmodum huic generi loquendi, ubi adsentiuntur codd. non moverim quaestionem, ita etiam, invitis omnibus scriptis, id Livio obtrudendum non existimo. Passim enim non modo *summa res*, verum etiam *summa rei*, ac *summa rerum*, praesertim apud Livium, obcurrit. Supra 3, 51, 2. *Placere decem creari, qui summae rei praeessent.* ubi tamen ambiguum esse agnosco, utrum recto casu *summa rei*, an *summa res*, fuerit. 4, 17, 7. *Ad curam summae rerum quieta plebe tribunisque ejus, nihil controversiae fuit.* hoc lib. c. 14, 1. *Principes senatus relationem consulis de summa rerum laudare.* 10, 14, 9. *Quia discrimen summae rerum augebat animos.* c. 27, 7. *Ad discrimen summa rerum adducta.* 28, 8, 13. *Principumque iis, qui* etc. *summa rerum et custodia urbis permissa.* 42, 59, 9. *Summam rerum temere in non necessariam aleam daret.* Similiter *summa imperii* supra est 5, 54, 7. *summa belli gerendi* 44, 2, 1. et hujus generis alia passim. Quum itaque *summa rei Graecorum* constanter supersit in scriptis, id temere conjectura tentandum non videtur. [*fecit* Veith.] Mox τὸ *ipsos* deficit in Lovel. 2. Deinde *rediisse* Portug. Gaertn. et Haverk. *redivisse* Lovel. 4. Saepe ita variant scripti. V. ad 1, 41, 5. c. 56, 11. 2, 43, 8. 3, 58, 1. 7, 11, 3. hoc lib. c. 2, 4. c. 8, 11. et passim. Similiter *redit* et *rediit* confunduntur. V. ad 36, 35, 2.

§. 7. *Quod satis credebatur, obsidione domitos hostes in fidem venisse*] Pall. duo pr. ac tert. *quod satis credebatur obsidione domitus hostis in fidem venisse.* Quod si quis velit amplecti, nae illum lubrica constructione verba suspendere oportet! GEBH. Forte *cui satis*, nimirum triumpho. Et forte *quoi* ab Livio scriptum. J. FR. GRON. *quod satis credebant* Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. V. ad 38, 40, 1. Tum *domitus hostis in fidem venisse* Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. quod Gronov. in prima ed. notarum ex Thuan. cod. ac duobus melioribus Pall. probabat. *domitus hostis in fidem venisset* Harlej. 1. *domitus hostes in fidem venisset* Leid. 1. *domitos hostis in fidem venisse* edd. Rom. ann. 1472. ac Parm. et ex hac non intellecta lectione, quam librarii et in codd. obviam habuisse videntur, illas, quas ex Mstis notavi, natas esse puto. Ceterum *satis credebatur* Doujatius accepit pro facile credebatur. Hac enim periphrasi locum inlustrare conatur. „Etsi conditioni„bus in Romanorum ditionem „Palaepolitani redierant: facile „tamen creditum Romae, eo com„pulsos belli et obsidionis malis

tigere; prorogatio imperii non ante in ullo facta, et acto honore triumphus.

XXVII. Aliud subinde bellum cum alterius orae 1
Graecis exortum. namque Tarentini, quum rem 2

„ a Publilio Philone illatis.“ Melius tamen puto, *credebatur satis*, scilicet esse, hic poni pro credebatur sufficere, ad inpetrandum triumphum. V. ad 4, 30, 15.

Duo singularia haec ei viro primum contigere] Suspicor *ei viro primo*. J. FR. GRON. Τὸ *haec* exsulat a Lovel. 2. cujus loco *hic* est in Gaertn. Tum *primum ei viro* Lovel. 4. *ei viro prima* Portug. *ei viro praemium* Haverk. *ei viro praemia* Lovel. 2. et Harlej. 2. [Veith.] *ei viro primum praemia*, utraque lectione expressa, Gaertn. contra *primum* deficit in Fragm. Hav. *primo* malebat Gronovius. V. ad 6, 11, 7. Deinde *contingere* Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. et Gaertn. [Veith.]

Et aucto honore triumphus] Alii pro *aucto* legunt *acto*. At ego ingenue fateor, me neutrum intelligere. *aucto* tamen malim: nisi quis *acto* intelligat contrarium *negato*. GLAR. Glareanus legendum censet *aucto honore*. Quid tamen sit aut *acto* aut *aucto honore*, se ignorare profitetur. †. „Glareanus ingenue fatetur, sibi non constare, ut aliis cogitandi daret ansam.“ †. Mihi vero haec esse videtur mens auctoris. Duo haec singularia Publilio contigisse, et quod primus prorogato ultra consulatum imperio pro consule rem gesserit, et quod primus exacto consulatu pro consule triumpharit. Est enim *acto honore* pro eo, quod est, postquam honore abiit. Sic 3, [35, 3.] *Ea aetate iisque honoribus actis*. Et Epitome l. 61. *Gracchus seditioso tribunatu acto interemtus est*. Sic in Capitolinis lapidibus.

Q. PVBLILIVS. Q. F. Q. N. PHILO. II. PRIMVS. PRO. COS. DE. SAMNITIBVS PALAEOPOLITANEIS.

SIG. *non ante ullo facta* Harlej. 2. *non ante in nullo facta* Leid. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. Deinde *exacto honore triumphus* Lovel. 4. *auctus honore triumphus* Lovel 2. *aucto honore triumphus* demum obvium fuit in edd. Ascensii annorum 1510. 1513. 1516. et Paris. anni 1529. Sed recte Sigonius vulgatum tuetur. Ita *anteactus consulatus* supra est 3, 69, 3. ubi plura dicta sunt. Adde Cel. Burmann. ad Phaedri 1. fab. 18, 2.

§. 1. *Bellum cum alterius orae Graecis exortum*] *bellum Cornelio Valerio consuli exortum* Lovel. 2. *bellum cum alterius orae gentis exortum* Portug. et Haverk. *bellum cum alterius ore gente exortum* Hearnii Oxon. C. [Veith.]

§. 2. *Vana spe auxilii*] *una spe* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. sollemni scribarum errore. V. Cel. Burm. ad Valer. Flacci 2, 167. 7, 240. et 539. ad Suet. Calig. 38. quae notavi olim ad Silii Ital. 5, 126. ad Liv. 2, 42, 8. 3, 40, 13. c. 70, 7. 7, 17, 5. 8, 7, 18. 24, 31, 14. (* 37, 42, 1.) Paullo ante alio ordine *quum Tarentini* edd. ante Cl. Jac. Gronovium, cui verba transponenti favent tantum non omnes scripti. Insuper *Neapolitani*, pro *Palaepolitani*, Gaertn.

Palaepolitanam vana spe auxilii aliquamdiu sustinuissent, postquam Romanos urbe potitos accepere, velut destituti, ac non qui ipsi destituissent, increpare Palaepolitanos: ira atque invidia in Romanos furere; eo etiam, quod Lucanos et Apulos (nam utraque eo anno societas coepta est) in fidem populi
3 Romani venisse adlatum est. *quippe propemodum perventum ad se esse: jamque in eo rem fore, ut Romani*
4 *aut hostes, aut domini habendi sint.* Discrimen profe-

Ac non qui ipsi destituissent, increpare] *quia ipsi* Lovel. 2. Portug. Harlej. 2. et Haverk. V. ad 36, 33, 5. *qua ipsi* Gaertn. Tum *increpere* Lovel. 3. In verbis sequentibus *fuere*, pro *furere*, Leid. 1. Lovel. 3. Fragm. Hav. et multae ex principibus edd. V. ad 4, 44, 3. *fruere* Haverk.

Quod Lucanos et Apulos (nam utraque eo anno societas coepta est)] *quod jam Lucanos* Fragm. Hav. Tum *non utraque eo anno* Harlej. 2. Sed librarius perperam confudit compendia scribendi *nã* et *nõ*, quemadmodum etiam factum erat supra 5, 29, 9. infra 9, 17, 12. et ita *quid nõ*, pro *quidnã*, datum erat supra 3, 38, 8. *nam utroque eo anno* Lovel. 3. *nam utraque anno* Lovel. 4. *namque utraque eo anno* edd. Frobeniana anni 1535. priores. Deinde *societas accepta est* Leid. 2. et Lovel. 1. [Veith.] *societas est coepta* Lovel. 2. In verbis sequentibus τὸ *est* ante *adlatum* deficit in Haverk.

§. 3. *Perventum ad se esse: jamque in eo rem fore*] *ad se perventum esse* Voss. 2. et Lovel. 3. *perventum se esse* Leid. 2. Tum *ideoque in eo rem fore* Gaertn. *jamque in eo rem esse* editi usque ad Aldum; qui, consentientibus omnibus scriptis, primus reposuit *fore*. Mox τὸ *sint* non adparet in Lovel. 2.

§. 4. *In bello Samnitium eventuque ejus verti*] Prima vox non adparet in Leid. 2. nec duae priores in Lovel. 1. *in bello Samnitiumque ejus verti* habent Voss. 2. et Lovel. 3. *in bello Samnitium eventumque ejus verti* Leid. 1. Florent. Lovel. 4. et Fragm. Hav. *in bellum Samnitium eventumque ejus verti* Harlej. 1. *in bello Samnitium eventuque ejus rei verti* Portug. Gaertn. et Haverk. Paullo ante *Discrimine*, pro *Discrimen*, Harlej. 2.

§. 5. *Quem revocari adhuc inpellique ad abolendam societatem Romanam*] *quam revocari adhuc* Lovel. 1. *quam vocari adhuc* Lovel. 2. *quem vocari adhuc* Harlej. 2. et Fragm. Hav. *quem vocari ad hunc* Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *ad societatem abolendam Romanam* Lovel. 4. *ad abolendam Romanam societatem* Lovel. 2. *ad obolendam societatem Romanam* Gaertn. et Klock. Tὸ *ad* deest in Harlej. 1. vox *Romanam* in Harlej. 2. Mox etiam *qua* in Lovel. 2.

§. 6. *Quidam Lucanorum pretio acciti*] Pro *acciti* ambo exemplaria habent *asciti*. GELEN. Sic etiam praeferunt plerique meorum. In excerptis enim dissen-

cto rerum suarum in bello Samnitium eventuque ejus
verti. eam solam gentem reſtare, nec eam ipsam satis
validam, quando Lucanus defecerit. quem revocari ad- 5
huc, inpellique ad abolendam societatem Romanam pos-
se, si qua ars serendis discordiis adhibeatur. Haec 6
consilia quum apud cupidos rerum novandarum va-
luiſſent; ex juventute quidam Lucanorum pretio ad-
sciti, clari magis inter populares, quam honeſti,
inter se mulcati ipsi virgis, quum corpora nuda

tiunt tantum Leid. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Saepe haec vocabula in Mſtis commutari, infra videbimus ad 45, 25, 13.

Clari magis inter populares, quam honeſti] Klockius vocem *magis* tranversa linea inducens ad marginem adscripserat locum Taciti: *Claris majoribus, quam vetuſtis.* Unde patet, eum exiſtimaſſe, vocem illam a mala manu additam, iterumque delendam eſſe. Livium aliosque ita nonnumquam locutos eſſe, infra videbimus ad 34, 49, 10. Sed mali exempli eſt, id ubique recipere, praesertim si codd. non addicant, qui hic omnes in voce *magis* servanda conspirant. Unus tantum Lovel. 2. transpositis dictionibus *magis clari* praefert. Praeterea *clari magis populares precio, quam honeſti* nullo sensu eſt in Leid. 2. et Lovel. 1.

Inter se mulcati ipsi virgis] Ita recte Gronovius vulgari curavit. Olim legebatur *mulctati*; quomodo etiam, vel *multati*, erat in plerisque scriptis. Gronovio tamen consentiunt Florent. et Klock. forte etiam Harlej. duo, unde nihil in excerptis notatum video. V. ad 28, 30, 12. Voſſ. 2. hic obfert *inter se mulctati ipsi virgis caesi.* Sed ultimae voci subjectae notae indicant, librarium eam deletam voluiſſe; quae sane ex interpretatione marginali in contextum inrepserat, aut ex §. seq. huc se infauſto pede intulerat.

Quum corpora nuda intulissent] Vet. lib. *nudata.* SIG. Pal. sec. ut et Sigonii liber *corpora nudata:* quod non placet. GEBH. Id neque mihi placet, licet non aliter invenerim in Harlej. 2. Portug. et Haverk. Alibi saepe simili modo variare librarii consueverunt. V. infra ad 10, 37, 2. *corpora nuda data* habet Gaertn. cujus scriba hac ratione utramque lectionem *nuda* et *nudata* servare voluiſſe videtur. V. ad 3, 44, 4. Klockius ad exemplar suum adscripsit, alios velle *corpora notata*, quod accipi poſſet, lacerata, laniata: quo sensu *notare ora* Paſſerat. exponit laniare, radere genas, ad Propert. 1. Eleg. 6, 16. Et ita Ovid. referens qua arte Tarquinius Gabios obpressit, de filio ejus inquit 2. Faſt. 695.

Qui mea crudeli laceravit verbere terga.
(Dicere ut hoc posset, verbera passus erat.)
Luna fuit. spectant juvenem, gladiosque recondunt:
Tergaque, deducta veſte, notata vident.

7 intulissent in civium coetum, vociferati sunt, se,
quod castra Romana ingredi ausi essent, a consule
8 virgis caesos, ac prope securi percussos esse. Deformis suapte natura res quum speciem injuriae magis, quam doli, prae se ferret, concitati homines
9 cogunt clamore suo magistratus senatum vocare: et
alii, circumstantes concilium, bellum in Romanos

Verum lectionis hujus vestigium in scriptis mihi obvium non fuit. Probo igitur vulgatam scripturam. Mox etiam *in civium coetu*, pro *coetum*, Lovel. 4. Male. V. ad 3, 5, 7.

§. 7. *Se, quod castra Romana ingredi ausi essent, a consule virgis caesos*] *scd'm*, id est *secundum*, pro *se*, sine sensu Gaertn. Tum *essent ausi* Harlej. 2. Sed utraque illa vocabula omittuntur in Portug. Hinc *ab consule* idem Portug. *ab consulis* Haverk. *a consulibus* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 3. 4. et Gaertn. Et id quoque Frobenio placuit, qui anno 1535. *a COSS* edidit. Eamdem lectionem reliquae postea servarunt editiones usque ad postumam Gruteri, nisi quod interim Sigonius priscam scripturam revocarit. *a consule et virgis* Fragm. Hav. Mox *τὸ esse* deficit in Leid. 2.

§. 8. *Deformis suapte natura res*] *Deformis per se suapte natura res* Gaertn. Sed illud *per se* ex interpretatione sequentium vocum *suapte natura* margini adscripta in contextum perperam receptum est, quod manifestius patet ex lectione codd. Portug. et Haverk. in quibus *Deformis vel per se suapte natura res* inveni. Mox *feret*, pro *ferret*, Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *comitati*, pro *concitati*, Leid. 2. V. ad §. seq. idem cod. vocem *magistratus* ignorat. *clamore suos magistratus* male legit Harlej. 2.

§. 9. *Et alii, circumstantes concilium, bellum in Romanos poscunt*] Prima vocula deest in Harlej. 2. [Veith.] Tum *circumstantes consilium* Leid. 2. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Intelligi senatum Lucanorum, ex verbis praecedentibus constat. Jam autem Gronovius ad Livii 44, 2, 5. docuit, senatum *consilium* publicum, non *concilium* vocari. An ergo ita hoc quoque loco scribendum erit? Ne id mihi persuadere audeam, efficit codd. aliorum in vulgatum conspirantium auctoritas; tum et quod, *concilium Patrum* vel *senatus* in usu esse, me supra notare meminerim ad 4, 48, 5. Deinde *petunt* est in Lovel. 4. quod languet prae altero *poscunt*, neque respondet ardori, quo haec acta esse adparet. In his vocibus commutandis etiam alibi lapsi sunt scribae. V. ad 6, 23, 8.

Ad concitandam in arma multitudinem] *id concitandam* Gaertn. V. ad 21, 10, 12. *ad comitandam* Leid. 2. V. ad §. praec. et infra c. 30, 6. *ad concitandum* Voss. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 40, 49, 1.

Tumultuque etiam sanos consternante] *Consternare* est concitare, neque est, ut vulgus existimat, *consternari* συνταράττεσθαι. Optimum Onomasticum. *Consterno, as*, συσέλλω. aptissime. Livius supra 7, 42, 3. *Romae eam multitudinem conjuratorum ad arma consternatam*

poscunt: alii ad concitandam in arma multitudinem agreſtium discurrunt: tumultuque etiam sanos conſternante animos, decernitur, ut societas cum Samnitibus renovaretur; legatique ad eam rem mittuntur. Repentina res quia quam cauſſam nullam, tam ne fidem quidem habebat, coacti a Samnitibus et obsides dare, et praesidia in loca munita accipere,

esse. hoc eſt, concitatam et congregatam. 10, 43, 13. *Repente in fugam conſternantur, conspecti ab equitibus.* 21, 24, 2. *Metu servitutis ad arma conſternati.* 38, 46, 6. *Fundis sagittisque in fugam conſternatae.* GEBH. V. infra ad 10, 43, 13. Insuper *tumultuque sanos etiam* praefert Gaertn. at *tumultuque insanos* Harlej. 2.

Ut societas cum Samnitibus renovetur, legatique ad eam rem mittantur] Pall. duo *ut societas cum Samnitibus renovaretur, legatique ad eam rem remittuntur.* Nihil mihi placet novari. GEBH. Omnes mei *renovaretur.* Et ita praeferunt etiam edd. principes; pro quo demum a Vascos. *renovetur* vulgatum eſt. Displicuit, credo, tempora diversa *renovaretur* et *mittantur* conjungi. Verum non modo interdum id factum fuiſſe patebit ex iis, quae dicta sunt ad 5, 49, 7. sed etiam ne *mittantur* quidem probum eſt. Nam *ad eam rem remittuntur* habent Voſſ. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. ubi syllaba initialis *re* male repetita eſt ex voce praecedente *rē* vel *rem.* V. ad 37, 41, 5. *ad eam rem mittuntur* Voſſ. 2. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 4. Harlej. duo, Portug. et Haverk. quod probum exiſtimo, ideoque in contextum recepi. Non enim hoc cohaeret proximo *renovaretur*, sed remotiori *decernitur.* Non tantum societatem cum Samnitibus renovandam eſſe a senatu Lucano decernitur; sed mox etiam, ne interposita mora aut ardor animorum elanguesceret, aut fraus adhibita diluceret, legati ad eam rem mittuntur. Sequentia etiam hanc lectionem veriorem eſſe probare videntur.

§. 10. *Quam cauſſam nullam, tam ne fidem quidem habebat*] *qua cauſſa nullam* Voſſ. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. ac 3. Deinde *tñ ne fidem quidem* Lovel. 2. Alibi saepe *tñ*, sive *tamen*, et *tam* commutantur. V. ad 22, 59, 13. *tam ne fidem quadem* Lovel. 3. Vox *quidem* deficit in Lovel. 4. et Gaertn. Interdum *ne* pro *ne quidem* obcurrit. V. ad 44, 36, 8. Hic tamen codicum eam lectionem suadentium auctoritatem leviorem eſſe puto, quam ut iis fidem haberi tutum sit. Praeterea *habeat* Harlej. 1. *habebant* Harlej. 2. Sed cohaerere debent *Repentina res ne fidem quidem habebat.*

Coacti a Samnitibus et obsides dare, et praesidia in loca munita accipere] *ab Samnitibus* Voſſ. 2. et Lovel. 3. *coacti et Samnitibus obsides dare* Portug. et Haverk. *coacti et a Samnitibus obsides dare* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *coacti a Samnitibus obsides dare* Lovel. 2. et edd. principes usque ad Frobenianam anni 1535. qui illud *et* recte interposuit. Ita enim reliqui codd. V. supra ad 2, 44, 3. Deinde *in loca munita accepe-*

11 caeci fraude et ira nihil recusarunt. Dilucere deinde brevi fraus coepit, postquam criminum falsorum auctores Tarentum commigravere: sed, amissa omni de se potestate, nihil ultra, quam ut poeniteret frustra, restabat.

runt Gaertn. *in loca munita recipere* Portug. et Haverk. quomodo etiam in Pal. 2. fuisse, Gebhardus supra monuit ad hujus lib. c. 25, 3. Sed fide digniores stant pro vulgato. Infra 23, 18, 1. *Verbis benignis ad portas aperiendas, praesidiumque accipiendum perlicere jubet.*

§. 11. *Dilucere deinde brevi fraus coepit*] *Dilu.... deinde* Harlej. 2. *Diluere deinde* Haverk. *Delucere deinde* Gaertn. Frustra. Supra 3, 16, 1. *Dilucere res magis Patribus atque consulibus.* 25, 29, 10. *Dilucere id, quod erat, coepit.* Deinde *brevis fraus* Leid. 1. Gaertner. et Fragm. Hav. Sed litera *s* in fine vocis *brevis* ex similitudine initialis vocis sequentis repetita est. V. supra ad 4, 33, 10. In verbis sequentibus *Tarentini*, pro *Tarentum*, perperam Leid. 2.

Amissa omni de se potestate] Latinum non est. Sensus Livii erat, ut videtur, *amissa omni spe rei perficiendae*. T. FABER. Videtur subintelligi *statuendi*; adeo ut sensus sit, omnia ipsis integra non fuisse, nec potuisse pro libitu statuere. GISB. CUPER. Quae hic Livio obtrudit Faber, profecto a mente laeva sunt. Cuperus recte vidit sententiam. Livius 23, 30, 9. *Et in fide erga Romanos, et potestatis suae ad ultimum manserunt.* 31, 45, 4. *Postquam praesidio regio arcem teneri, nec se potestatis suae esse respondebant.* 36, 27, 8. *Ipsos nihilominus suae potestatis fore, si quid melius fortuna ostendisset.* DUK. Eodem modo, quo Amp. Cuperus, locum adverus Fabrum defendebat etiam Ant. Perizonius. Ejus deinde filius insuper adscripsit locum Livii 26, 4, 3. *Multos postea principes civitatis judicium de se populi passos.* Doujatius etiam Fabri conjecturam rejiciendam docuit, notans vulgatum non modo Latinum, non modo elegantius, sed etiam ad sensum adcommodatius esse. Et sane non video, cujus rei perficiendae omnem spem amisissent Lucani. Ceterum *admissa omnia de se potestate* Fragm. Hav. a m. 1. *omnia* etiam est in Leid. 1. *omissa omni de se potestate* Portug. et Haverk. Male. Spes enim non erat *omissa*, sed *amissa*, acceptis in loca munita Samnitium praesidiis. Verba haec saepissime commutantur. V. 4, 12, 11. 7, 34, 9. Adde superius notata ad 3, 38, 11. In verbis sequentibus *quam ut poeniteret, et frustra, restabat* Leid. 2. Sed illud *et* ex literis finalibus proximae vocis natum puto. [*frustra* omittit Veith.]

§. 1. *Eo anno plebi Romanae*] *plebei* Florent. V. ad 2, 42, 3. Deinde *Romae* Haverk.

Quod necti desierunt] Vet. lib. *quod ligari nexi desierunt.* Recte. nam paulo post [hoc cap.] subdit: *Ita nexi soluti: cautumque in posterum, ne necterentur.* Et Epit. l. 6. *Cum obstrictos aere alieno liberaret, nexos exsolveret.* Et Varro 6. de lingua Latina [p. 82.] *Liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debebat, praebet, nexus vocatur, ut ab aere*

XXVIII. Eo anno plebi Romanae velut aliud 1 initium libertatis factum est, quod necti desierunt: mutatum autem jus ob unius foeneratoris simul libidinem, simul crudelitatem insignem. L. 2 Papirius is fuit: cui quum se C. Publilius ob aes

obaeratus. Hoc C. Poetelio Visolo dictatore constitutum ne fieret. Quae verba quamquam mendosa sunt, tamen ad hunc locum pertinere perspicuum est. Et Suidas in v. Γάϊος. *Καὶ δι᾽ ἐκεῖνο τὸ πάθος ἅπαντες οἱ δουλωθέντες πρὸς τὰ χρέα Ρωμαῖοι νόμῳ κυρωθέντι ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἐκομίσαντο.* SIG. Genuina an sit haec lectio, *quod necti desierunt*, incertum reddit MSS. codicum diversitas: nam Pall. tres *quod ligari nectique desierunt.* Campani vero editio *quod ligari nexi desierunt.* quod mera ambrosia accidit palato Sigoniano. Mihi non dilucet de veritate. Festus Pompejus: *Nexum aes apud antiquos dicebatur pecunia, quae per nexum obligatur.* Varro 6. de L. L. [p. 82.] *Liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debebat, praebet, nexus vocatur.* GEBH. Cupio doceri, cur *quod ligari nexi desierunt* melius sit vulgata scriptura, *quod necti desierunt*, quam ex hoc loco describentes Sigonius 1. de Antiq. Jur. civ. Rom. 6. et Salmas. de modo Usurar. c. 18. p. 808. nullam suspicionem mendi injiciunt. Miror tamen non nihil, Gronovium hic plane tacuisse, et vix persuadere mihi possum, omnes illius libros cum Sigoniano consensisse. DUK. Meorum codd. nullus vet. lib. Sigonii consentit: sed *ligari necti desierunt* est in Fragm. Hav. *ligari vecti desierunt* in Harlej. 2. *legati nectique desierunt* in Haverk. *ligari nectique* in Voss. 2. Lovel. 2. 3. Portug. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] *quod necti desierunt*, ut ante Sigonium vulgo edebatur, in Flor. Voss. 1. Leid. utroque, Lovel. 1. 4. Harlej. 1. et Klock. Doujatius vulgatum tuetur, docens id actum esse, ne omnino necterentur: et hinc Livium addidisse: *cautumque in posterum, ne necterentur.* Sigonius in ea fuit opinione, duplicis generis nexos fuisse, alteros vinctos, sive, ut hoc loco cod. ejus praefert, ligatos, qui inviti, alteros solutos, qui sponte suas operas ob aes alienum creditori dabant. V. supra ad 2, 23, 8. ubi idem etiam Salmas. sensisse vidimus. Ea sententia si vera censenda est, ex emendatione Sigonii sequeretur, non utrumque genus nexorum, sed nexos tantum vinctos sive ligatos sublatos fuisse. At contra, quum latum esse ad populum Livius mox addat, *pecuniae creditae bona debitoris, non corpus obnoxium esset*, inde patet, non tantum vetitum fuisse, ne nexi ligarentur; verum in genere, ne quis necteretur. Recte igitur Doujatio displicuit Sigonii emendatio, cui etiam integerrimi codices adversantur; quos, prisca scriptura revocata, secutus sum. Omnis, quae in reliquis codicibus obcurrit, varietas inde nata videtur, quod τὸ *necti* olim per *ligari* expositum fuerit, idque simul cum altero in contextum receptum sit, quod deinde paullatim magis magisque scribae corruperunt.

Mutatum autem jus ob unius foeneratoris simul libidinem] *mutatum autem jus est*, addito verbo, Leid. 1. Sed id a reliquis om-

alienum paternum nexum dedisset; quae aetas formaque

nibus exsulat. Deinde *libidinem simul*, *simul crudelitatem* Lovel. 4. Mox vox *insignem* neglegitur in Leid. 2.

§. 2. *L. Papirius is fuit*] Cognomen omittit, multum ad rem pertinens: sed ipsemet Livius de his dubitat, ut anno CDXXVIII. [hoc lib. c. 23, 17.] et postea anno CDXXXV. [9, 15, 11.] Porro hactenus tres L. Papyrii a Livio numerati sunt, Cursor, Crassus, ac Mugillanus. Cursor cum Crasso dictatore magister equitum fuit anno CDXV. quo P. Decius pater perierat. [hoc lib. c. 12, 2.] Crassus ipse consul fuit anno CDXXIV. [c. 19, 1.] Mugillani autem bis mentio, anno CDXXVIII. [c. 23, 17.] et CDXXXV. [9, 15, 11.] Est et mentio M. Papyrii Crassi anno CDXXII. [hoc lib. c. 17, 6.] ubi dictator creatus fuit adversus tumultum Gallicum. Fortassis autem et in praenominibus et cognominibus Papyriorum erratum, ut ex variis hujus belli locis lector facile notabit. GLAR. Doujatius existimat, L. Papirium hic memoratum neque hujus anni consulem, qui eodem nomine ac praenomine fuit, neque alium ullum ex iis, qui magistratus gesserunt, fuisse. Vero enim simile videri, si quis eorum fuisset, Livium id neutiquam silentio praetermissurum. Ejus autem sententiam probabilem puto. Ceterum Papirii praenomen *L.* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. et utroque Harlej.

Cui quum senatusconsulto Publius ob aes alienum paternum nexum dedisset] Sincera lectio: *cui quum se C. Publius ob aes alienum paternum nexum dedisset*. GELEN. Lego ex MS. sicut ex suo quoque Gelenius legit, *cui quum se C. Publius ob aes alienum paternum nexum dedisset*. Budaeus autem in prioribus annot. ad ff. [ad inscriptionem tituli *De in diem addictione*] *nexum inisset* legendum putat. KLOCK. Budaeus vitiosis exemplaribus Livii usus est. Nam habet *cui cum senatusconsulto Publius*, et mox, *quem aetas formaque ad misericordiam elicere poterant*. Posterius etiam Sigonius 1. de Ant. Jur. civ. Rom. 6. *in nexum dedisset* rursus Salmas. Observ. ad Jus. Attic. et Rom. c. 11. p. 317. DUK. Si Gelenius, pro *cui quum se C. Publius*, dedisset *C. Publilius*, (v. ad c. 12, 4.) loco huic egregie consuluisset. Recte enim pro *senatusconsulto* dedit *se C.* De similibus varietatibus in Mstis v. ad 22, 10, 1. Quemadmodum autem emendavit, reperi etiam in Florent. Voss. 1. Leid. utroque, Lovel. 1. 4. Harlej. 1. Gaertn. et Haverk. voces vero *se C.* vel aliud earum loco, desunt in Portug. et Haverk. solum *τὸ se* in Harlej. 2. Sed *cui quum senatusconsulto Publius* habet Voss. 2. *cui quum senatusconsultum Publium* Lovel. 2. *quum Se C^to Publius*, omissa voce *cui*, Lovel. 3. Deinde *Publius obses*, pro *ob aes*, Fragm. Hav. a m. 1. Vox vero *paternum* non comparet in Lovel. 4. ut nec *nexum* in Leid. 2. Ceterum Doujatius emendationem Budaei, a Klockio hic jam memoratam, eo nomine refellere conatur, quod *se nexum inisset* salvo sensu dici nequeat. Sed non observavit, id Budaeo non adversari, utpote qui non *cui quum se C. Publilius*, sed, ut antea edebatur, *cui quum senatusconsulto Publius* legebat. Quare recte quidem emendatio haec rejicitur, non tamen eam ob caussam, sed quod Mstis ad-

maque misericordiam elicere poterat, ad libidinem et contumeliam animum accenderunt: et, florem 3

versetur, et a vulgato nimium recedat. Aliam conjecturam proposuit Salmas. qui de Modo usur. c. 18. p. 838. scribendum existimat *in nexum dedisset*. nam *in nexum dare* vel *nexui* eodem modo dici, quo *in pignus* et *pignori*. Quam lenissima est haec medicina. Facile enim praepositio *in* absorberi potuit a praecedentis vocis litera finali *m*, ut saepe factum. V. infra ad 10, 13, 3. Verum neque eo opus puto. *Nexum* enim hic potest esse supinum a verbo *nectere*. *dedisset nexum*, id est, ad nectendum, ut necteretur. V. ad 22, 21, 3. Jam autem supina vera substantiva esse, prius quarti casus, in quo subauditur praepositio *ad* vel *in*; posterius sexti casus, in quo subintelligitur praepositio *in*, docuit Perizon. ad Sanct. Min. 3, 9, 1. p. 460. Id igitur, quod commode omitti potest, invitis scriptis et editis addere, nihil adtinet.

Quem aetas formaque ad misericordiam elicere poterant, ad libidinem et contumeliam animum accenderunt] Sincera lectio *quae aetas formaque misericordiam elicere poterant, ad libidinem* etc. GELEN. Pall. duo *accendere*; quod modo infinitivo apte accipi posse credo, ut sustineatur a verbo *poterat*, seu, ut quidam habent codices, *poterant*. Mire vero Camp. *quem aetas formasque ad misericordiam elicere poterant, ad libidinem contumeliamque omnium accenderunt*. GEBH. Lectio notis Gelenii praescripta neque in scriptis, neque in editionibus antiquioribus exstat; sed demum in Mediol. anni 1480, tum utraque Tarvis. et deinde aliis vidi. *quae aetas formaque in misericordiam* habet Lovel. 2. [*quem aetas formaque in* Veith.] *quae aetas formaque ad misericordiam* Lovel. 4. Harlej. 2. et Haverk. Et quidem *elicere animum ad misericordiam* dictum videri posset, quemadmodum *elicere hostem ad certamen*, de quo v. ad 6, 31, 7. Quo minus tamen placeat, obstat aliorum codd. atque edd. principum consensus in expellenda praepositione sive *in*, sive *ad*. Ut autem *elicere misericordiam*, ita *elicere arcana* 40, 23, 1. *Fide data arcana ejus elicuit*. et *elicere querelas* apud Cic. de Clar. Orat. 80. *Ubi ardor animi, qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces et querelas solet?* quod *ad querelas elicere* dixit Suet. in Calig. 10. *elicere iram* Curtius 8, 5. *Elicuitque iram Alexandri*. Praeterea *poterat* praefert ed. Froben. anni 1535. in quam quum Rhenani et Gelenii emendationes passim receptae sint, ita etiam ex Gelenii mente datum fuisse suspicio est, quamvis aliter in notis scribi voluerit. Certe *poterat* praeferunt omnes codd. praeter Lovel. 4. Quod autem duobus substantivis singularis numeri duo addantur verba alterum singulare *poterat*, alterum plurale *accenderunt*, non magis displicere debet, quam quod etiam conlectivum singulare in eadem periodo primo verbum singulare deinde plurale adjunctum habeat; de quo dictum est ad 4, 16, 8. Insuper *et ad libidinem et contumeliam animum* Portug. Gaertn. et Haverk. *ad libidinem contumeliamque animum* Lovel. 4. *ad libidinem et contumeliam animi* Lovel. 2. Harlej. 2. et Fragm. Hav. [Veith.] Tandem *accendere* Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. Quod si, praeeunte Gebhardo, modo infinitivo

aetatis ejus fructum adventicium crediti ratus, primo perlicere adolescentem sermone incesto est conatus: dein, postquam aspernabantur flagitium aures, minis territare, atque idemtidem admonere
4 fortunae: postremo, quum ingenuitatis magis, quam

accipiatur, commode tamen, ut credidit, a verbo *poterat* sustineri nequit; sed erit per infinitivum concepta oratio, quales innumerae aliae apud Livium obcurrunt. Neque ei obstabit, quod in eadem periodo subjungatur mox finitum *conatus est*, tum infinita *territare*, *admonere*, et postea iterum finitum *jubet*. Solet enim Livius finita infinitis, et contra infinita finitis subdere. V. ad 5, 47, 5. At praestat hic *accenderunt*; quod integriores codd. aliique omnes servant.

§. 3. *Et florem aetatis ejus fructum adventicium crediti ratus*] Pall. duo *ut florem*, sec. *ac florem*. Deinde Pall. tres et Camp. *creditor ratus*. Andreae editio *ut florem aetatis ejus fructum adventitium credit ratus*. GEBH. *ut florem aetatis ejus* Voss. duo, Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. [Veith.] et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 21, 28, 8. *ut florem juventutis ejus* Leid. 2. Ita *juventae florem* memorat Florus in Prooem. §. 4. Quum tamen reliqui in vulgatum *florem aetatis* consentiant, verius videtur, lectionem hanc natam esse ex glossa interpretis, qui *florem aetatis* in margine per *juventutem* exposuerat. Ita infra 21, 3, 4. Justin. 5, 2. *Erat enim et aetatis flore, et formae veneratione insignis*. Et *aevi Flore virens* Silius Ital. 1, 60. *at florem aetatis* Port. V. ad 36, 35, 7. Deinde *fractum animum adventicium creditor ratus* Harlej. 2. *fructum adventicium ejus crediti ratus* Leid. 2. et Lovel. 1. *fructum adventicium creditor ratus* Voss. 2. Lovel. 2. 3. Portug. Gaertner. Haverk. et Fragm. Hav. *fructum adventicium credit iratus*, inperite in voces distributis literis, quae olim continua serie scriptae fuerant, Leid. 1. hinc nata videtur lectio *fructum adventicium credit ratus*, quae est in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Sed, quod vulgo editur, aliorumque codd. fide nititur, genuinum est.

Primo perlicere adolescentem sermone incesto est conatus] Illud *est conatus* Grammatici additamentum videtur minus grammaticum. GRUT. Pal. pr. *pollicere*. forte leg. *prolicere*. Tertius *primo polluere adolescentem*. GEBH. *pellicere* Leid. 2. *pollicere* Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. Reliqui *perlicere* defendunt, quod cur conjecturis tentemus, caussa nulla est. Similiter *perlicere* simpliciter, non addito ad quid perliciatur, supra est 3, 44, 4. *Appius, amore ardens, pretio ac spe perlicere adortus, postquam omnia pudore septa animadverterat, ad vim animum convertit*. Alibi id additur. Infra 23, 17, 4. *Acerras primum ad voluntariam deditionem conatus perlicere*. c. 18, 1. *Ad portas aperiendas praesidiumque accipiendum perlicere jubet*. (* 21, 26, 7.) 43, 18, 3. *Gentium quoque regem jam diu dubium in societatem perlici posse*. 45, 5, 1. *Modo minis, modo spe perlicere, ut se traderet, quum conaretur*. Tum *adulescentem* Flor. et Harlej. 1. V. ad 6, 34, 11. Τὸ *est conatus* cur delendum censeat Gruterus, legitimam caussam non

praesentis conditionis, memorem videret, nudari jubet, verberaque adferri. Quibus laceratus juvenis, 5
quum se in publicum proripuisset, libidinem crudelitatemque conquerens foeneratoris; ingens vis hominum, 6
quum aetatis miseratione atque indignitate injuriae

video. In expungendis vocibus ex contextu Liviano nimium Gruterum fuisse, infra videbimus ad 23, 34, 15.

Dein, postquam aspernabantur flagitium aures, minis territare] *deinde* Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et priscae edd. pro quo Froben. anno 1535. *dein* substituit, id probantibus aliis codd. V. ad 3, 3, 6. Tum *aspernebantur flagitium aures* Flor. et Gaertn. quomodo etiam peccabatur in posteriori cod. hoc lib. c. 13, 2. *aspernabatur flagitium, aures minis territare* Lovel. 2. et Fragm. Hav. *Aspernari* interdum passive usurpari, adlatis exemplis docet Voss. 5. Gramm. 6. Participium etiam hujus verbi *adspernatus* Livium passive adhibuisse, supra vidimus ad 1, 22, 7. eumdem etiam aliis eadem forma usum fuisse, infra dicemus ad 24, 8, 14. Ne tamen ipsum hic etiam ita locutum esse existimem, aliorum codicum ei scripturae adversantium auctoritas persuadet.

Idemtidem admonere fortunae] *itidem* Portug. et Haverk. Male. *Idemtidem* est saepius, subinde; eaque voce Livius delectatus est. Supra 1, 54, 1. *Ipse idemtidem belli auctor esse.* 4, 20, 8. *Libri, quos linteos in aede repositos Monetae Macer Licinius citat idemtidem auctores.* 5, 25, 4. *Camillus idemtidem omnibus locis concionabatur.* c. 39, 6. *Ut idemtidem jam in urbem futurus videretur impetus primo adventu.* 6, 20, 9. *Idemtidem, Capitolium spectans, Jovem Deosque alios devocasse ad auxilium.* 26, 44, 4. *Subsidia deinde, idemtidem submissa e castris, non averterunt solum in fugam hostem.* 33, 45, 6. *Homines principibus Romanis, amicis quisque suis, idemtidem scribebant.* (* c. 31, 8.) 35, 23, 2. *Etsi per legatos idemtidem omnia explorabantur.* 40, 56, 9. *Quum idemtidem species et umbrae insontis interemti filii eum diris agitarent.* Plin. 1. Epist. 13. *Idemtidem admonitus aut non venit, aut, si venit, queritur se diem perdidisse.* ubi v. Catan. Praeterea *admovere* Lovel. 1. Haverk. et Fragm. Hav. V. ad 35, 35, 5. *admore* Harlej. 1. *aut amonere* Harlej. 2. *amonere* ed. Parm. V. ad 10, 22, 6.

§. 4. *Praesentis conditionis memorem videret*] *memorem videntur* culpa librarii Voss. 2. et Lovel. 3. In verbis praecedentibus *magis quum ingenuitatis*, in alium ordinem digestis vocabulis, Gaertn. qui mox etiam *nudare*, pro *nudari*, praefert.

§. 5. *Quum se in publicum proripuisset*] *proripuisset* Leid. 2. Sed id, quod ad 2, 23, 8. dixi, etiam huic loco convenit. Mox *senatoris*, pro *foeneratoris*, Lovel. 3. Adparet, per compendium scriptum fuisse *fen'atoris*; unde, deleta nota, et *f* in *ſ* mutata, nullo negotio *senatoris* exire potest.

§. 6. *Quum aetatis miseratione atque indignitate injuriae accensa*] *tum aetatis miseratione* Flor. a m. 2. Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 1. a m.

accensa, tum suae conditionis liberûmque suorum respectu in forum; atque inde, agmine facto, ad
7 curiam concurrit. et quum consules, tumultu repentino coacti, senatum vocarent, introëuntibus in curiam Patribus laceratum juvenis tergum, pro-

2. Lovel. 2. 3. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses. V. ad 6, 23, 3. Insuper *indignatione injuriae* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Klock. [*indignatione accensa* Veith.] Alibi saepe hae voces in scriptis variant. V. ad Epit. Liv. 58. Sed hic nihil mutandum. V. ad 2, 12, 3. et 3, 38, 11. Paullo ante *Ingens vis hominis* Florent. *Ingens vis omnium* ed. Parm. V. ad. 3, 54, 6.

In forum; atque inde, agmine facto, ad curiam concurrit] *in forum inde agmine facto concurrit*, reliquis errore scribae omissis, Portug. Insuper *concurrunt* Lovel. 2. *Ingens vis hominum concurrunt* adprime est Livianum. Supra 2, 5, 3. *Desectam cum stramento segetem magna vis hominum simul inmissa corbibus fudere in Tiberim.* Plura v. ad Livii 35, 26, 9. Uni tamen codici, neque ei optimo, credere periculosum est. Et sane ita dedisse videtur scriba, quod mox sequatur *ostentabant*. Sed et ita Livium loqui amasse, mox dicemus ad verba sequentia. Paullo ante *liberorum suorum respectu* Lovel. 2. Portug. et Haverk. Id displicet. V. ad 22, 22, 5.

§. 7. *Procumbentes ad singulorum pedes ostendebant*] Est in MS. *ostentabant*, non *ostendebant*. GELEN. Pall. tres et Camp. ed. *procumbentis*. Tamquam solus C. Publilius se ad pedes introëuntium in curiam Patrum prostravisset. GEBH. *procumbentis* Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 2. Portug. et Haverk. At optimi alteram lectionem tuentur. *ostentabant* etiam omnes scripti, quod verum esse rationes supra ad 2, 23, 4. adlatae docent. Unus est Lovel. 4. qui legit *ostentabat*, sine dubio, ut, quum etiam *procumbentis* dederit, conveniat praecedenti *concurrit*. Verum solitus est Livius conlectivo singulari verbum ejusdem numeri jungere in initio periodi, mox vero in sequentibus verbum plurale. V. ad Livii 4, 16, 8. Et quum id nescierit librarius Lovel. 2. hinc in verbis praecedentibus *concurrunt* dedisse videtur, pro *concurrit*; ut ita conveniret huic *ostentabant*. Ceterum in verbis praecedentibus male *et consules tumultu repentino coacti senatus vocare* praefert Harlej. 2. ubi *cum* inter alia interceptum est a syllaba initiali vocis sequentis *consules*. V. ad 3, 69, 5. ultimas vero literas τοῦ *vocarent* eliserunt primae vocis sequentis.

§. 8. *Victum eo die ob inpotentem injuriam unius ingens vinculum fidei*] Imo *ruptum*, non *victum*. neque enim Latinum est. T. FABER. Alibi voces *victus* et *ruptus* in Mstis commutantur. Exemplum supra est 6, 13, 3. Fabri sententiam primo probavit Doujat. postea cogitans, vocem *vinculum* hic figurate sumi pro ipsa fide publica, qua homines se velut nodo quodam in vicem obstringunt, putat tandem, ejus vim facti hujus atrocitate *victam* dici posse: quod et mihi verius videtur. Idem enim est, ac si dixisset Livius, victam eo die fidem, cujus

cumbentes ad singulorum pedes, ostentabant. Vi- 8
ctum eo die ob inpotentem injuriam unius ingens vinculum fidei: jussique consules ferre ad populum, ne quis, nisi qui noxam meruisset, donec poenam lueret, in compedibus aut in nervo tene-

ingens erat vinculum. Miror, Fabro etiam epitheton *ingens* non displicuisse; proprie enim vinculum non *ingens*, sed *firmum*, *validum* dicitur. Alibi tamen Cic. etiam *magnum*, aut *maximum vinculum* dixit. Ceterum *eodem die* Lovel. 4. Sed syllaba posterior *dē* vel *dem* nata est ex vocis sequentis *die* similitudine. V. ad 10, 10, 6. Τῷ *eodem* hic commode locus esse nequit.

Nisi qui noxam meruisset] Legendum e Pal. sec. *nisi si qui noxam meruisset*. l. 26, 3. *Nisi si mors sua remedio publicis cladibus futura esse potuisset*. Hanc particulam e Pal. pr. restituo l. 28, 31. *Nisi si terere frustra tempus sedendo ad Gades vellent*. GEBH. Ita et unus apud me Haverk. V. ad 6, 26, 5. An tamen his codd. fides haberi possit, lector judicet. Ceterum *nisi noxam meruisset* Lovel. 2. et Portug. *nisi per noxam meruisset* Voss. 2. et Lovel. 3. ac 4. *nisi noxiam meruisset* edd. pr. usque ad Mogunt. et Ald. Utramque vocem culpam, peccatum, delictum notare, supra vidimus ad 2, 54, 10. Verum hoc loco indicatur damnum seu poena, quae propter culpam infligitur. Eo autem sensu et *noxa* et *noxia* apud Livium adhibentur. Prius 23, 14, 3. *Qui capitalem fraudem ausi, quique pecuniae judicati in vinculis essent; qui eorum apud se milites fierent, eos noxa pecuniaque sese exsolvi jussurum*. 26, 29, 4. *Mergi freto satius illi insulae esse, quam velut dedi noxae inimico*. Posterius 41, 23, 14. *Thessaliam deinde peragravit: quod sine ullius eorum, quos oderat, noxia, hoc magis tentationem metuo*. Quum itaque codd. in receptam lectionem conspirent, eam etiam praeferre non dubito. Klockius cod. suo adscripserat *noxam nocuerunt*; sed nescio, utrum id fecerit, quod ita legendum censeret, an tantum ut sibi in memoriam revocaret, ea formula Livium usum esse, quae apud eum obcurrit 9, 10, 9. *Quandoque hice homines noxam nocuerunt*. Certe ne ea locutio hic reponi possit, prohibet dissentientium Mstorum auctoritas. Mox *donec poenam luveret* praefert Klock. errore scribarum. Neque censendum est, forte scribendum esse *luverit*, et *luvi* pro *lui* dici, quemadmodum *pluvi* pro *plui*: Priscian. enim *diluo* non *diluvi*, sed *dilui*, in praeterito formare auctor est l. 10. p. 881.

In compedibus, aut in nervo teneretur] Lege *aut nervo tereretur*. Plaut. Captiv. 4, 2, 108.

— *nunc Siculus non est; Bojus est, Bojam terit*.

Τὸ *in* revera abest a Pal. sec. sed vulgatum defendit Tibull. 2. El. 4, 3.

Servitium sed triste datur, teneorque catenis.

Liv. 35, 18, 6. *Scire ferarum modo, quae claustris aut vinculis teneantur, ingentes jam diu iras eum in pectore volvere*. GEBH. *Tenere* et *Terere* in Mstis commutari, supra vidimus ad 4, 31, 2. Praepositio *in*

9 retur: pecuniae creditae bona debitoris, non corpus, obnoxium esset. Ita nexi soluti; cautumque in posterum, ne necterentur.

ante *nervo* deest etiam in Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Neutra tamen satis legitima caussa est vulgatum tentandi. Quamvis enim *in* eo loco omittatur, constanter tamen supra omnes libri exhibent *in compedibus*, quin et optimi etiam hic servant. Praeterea licet verba illa alibi confundantur, *in teneretur* tamen hic Msti conspirant. Recte igitur Gebhardus ipse suam sibi conjecturam displicere testatus est, atque *in nervo teneretur* probavit. Ita Livius locutus est supra 4, 35, 5. *In aeterno se ipsa teneret servitio.* Ubi videnda sunt, quae notavi. Adde etiam, quae dicta sunt ad 1, 52, 2.

§. 9. *Pecuniae creditae bona debitoris, non corpus, obnoxium esset*] Quam magis excutio, quae habemus de nexis apud Livium et l. 2, 23. ante leges decemvirales, et l. 6, 14. post leges duodecim tabularum, tam minus credo verum esse, quod de eisdem addictis scribitur Gellio 20, 1. *tertiis nundinis capite poenas dedisse, aut trans Tiberim venum ivisse.* Si enim res se ita habuit, cur ejus non meminit Manlius, non ii, quos vinculis eis liberavit? Quin imo, cum leges posteriores fere mitiores sint prioribus, hic plane contra est, praecipue si licebat pluribus creditoribus *tertiis nundinis secare reum*, ut idem Noctium Atticarum scriptor asseverat. Dionysius sane Halic. l. 5, 53. tantum refert: *Contra egenos foenore oppressos impotenter et immoderate se gerebant foeneratores, et in nervum abducebant obaeratorum corpora; quibus non aliter utebantur, quam emtitiis.* Idem l. 6, 23. nihil aliud queritur miles ille nexus, quam *cum solvendo non esset, ductum se a foeneratoribus cum duobus filiis in servitium: et, quia domino gravius quiddam imperanti responsarit, caesum flagris affatim: pannisque abjectis ostentabat pectus vulneribus in bello receptis plenum, tergumque verberibus recens cruentum.* Sed et ii, qui secesserant anno U. C. CCLXI. solummodo quiritantur apud eundem l. 6, 70. *Nostros agros illis cogimur colere, fodiendo, plantando, arando, pecora pascendo, nostrorum mancipiorum conservi; pars catenis nexi, pars pedicis, nonnulli, tamquam truculentissimae bestiae, bojis aut massis orbicularibus. tacemus tormenta et contumelias flagraque et labores e nocte in noctem, ceteramque violentiae crudelitatem et injuriosam superbiam, quam sustinuimus.* Itaque non video ullam rationem, cur decemviri plebem immanius vexarent lege sua, quam vexari poterant ingenio aut libidine foeneratorum, qui nexos serviliter tractabant, dum opera sua aes debitum redemissent, tamquam mercenarios. Cur ita sentiam, faciunt verba Varronis fine l. 6. de ling. Lat. [p. 82.] *Liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debet, dat, dum solveret, nexus vocatur.* Interim, cur certius nihil definire audeam de Gellio, facit Tertullianus Apolog. adv. gent. 4. *Sed et judicatos in partes secari a creditoribus leges erant. Consensu tamen publico crudelitas postea erasa est; et in pudoris notam capitis poena conversa est: bonorum adhibita proscriptio suffundere maluit hominis sanguinem, quam effundere.* Eam enim legem

XXIX. Eodem anno, quum satis per se ipsum 1
Samnitium bellum et defectio repens Lucanorum,
auctoresque defectionis Tarentini sollicitos habe-

videtur ante oculos habuisse Imp. Valentinianus, de quo sic Ammianus 27, 16. *Item aliud audiebatur horrendum; quod ubi debitorum aliquem egestate obstrictum nihil reddere posse dicebatur, interfici debere pronunciabat.* Quid ergo? Suspicor legem hanc exoletam excidisse et Livii et Dionysii memoriis. Praeterea non memini apud alium legisse istud Varronis [l. l.] *C. Popilio rogante Sylla dictatore sublatus est nexus: et omnes, qui bonam copiam ejurarent, ne essent nexi, soluti.* GRUT. Illis, quae de obaeratorum nexorumque *poena capitis*, si unus esset creditor, et *de sectione in partes tertiis nundinis*, si plures forent, ex Gellio hic monet Gruterus, longe meliora notavit Ampl. Bynkersh. curiae supremae, cujus Hagae Comitum Praesidem agit, maximum decus, 1. Obs. 1. docens *poenam capitis*, esse usuram sortis; *tertiis nundinis partes secare* esse, vendere debitorem in auctione publica ipsis nundinis, ac pretium in vicem dividere. Illis, qui per *partes secare* intelligunt bonorum divisionem, ita ut singuli debitores suas partes auferant, adnumerandus est Abram. ad Cic. 2. Phil. 26. V. etiam Cel. Burm. ad Suet. Vitell. 2. At vulgatae sententiae adhuc adhaeret Salmas. de Modo usur. c. 18. p. 809. Ceterum *pecunia credita* Harlej. 2, et Hearnii Oxon. L. 1. 2. ac C.

Cautumque in posterum, ne necterentur] De sententia horum verborum contra Hotomannum disputat Salmas. de Modo usurar. c. 18. p. 838. et c. 19. p. 844. Et Observat. ad Jus Attic. et Rom. c. 11. p. 316. adversus Heraldum 2. de rer. judicat. auct. 25. Sed legem hanc non servatam fuisse, idem ostendit de Modo usur. d. l. et ex eo Gronov. de Centesim. et Unciis Usur. p. 470. et Graevius in Praefat. tom. 3. Antiq. Rom. DUK. *ne in posterum necterentur* Lovel. 4. Τὸ *ne* deficit in Leid. interceptum a vocis sequentis literis initialibus. ejus loco *nec* habet Haverk. Tum *nectarentur* Leid. 1. Portug. et Haverk. Paullo ante *Itaque nexi soluti* edd. antt. usque ad Frobenianam anni 1535. V. cap. seq. ad §. 2. *Ita soluti nexi* alio ordine Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. *Ita soluti innoxii* Harlej. 2. Insuper Salmas. de Modo usur. c. 18. p. 832. existimat, apud Livium, Varronem, Columellam, Quinctilianum, Gellium et alios exempla superesse, unde constat, etiam post hanc legem debitores, qui solvendo non erant, pecuniae judicatos in vinculis fuisse: quare existimat, legem, hoc anno a consulibus latam, neglectam, et parum (* l. paullo) post illa tempora in usum revocatam fuisse. Postea vero p. 838. scribit, verba *ne in posterum necterentur* non id significare, ne vincirentur, sed ne oppignerarentur, vel pignoris nexu obligarentur; et p. 839. non hac lege cautum esse, ne quis in nervo aut compedibus teneretur, sed ne pignori obligaretur. Et tamen modo apud Livium praecessit hoc cap. consules ad populum tulisse, *ne quis in compedibus aut in nervo teneretur;* ad quae verba non adtendit.

§. 1. *Et defectio recens Lucanorum*] Pall. tres et vetustissimae duae edd. *defectio repens*. Melius existimo. Supra c. 27. *Repentina res, quia quam caussam nullam*,

rent Patres, accessit, ut et Vestinus populus Sam-
2 nitibus sese conjungeret. quae res sicut eo anno sermonibus magis passim hominum jactata, quam in publico ullo concilio est; ita insequentis anni

tam ne fidem quidem habebat. GEBH. MSS. et vetustae edd. *repens.* Sic l. 6, [42, 4.] *Fama repens belli Gallici allata perpulit civitatem.* 9, [41, 14.] *Repens adventus consulis ita exterruit Umbros.* 21, [26, 1.] *Qui tumultus repens postquam est Romam perlatus.* Scimus, inquis, et quid exemplis opus? Scilicet tibi contingere non potest, quod accidit doctissimo viro 2. Italiae ant. [3. p. 587.] qui cum adduceret ex Livii 22, 8, 1. *Priusquam satis certa consilia essent, repens alia nunciatur clades:* apponebat, Lego, *repente.* Lucretius 5, [402.]

— — *Phaëthonta repenti fulminis ictu*
Deturbavit equis.

J. FR. GRON. *repens* etiam omnes mei, exceptis Voss. 1. in margine, Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. qui similiter *recens* praeferunt. Illud *recens* autem demum vidi in Francof. ed. anni 1578. quomodo errore operarum datum esse crederem, nisi, qui editioni illi praefuit, similis corruptelae loco mox indicando auctor exstitisset. Scribas librarios etiam ita labi solitos fuisse, constat ex iis, quae notavi ad Silii Ital. 15, 604. quibus adde Cel. Burmann. ad Valer. Flacc. 2, 91. Vocabulum autem *repens* Livio in deliciis fuit: praeter loca enim Gronovio laudata, eo usus est 1, 14, 5. *Tumultus repens ex agris in urbem inlatus pro nuncio fuit.* 4, 14, 2. *Quod bellum repens aut dictatoriam majestatem, aut Quinctium rectorem reipublicae quaesisset.* 10, 7, 8. *Si quod repens bellum oriatur.* c. 18, 3. *Qui tumultus repens postquam Romam perlatus est.* 21, 30, 2. *Quinam pectora semper impavida repens terror invaserit.* 22, 7, 7. *Quae repens clades adlata esset, obvios percunctantur.* c. 21, 6. *Fama repens alio avertit bellum.* 29, 10, 4. *Civitatem eo tempore repens religio invaserat.* ubi similiter peccatur in ed. Francof. anni 1578. 33, 2, 7. *Tantum Thebis moratus, quantum Attali repens casus coëgit.* c. 15, 6. *Repens terror castris infertur.* Paullo antea *Eodem tempore,* pro *Eodem anno,* Hearnii Oxon. C. Deinde *per se Samnitium bellum* Leid. 2. *per se ipsum bellum Samnitium* Harlej. 1.

Auctoresque defectionis Tarentini sollicitos haberent Patres] Haec verba concipiunt ita Pall. duo, *auctores defectionis Tarenti sollicitos haberent Patres.* sec. *auctores defectionis Tarentinae soll. h. P.* GEBH. *auctores defectionis Tarenti* Voss. 2. et Lovel. 3. *auctores defectionis Tarentinae* Lovel. 2. Harlej. 2. et Portug. a m. 2. Sed vulgatum verius est; non enim Tarentini, quibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, defecisse dici possunt; sed Lucanis, qui nuper in fidem venerant, deficiendi auctores exstiterunt.

Ut et Vestinus populus Samnitibus sese conjungeret] *ut Vestinus populus* Leid. 2. et Gaertn. Tum *se conjungeret* Lovel. 4. *se conjungerent* Haverk.

§. 2. *Sermonibus magis passim hominum jactata, quam in publico ullo concilio est*] *sermonibus passim magis hominum* Fragm. Hav.

consulibus, L. Furio Camillo iterum, Junio Bruto Scaevae, nulla prior potiorque visa est, de qua ad senatum referrent. et, quamquam nova res erat, ta- 3
men tanta cura Patres incessit, ut pariter eam sus-

Tum *in publico concilio* Lovel. 2. *in publico ullo consilio* Gaertn.

Ita insequentis anni consulibus L. Furio Camillo iterum, Junio Bruto Scaevae] L. Furius Camillus primum fit consul anno CDVI. deinde iterum anno CDXVII. Ergo hic non *iterum*, sed *tertium*, legendum, nisi quis duos fuisse contendat, quod mihi non fit verisimile. GLAR. Quam vehementer erret Glareanus, qui *L. Furio Camillo tertium* legit, supra ostendi [ad c. 13, 1.] SIG. *itaque sequentis anni* Portug. et Haverk. Verum praecedens *sicut* nunc *ita*, non *itaque*, requirit. V. ad 21, 53, 7. *Creati insequentis anni consules L. Furius Camillus iterum, Junius Brutus. Sed tum nulla prior* Harlej. 2. quam et ipsam lectionem genuinam non esse, praecedens *sicut* evincit. Tum prioris consulis praenomen *L.* omittitur in Portug. et Haverk. forte quod et alterum nullo praenomine indicatum videbant, de quo mox. *P.* vocatur in Gaertn. Deinde *Scaeva* Lovel. 2. et Haverk. *Scaenae* Lovel. 3. et Gaertn. *Scove* Fragm. Hav. *Serva* Portug. Sed vox illa deest in Klock. Ceterum Sigonio contra Glareanum favet etiam Pighius in Ann. Rom. ad ann. CDXXVIII. p. 341. statuens Camillum non tertium hoc anno consulem fuisse; celeberrimi enim Camilli, non filium, sed nepotem fuisse. Addit etiam, alterius consulis praenomen apud Livium periisse; quem *Decimum* dictum fuisse, praeterquam ex Mariano Scoto, etiam ex Diod. Sicul. l. 18. p. 627. constare. Ubi tamen male hodie editur *Λεύκιος Φρούριος καὶ Δέκιος Ἰούνιος*, pro *Φούριος* et *Δέκιμος*. Utrum tamen culpa librariorum perierit, an de industria a Livio omissum sit, incertum existimo. V. supra ad 4, 49, 1. ubi Livium duorum pluriumve collegarum uni nullum praenomen addidisse, licet aliorum memoraret, dictum est.

Nulla prior potiorque visa est] *prior potiorve visa est* Leid. 2. V. ad 24, 10, 2. Sed nihil muto. V. ad 23, 28, 1. *nulla prior potiorque res visa est* Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. Saepius vocem *res* perperam a librariis interjectam esse, saepius etiam Livium aliosque a repetenda hac voce non abstinuisse, supra vidimus ad 2, 18, 2. Verum, quum ea hic non nisi in suspectae fidei codicibus supersit, scribarum appendicem esse credere malo. *nulla propior potiorque est visa* Lovel. 3. V. ad 5, 15, 4.

§. 3. *Quamquam nova res erat, tamen tanta cura Patres incessit*] Si *nova res* erat, non mirum est, magnam curam incessisse Patres: nam res novae et inopinatae semper per se magis perturbant animos, et majorem curam ac sollicitudinem adferunt, quam ante praevisae et exspectatae. *Major ignotarum rerum est terror*, ait Scipio apud Liv. 28, 44, 3. Itaque hoc non satis capio, et puto aptius ad sententiam esse *non nova*, vel *nota res*: nam Livius eam jam superiore anno passim sermonibus hominum jactatam fuisse dicit, quorum non ignari poterant esse Patres. DUK. *quaquam*

ceptam neglectamque timerent: ne aut inpunitas eorum lascivia superbiaque, aut bello poenae expetitae metu propinquo atque ira concirent finiti-
4 mos populos. Et erat genus omne abunde bello Samnitibus par, Marsi Pelignique et Marrucini: quos, si Vestinus adtingeretur, omnes habendos
5 hostes. Vicit tamen pars, quae in praesentia videri potuit majoris animi, quam consilii: sed even-

nova referat Lovel. 3. V. ad 7, 26, 8. *quam nova res erat* Portug. V. ad 8, 4, 1. Deinde *Patres cessit* Lovel. 3. errore librarii. De verbo *incessit* hoc sensu v. ad 22, 12, 5. Mox *neclectamque* Florent. a m. 1. V. ad 2, 48, 7.

Ne aut inpunitas eorum] *nam ut inpunitas* Lovel. 3. *ne aut inpunitate* Lovel. 2. [Veith.] Mox in verbis sequentibus *aut* deest in Harlej. 2. qui insuper *bello poenae expetitae bello* praefert. Tum *motu propinquo*, pro *metu*, Portug. V. ad 3, 69, 2.

Concirent finitimos populos] Male *conarent* Lov. 3. *concurrent* Gaertn. *conciret* Voss. 1. *concitent* Voss. 2. et Hearnii Ox. C. *concitarent* Klock. Alibi saepe haec vocabula confunduntur in Mstis. V. ad 9, 37, 1. De verbo *concire* v. supra ad 3, 53, 4.

§. 4. *Genus omne abunde bello Samnitibus par, Marsi, Pelignique, et Marrucini*] *genus omne habundans bello aliunde Samnitibus per* corruptissime Gaertn. Vox *bello* deficit in Klock. Deinde *Martucini* Lovel. 2. *Mamercini* Lovel. 3. *Aurunci* Lovel. 4. *Marii civi* Haverk. *Matrucini* Leid. 1. *Marnicini* Voss. 2. *Maruncini* Fragm. Hav. V. etiam ad 9, 45, 18.

Si Vestinus adtingeretur] *adjungeretur* Voss. 2. et Lovel. 3. *accingeretur* Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad 6, 35, 2. *adtingeret* Lovel. 2. Klock. Haverk. et quaedam vett. edd. V. ad 10, 10, 1. Mox *habendos omnes hostes* Lovel. 4.

§. 5. *Vicit tamen pars, quae in praesentia*] *Vincit tamen pars* Fragm. Hav. Vox *pars* exsulat ab Haverk. Tum *in praesenti* edd. Rom. anni 1472. et Parm. Ita 34, 35, 11. *Daret talenta centum argenti in praesenti*. V. Bosium ad Corn. Nep. Alcibiad. 4, 2. Sed codicibus constanter *in praesentia* legentibus adhaereo. V. ad 33, 13, 13. Mox *videri potuerit*, pro *potuit*, Harlej. 1. V. ad 40, 14, 11. Tum *animi* deest in Lovel. 2. Denique *concilii*, loco *consilii*, Haverk.

Fortes fortunam juvare] Eodem proverbio utitur 34, [37, 4.] et Cic. Tusc. 2, [4.] *Fortes non modo Fortuna adjuvat, ut est in veteri proverbio, sed multo magis ratio.* SIG. V. Erasmi Adag. tit. *Audacia*, et Hier. Columna. ad Ennii Fragm. l. 7. Annal. p. 73. Ceterum *fortuna* Voss. 1. unde videri posset, librarium dare voluisse *fortuna juvari*. Sed reliqui in vulgatum conspirantes nihil mutandum docent.

§. 6. *Provincia ea Bruto, Samnium Camillo sorte evenit*] *Ea provincia Bruto* Lovel. 2. Sed pronomen *ea* exsulat a Voss. 1. a m. 2. Voss. 2. Leid. utroque, Lovel. 1.

tus docuit, fortes fortunam juvare. Bellum ex au- 6
ctoritate Patrum populus adversus Vestinos jussit.
Provincia ea Bruto, Samnium Camillo sorte evenit.
Exercitus utroque ducti, et cura tuendorum finium 7
hostes prohibiti conjungere arma. Ceterum alterum 8
consulem L. Furium, cui major moles rerum inpo-
sita erat, morbo gravi implicitum fortuna bello sub-
traxit: jussusque dictatorem dicere rei gerendae 9

3. Harlej. utroque, et Fragm. Hav. Deinde *forte evenit* Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. V. ad 1, 4, 4. *sorte venit* Leid. 1. a m. 1. Sed ibi prima litera τοῦ *evenit* intercepta est ab ultima vocis praecedentis. V. ad 9, 12, 1.

§. 7. *Exercitus utroque ducti*] *utrobique* Lovel. 4. In quibus vocibus commutandis etiam alibi lapsi sunt scribae. V. ad 6, 30, 6. *utroque* est versus utrumque locum. Supra 2, 53, 3. *Utroque versis signis resistunt.*

§. 8. *Alterum consulem L. Furium, cui major moles rerum inposita*] *alterum consules* Voss. 1. ubi inter versus adscriptum est *alterum consulum;* quomodo etiam praeferunt Leid. 2. et Lovel. 1. ac 4. quod si non ab ipso Livio profectum, Livio tamen non indignum est. V. ad 9, 32, 2. Deinde *L. Furium Camillum* Lovel. 4. Sed cognomen in aliis omnibus constanter omittitur, neque necessarium est. Deinde *major cura rerum* idem Lovel. 4. Sed vox *cura* modo praecessit, quae librarii haec scribentis animo adhuc obversabatur, nisi potius ex interpretis glossa orta sit. Mox alio ordine *gravi morbo* Haverk.

§. 9. *Jussusque dictatorem dicere*] *jussusque est* Portug. et Haverk. Ceterum Livius hanc dictaturam ita describit, quasi omnis inciderit in eum annum, quo Furius et Junius Romae consulatum gesserunt, idque etiam ex rationibus Catonianis statuendum est. Verum ex calculo Varroniano tempus dictaturae Papirianae annuum, et quidem a consulatu Furii et Junii diversum fuit. Certe in Fastis Capit. triumph. triumphus Publilii, quem pro consule anno ante Furii et Junii consulatum triumphasse Livius dicit c. 26, 7. refertur in annum CDXXVII. Triumphus autem Papirii, quem ante depositam dictaturam triumphasse, Livius auctor est c. 37, 1. refertur in annum CDXXIX. Ergo secundum hunc calculum ultra annum CDXXVIII. quo Furius et Junius consules fuerunt, dictaturam produxit. Plura v. apud Sigon. ad Fast. ad ann. CDXXIX. Pighium in Annal. ad eumdem ann. p. 343. Dodwell. de Cycl. Diss. 10, 71. et in notis ad Chronol. Graeco-Rom. post Dionys. Halic. p. 102. Mox *rei gerendae gratia*, pro *caussa*, Lovel. 4. Alibi has voces eo sensu commutarunt librarii. Exemplum habuimus 7, 3, 9. V. etiam infra 9, 29, 9. (* 36, 10, 14.)

A quo Q. Fabius Maximus Rullianus magister equitum est dictus] Duo fuere Q. Fabii hoc

caussa, longe clarissimum bello ea tempestate dixit L. Papirium Cursorem; a quo Q. Fabius Maximus
10 Rullianus magister equitum est dictus: par nobile rebus in eo magistratu gestis, discordia tamen, qua prope ad ultimum dimicationis ventum est, nobili-
11 us. Ab altero consule in Vestinis multiplex bellum, nec usquam vario eventu, gestum est. nam et per-

tempore, Ambustus et Rutilianus. Ambustus magister equitum fuit cum P. Valerio Publicola anno ab urbe cond. CDXI. Rutiliani autem hic est mentio, et anno CDXXIII. ut puto; nisi quis unum esse censeat. Certe nec hic nec in superioribus recte additur *Maximus*, ut antea admonuimus [hoc lib. ad c. 18, 4.]. Porro, ambone fuerint M. Fabii Ambusti filii, nihil assevero: de Rutiliano autem nulli dubium. GLAR. Ex Capit. tabulis apparet, *Rullianum*, non *Rutilianum*, esse legendum. Mendose etiam apud Valerium 2, 2. [aliis 7. ex. 8.] At apud Plinium [7, 21.] recte *Q. Fabius Rullianus*. Livius eundem post [24, 9, 8.] *Rullum* nominat. Plutarchus in Pompejo [p. 625.] Ῥοῦλλον, in Fabio [p. 174.] Ῥυλάον appellat, ut puto, vitiose. SIG. *Rullianus* etiam Fasti Caesarei, quos Norisius et Eccardus ediderunt; *Rullus* Fasti Idatiani, et Livius 30, 26, 8. ubi hoc praetereunt interpretes. Ῥοῦλλος Zonaras l. 8. princ. et Fasti Graeci. Quod in Plutarchi Fabio in princ. est ἀπὸ Ῥυλάου, Xylander ex eodem in Pompejo emendat Ῥοῦλλου, et suspicatur ex *Rutilus* contractum esse *Rullus*. Mihi *Rullus* et Ῥοῦλλος e compendio scripturae videntur orta, pro *Rullianus* et Ῥουλλιανὸς, eo quo in Plutarchi Fabio quidam scripti habent Ῥυλλοιανοῦ. In Frontino, Valerio Max. et Aurelio Vict. est *Julius*, *Rutilius* et *Rutilianus*. V. doct. Oudendorpium ad Frontin. 2, 4, 2. Sed probanda est sententia Sigonii, Pighii, et aliorum. DUK. Magistri equitum praenomen *Quintus*, sive *Q.* omittunt Voss. duo, Leid. 2. Lovel. 1. 2. 3. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. omnesque Hearnii Oxonienses, quod facile absorberi potuit a voce praecedenti. V. Gronov. ad 22, 27, 2. et quae notantur ad 24, 11, 2. et 39, 33, 1. Recte etiam Sigonius *Rullianus*, licet codd. fere omnes corrupti *Rutilianus*, *Rutulianus*, vel *Rutilanus* praeferant. V. viros doctos ad Valer. Max. 2, 7, 8. et ad 3, 2, 9. De Fabii cognomine *Maximus*, quod non recte addi Glareanus monuit, sed commode per prolepsin hic accipi potest, v. supra ad c. 18, 4. Vocula *est* non exstat hoc loco in Leid. 2.

§. 10. *Prope ad ultimum dimicationis ventum est*] *prope ad dimicationem* Lovel. 4. Male. Supra 2, 56, 5. *Patres ad ultimum dimicationis rati rem venturam*. Eodem sensu *ultimum certamen*, *ultima dimicatio*. Supra 7, 37, 4. *Certamine ultimo fortunam experiri statuit*. ubi v. quae notantur.

§. 11. *Multiplex bellum, nec usquam vario eventu gestum est*] *nec umquam* Leid. 2. Lovel. 1. et Hearni Oxon. N. in margine. Alibi

vastavit agros, et, populando atque urendo tecta
hostium sataque, in aciem invitos extraxit: et ita 12
proelio uno adcidit Vestinorum res, haudquaquam
tamen incruento milite suo, ut non in castra solum
refugerent hostes, sed, jam ne vallo quidem ac fos-
sis freti, dilaberentur in oppida, situ urbium moe-
nibusque se defensuri. Postremo oppida quoque 13

saepe ita variant membranae. V. ad 39, 31, 5. Similiter etiam *nusquam* et *numquam* commutari solent. V. ad 36, 17, 10. Hic vero optimorum codd. in vulgatam scripturam consensus, eam veriorem esse, testatur. *multiplex, nec usquam bellum vario eventu* Leid. 1.

In aciem invitos extraxit] *in acie* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. Sed prima syllaba vocis sequentis ultimam literam vocis praecedentis intercepit. V. ad 37, 29, 5. Praeterea *invictos* Florent. Sed sollemnis est aberratio scribarum, ut voces *invitus* et *invictus* in Mstis commutent. V. ad 10, 36, 3. *invitos in aciem traxit* praefert Lovel. 4. Male. *extrahere in aciem*, nempe ex castris vel urbibus suis, quibus antea latitantes in aequum prodire nolebant. Infra 26, 13, 1. *Circa domos eorum ituros se, et in publicum omnes vi extracturos esse.* Hujus generis alia v. ad 3, 4, 5. Paullo ante *et* ante vocem *populando* deerat in Fragm. Hav.

§. 12. *Et ita proelio uno accidit Vestinorum res*] Prima vocula deest in Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *abscidit* Voss. 1. in margine, Leid. 2. et Lovel. 1. *occidit* Voss. 2. et Lovel. 3. *excidit* Hearnii Oxon. N. *cecidit* Lovel. 4. Similiter fere in hac voce lapsi erant librarii 6, 5, 2. ubi monui, de locutione *accisae res* videnda esse, quae supra notantur ad 3, 10, 8.

Haudquaquam tamen incruento milite suo] *haudquamquam* Harlej. 1. ac Lovel. 1. et 3. V. supra h. cap. ad §. 3. Deinde *tā*, sive *tam*, pro *tamen*, Leid. 2. V. ad 22, 59, 13. *tum* Gaertn. V. ad 22, 17, 5. *tantum* Harlej. 2. V. ad 3, 46, 1. Sed *tamen* deficit in edd. Rom. anni 1472. et Parm. Insuper *ingruente milite suo* Leid. 2. Lovel. 1. et Klock. *moriente milite suo* Harlej. 2. *incruento milite suo* Ro. Haverk. Mox *non castra solum refugerent*, pro *non in castra*, Leid. 2.

Sed jam ne vallo quidem ac fossis freti] *sed etiam* Voss. 2. et Lovel. 3. *Tò sed* inperite per *t* scriptum fuit *set*. Ex ejus autem ultimis literis male repetitae sunt priores in sequenti *etiam*; quemadmodum contra *et* intercipi etiam solet a praecedenti *sed*, vel *set*. V. ad 2, 30, 6. Licet tamen et alibi *jam* et *etiam* inter se commutentur, ubi eadem erroris ratio reddi nequit. V. ad 5, 7, 2. Deinde mox *descensuri*, pro *defensuri*, Harlej. 2. V. ad 39, 24, 9.

§. 13. *Postremo oppida quoque vi obpugnare adortus*] *Postremo quoque oppida* Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *expugnare* Voss. 2. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Florent. Harlej. 2. Gaertn. Klock. Fragm. Hav. Hearnii Oxonienses, et edd. omnes praeter illas, quas Sigon.

vi expugnare adortus, primo Cutinam ingenti ardore militum aut vulnerum ira, quod haud fere quisquam integer proelio excesserat, scalis cepit: dein-
14 de Cingiliam. utriusque urbis praedam militibus, quod eos neque portae, neque muri hostium arcuerant, concessit.

et Cl. Jac. Gronov. curarunt. Ea verba alibi saepe in Mstis commutari, infra videbimus ad 21, 57, 6. hic tamen *expugnare*, optimorum codd. auctoritate defensum, satis fero, quod propterea etiam revocavi. Denique *adorsus* Haverk. sollemni scribarum varietate. V. (* ad 43, 18, 7.) Pierium ad Maron. 6. Aen. 397. et N. Heins. ad Nason. 2. Trist. 92. atque ad 2. ex Ponto Ep. 2, 16. Similiter variant etiam codd. apud Curtium 3, 1. *Arcem vero obpugnare adortus, caduceatorem praemisit.* 9, 4. *Alteram deinde urbem expugnare adortus, multos Macedonum amisit.* Notat autem Donat. ad Ter. Ad. 3, 3, 50. *Adgredimur de longinquo; Adorimur de insidiis et ex proximo. Nam adoriri est quasi ad aliquem oriri, id est, exsurgere.*

Cutinam ingenti ardore militum aut vulnerum ira] *Cathenam* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. et Portug. *Catenam* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 2. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. B. N. ac C. *Cutenam* Harlej. 1. Dubitat autem Cluverius 2. Ital. Ant. 12. p. 752. an non *Aufinam* legendum sit. Deinde *militum ardore* Lovel. 3. Tum *ac vulnerum ira* Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. N. ac C. *haud ac vulnerum ira* Harlej. 2. Mox *excesserit* Portug. a m. 1. *excessit* a m. 2.

Deinde Cingiliam] *Cingulam* Harlej. 2. *Cingilliam* Leid. 2. et Lovel. 1. *Cingilam* Haverk. *Catigiliam* Lovel. 3. Oppidi hujus nomen alibi non obcurrere, testis est Cluverius l. l. ideoque dubium esse, an satis sit integrum ac sine menda.

§. 14. *Quod eos neque portae, neque muri hostium arcuerant*] *arcuissent* Lovel. 2. *arguerent* Klock. *arguerant* Florent. Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 2. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav. V. ad 6, 25, 6. *neque portis neque muris hostium arguerant* Gaertn. Insuper *nec muri hostium* Florent. et Harlej. 1. V. infra ad 9, 9, 14.

§. 1. *Cujus rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est*] Pall. tres *gestum esset.* GEBH. Ita et Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Deinde *rei initium* Lovel. 4. Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. Tum *in belli cũctũ* Gaertn. cujus erroris similitudo literarum *c* et *e* in scriptura Longobardica caussa et origo exstitit. V. ad 39, 35, 8.

In rabiem atque iras imperatorum vertitur] Hic quoque, sicut saepe alias, seu scriba, seu castigator *vertit* depravavit in *vertitur.* GELEN. *vertit* servant omnes, quibus usus sum, codd. Alibi saepe Livium ita loqui solitum fuisse, supra vidimus ad 2, 62, 2. Praeterea *in rabiem atque in iras* Gaertn. quod Livio familiare est. V. ad 6, 28, 6. Huic tamen uni codici fidem habere, ejusque

XXX. In Samnium incertis itum auspiciis est: cujus rei vitium non in belli eventum, quod prospere gestum est, sed in rabiem atque iras imperatorum vertit. namque Papirius dictator, a pullario monitus, quum ad auspicium repetendum Romam proficisceretur, magistro equitum denuncia-

1 (margin, first line) · 2 (margin, at "a pul-")

auctoritate vulgatum mutare, temerarium videtur. *in rabiem atque iram* Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Notant quidem viri docti ad Virg. 1. Aen. 11. *iras* plurali numero signanter dici, cum sermo est de Diis; similiter tamen etiam usurpatur de hominibus. Infra 29, 22, 8. *Jam senescente invidia molliebantur irae.* Ita enim Gronov. contra Rhenanum, qui *molliebatur ira* substituerat, ex Mstis legendum docuit. V. quae ibi notantur.

§. 2. *Quum ad auspicium petendum Romam proficisceretur*] Pro *petendum*, *repetendum* legi debet. GELEN. Andreae editio *ad auspicium petendum.* Sed male. Infra paullo c. 32. *Itemque illud interrogo, quum me incertis auspiciis profectum ab domo scirem, utrum mihi, turbatis religionibus, respublica in discrimen committenda fuerit, an auspicia repetenda, ne quid dubiis Diis agerem?* Pejus Pal. sec. *ad auspicium capiendum.* GEBH. Idem habet Valer. 3, 2, 9. ubi eandem narrat historiam, et 2, 2. [aliis 7. ex. 4.] de Cotta. Servius Fuldensis in 2. Aen. [178.] docte hunc morem enarrat. *Sed hoc*, inquit, *servatum a ducibus Romanis, donec ab his in Italia pugnatum est, propter vicinitatem. Postquam vero imperium longius prolatum est, ne dux ab exercitu diutius abesset, si Romam ad renovanda auspicia de longinquo revertisset, constitutum, ut unus locus de captivo agro Romanus fieret in ea provincia, in qua bellabatur, in quem, si renovari opus esset auspicia, dux rediret. Repetere auspicia* dixit Livius l. 9, 39. et l. 10, 3. Cicero post reditum ad Quir. H. VALES. Livius fere aliter loquitur, quam Servius l. l. nam duces bellorum *auspicia repetere* dicit hoc lib. c. 32, 4. aliisque locis, ut et iis, quae hic habet Valesius, nec non Valer. Max. apud eumdem: interreges autem *renovare auspicia* 5, 31, 7. 6, 5, 6. adde l. 8, 17. et, quantum nunc memini, semel *repetere* 5, 17, 3. Inter haec multum interfuisse, ex ipso Livio cognosci potest, quod nunc pluribus exsequi non lubet. DUK. Supra vidimus ad 5, 52, 9. *renovare* et *repetere auspicia* interdum eodem sensu usurpari. Plerumque tamen *renovantur auspicia* a novis magistratibus; *repetuntur* ab iisdem magistratibus. Locutio haec etiam infra obcurrit 23, 19, 3. *Dictatore auspiciorum repetendorum caussa profecto Romam.* et c. 36, 10. *Occupatus primo auspiciis repetendis, dein prodigiis.* Ceterum *ad hospitium repetendum* Leid. 1. V. ad 21, 2, 5. *ad auspicium capiendum* Portug. et Haverk. quod in Palat. 2. inventum recte Gebhardo displicuit. Tum *proficiscerentur* Portug. a m. 1. et Haverk. Paullo ante *munitus*, pro *monitus*, Florent. *moratus* Lovel. 4. a m. 1.

Denunciavit, ut sese loco teneret, neu absente se] *renunciavit* Klock.

vit, ut sese loco teneret, neu, absente se, cum ho-
3 ste manum consereret. Fabius quum post profectionem dictatoris per exploratores comperisset, perinde omnia soluta apud hostes, ac si nemo Ro-
4 manus in Samnio esset; seu ferox adolescens indignitate accensus, quod omnia in dictatore viderentur reposita esse; seu occasione bene gerendae rei inductus; exercitu instructo paratoque profectus ad Imbri-

V. ad 22, 49, 3. *denunciaverit* Gaertner. V. ad Liv. 40, 14, 11. Deinde *sepe loco teneret* Lovel. 1. a m. 1. *loco sese teneret* Portug. et Haverk. Tum *neve se absente* iidem Haverk. et Portug. (* v. ad 34, 35, 9.)

§. 3. *Omnia soluta apud hostes, ac si nemo Romanus in Samnio esset*] *omnia soluta apud hostes esse*, reliquis omissis, Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. Error inde natus videtur, quod librarii illi inciderint in codd. praeferentes *apud hostes esse, ac si nemo* etc. (quomodo reperi in Lovel. 2. et Harlej. utroque) et *esse* atque *esset* vicinis locis repetita fraudi illis exstiterint. Illud *esse* alio loco interserit Gaertn. qui legit *omnia soluta esse apud hostes, ac si nemo* etc.

§. 4. *Exercitu instructo paratoque profectus ad Imbrinium*] Hermol. Barbarus in 3, [12.] Plinii meminit hujus loci, idque etiam *Simprivium* dictum scribit. Unde Tacitus [14. Ann. 22.] *ad stagna Simprivina*. Et Silius [8, 370.] *gelidoque rigantur Simprivio*. Et iterum Tacit. [11. Ann. 13.] *Fontes sub Imbrivinis collibus deductos urbi intulit*. SIG. Manci sunt hoc loco Pall. duo meliores. At sec. *ad Umbriam*. Hermolaus Barbarus *ad Imbrivium* legendum esse existimavit; quo videtur acquiescere Sigonius. Camp. edidit *ae Imbrium*. GEBH. *Inbrinium* Florent. *Umbrinium* Lovel. 1. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. *Umbrinum* Leid. 2. *Umbrium* Harlej. 2. et Portug. *urbium* Haverk. *Cimbrinium* Oxonienses Hearnii B. et N. in cujus posterioris margine, ut et in C. se *Imbrivium* reperisse testatus est. quomodo Lipsius etiam ad Taciti 11. Ann. 13. in melioribus Livii codd. hoc loco legi, testatur; in quo forte Hermol. Barbarum secutus est. Postea Abrah. Ortelius in Thes. Geogr. h. voce monuit, Livii *Imbrinium* a Taciti ac Silii *Simbruino* longe diversum esse. Et quidem Cluver. 2. Ital. ant. 10. p. 714. docuit, *Imbrinium* esse in Samnio, *colles* autem *Simbruinos* in Latio ad Anienem. Eodem loco promiserat quidem, se de *Imbrinio* inferius in Samnio acturum, sed tamen id non praestitit. Neque Cellar. etiam in Geogr. antiqua ullam *Imbrinii* mentionem fecit. Quod autem Gebhardus duos meliores Pall. hic mancos dicat, ita intelligendum videtur, in iis non legi voces *profectus ad Imbrinium*, quae etiam desunt in Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. Solam vocem *profectus* negligunt Harlej. 2. Portug. et Haverk. quemadmodum praepositionem *ad* Gaertn.

Imbrinium, (ita vocant locum) acie cum Samniti-
bus conflixit. ea fortuna pugnae fuit, ut nihil reli- 5
ctum sit, quo, si adfuiſſet dictator, res melius ge-
ri potuerit: non dux militi, non miles duci defuit.
Eques etiam, auctore L. Cominio tribuno militum, 6
qui aliquoties inpetu capto perrumpere non poterat
hoſtium agmen, detraxit frenos equis; atque ita
concitatos calcaribus permisit, ut suſtinere eos nul-
la vis poſſet. per arma, per viros late ſtragem de-

Praeterea *exercitu inſtructo parato profectus*, sine vocula connectente *que*, legit Fragm. Hav. *exercitu inſtructo ac parato* Lovel. 4. In nupera autem Clerici editione vocabula *exercitu inſtructo paratoque* minore diſtinctione a sequenti *profectus* separantur, quasi absolute accipienda forent. Sed rectius in aliis, sublata interpunctione, ei junguntur. Livius enim saepiſſime *proficisci exercitu*, pro *cum exercitu*, dicere amavit. V. ad 22, 9, 5. Mox in verbis sequentibus *ita vacant locum*, pro *vocant*, Leid. 1. V. ad 5, 8, 2. *ita vacante locum* Lovel. 4. *in vacuum locum* Lovel. 2. Supra vero *adulescens* scribebatur in Florent. V. ad 6, 34, 11. Ex omnibus autem vocibus *seu ferox adolescens* etc. *reposita eſſe* in Gaertn. sola exſtat dictio *reposita*: reliquae culpa librarii deficiunt.

§. 5. *Ea fortuna pugnae fuit, ut nihil relictum sit*] *eâ fortunâ pugna fuit* Lovel. 3. Tum *ut nihil pugnae relictum sit* Leid. 2. et Lovel. 1. Sed vox *pugnae* menti librariorum haec scribentium ex verbis praecedentibus male adhuc obversabatur. Tò *sit* non adparet in Voſſ. 2. et Lovel. 3.

Quo, si adfuiſſet dictator, res melius geri potuerit] *quod si adfuiſſet* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Haverk. et edit. Parm. sed frequenter hae voces a librariis commutantur. V. ad 36, 33, 3. *quoad si adfuiſſet dictator* Harlej. 2. Tum vox *res* exsulat a Portug. et Haverk. Denique, interposita perperam negatione, *geri non potuerit* Leid. 2. Mox alio ordine *non duci miles* vetuſtiores typis descripti, invitis codd.

§. 6. *Auctore L. Cominio tribuno militum*] Praenomen omisit Haverk. vocem *militum* antiquiores excusi, quam primae exhibent Parm. tum Aldina, et inde fere reliquae. Paullo ante *Et eques etiam* eſt in Lovel. 1.

Perrumpere non poterat hoſtium agmen, detraxit frenos equis] *prorumpere* Portug. V. ad 4, 39, 4. Tum *hoſtium agrā* Lovel. 3. Hinc *extraxit* Fragm. Hav. Supra 4, 33, 7. *Frenos ut detrahant equis, imperat.* Vox *equis* deerat in Flor. a m. 1. ac poſtea demum adscripta fuit. Mox *comitatos*, pro *concitatos*, Leid. 2. V. ad c. 27, 9. Tum *late* non adparet in Lovel. 4.

§. 7. *Viginti millia hoſtium caesa eo die traduntur. Auctores habeo, bis cum hoſte signa conlata* etc.] Aliter haec diſtincta videas

7 dere. Secutus pedes inpetum equitum, turbatis hostibus intulit signa. Viginti millia hostium caesa eo die traduntur. Auctores habeo, bis cum hoste signa conlata, dictatore absente, bis rem egregie gestam. Apud antiquissimos scriptores una haec pugna invenitur: in quibusdam annalibus tota res

atque concepta in Pall. duobus, hoc nimirum modo: *Viginti millia hostium caesa eo die tradunt auctores, ab eo bis cum hoste signa collata, dictatore absente, bis rem egregie gestam.* GEBH. Eamdem lectionem servant etiam Voss. 2. Lovel. 3. et Haverk. 2. [?] Attamen a vulgato non recedendum arbitror: *tradunt* primo datum est, pro *traduntur*, sollemni scribarum errore. V. ad lib. 10, 10, 2. Deinde, pro *habeo*, primo scriptum est, omissa adspiratione, *abeo*. V. ad 22, 59, 19. ex *abeo* postea factae sunt duae voces *ab eo*, ut sensui consuleretur. Mox vocabulum *rem* omittitur in Haverk.

§. 8. *Multis potitus spoliis*] *petitus* Florent. Eodem errore Valeriorum cognomen *Potitus* quum in eodem Florent. tum in aliis codd. in *Petitus* corrumpitur. V. ad 4, 49, 7. c. 53, 1. c. 58, 6. et alibi. *multis potitis spoliis* Fragm. Hav. *Potitus* interdum passive usurpari, Voss. docuit 5. Gramm. 6. Hic tamen nihil mutandum esse, reliqui codd. vulgatum defendentes docent.

Congesta in ingentem acervum hostilia arma subdito igne concremavit] Pall. duo legunt *cremavit*. GEBH. Similiter etiam Voss. 2. et Lovel. 3. Non sequor. Supra 3, 53, 5. *Vivosque igni concrematuros minabantur.* ubi plura vide. Praeterea *conjecta in ingentem acervum* Fragm. Hav. quomodo alibi etiam librarios variasse, supra vidimus ad 3, 38, 7. *congesta ingentem acervum* Florent. omissa praepositione, quam elisit vocis sequentis syllaba initialis. V. ad 5, 47, 1. Deinde *subito igne* Gaertn. Ovid. 4. Fast. 856.

Ultima plorato subdita flamma rogo.

Metaphorice paullo inferius c. 32, 16. *Irritatis militum animis subdere ignem, ac materiam seditioni.*

§. 9. *Seu votum id Deorum cuipiam fuit*] *eorum cuipiam* Florent. quomodo etiam codd. variant infra 10, 6, 10. Sed primam literam vocis *Deorum* intercepit ultima praecedentis, ut innumeris locis factum in Mstis. V. ad 2, 44, 6. quamvis ceteroquin, etiam ubi ea ratio dari nequit, similiter errarint librarii. V. ad 29, 11, 6. Contrario errore *Deos*, pro *eos*, datum erat in uno cod. infra 10, 40, 4.

Seu credere libet Fabio auctore factum] Vet. lib. *seu, si credere libet, Fabio* etc. SIG. Crepat hic suum veterem cod. Sigonius, ex quo producit, *seu, si credere libet, Fabio.* quod nullibi reperi. Pall. pr. ac tert. et Andreae ed. *seu credere libet Fabio auctori, eo factum.* sec. autem *seu (credere libet) Fabio auctore eo factum.* Denique Camp. *seu, ut credere libet Fabio auctori, eo factum.* Quae sit vera lectio, ingeniosus lector fa-

praetermissa est. Magister equitum, ut ex tanta caede, multis potitus spoliis, congesta in ingentem acervum hostilia arma subdito igne concremavit: seu 8 9 votum id Deorum cuipiam fuit; seu credere libet Fabio auctori, eo factum, ne suae gloriae fructum dictator caperet, nomenque ibi scriberet, aut spo-

cile ipse decernet. GEBH. Sigonius ex suo, *seu, si credere libet.* Ignorant nostri, et nullius pretii est. Gravius hic ulcus curandum. MSS. et primae edd. *seu credere libet Fabio auctori, eo factum.* id est, vel scriptori, vel censenti aut edenti. Nec Fabius intelligitur equitum magister, sed Pictor, scriptor antiquus rerum Romanarum, saepe nostro memoratus. 1, [55, 8.] *Eo magis Fabio, praeterquam quod antiquior est, crediderim, quadringenta ea sola talenta fuisse.* Idem, ne quid dissimulem, notaverat ex Fulvii codice Claudius Puteanus. J. FR. GRON. *seu credere libet Fabio auctori, eo factum* non tantum praeferunt omnes mei et Oxonienses Hearnii, verum etiam quidquid est librorum typis descriptorum usque ad Froben. qui anno 1531. subposuit *seu credere libet Fabio auctore factum,* Sigonii notis praescriptum, quod servant omnes ad Gronovium usque editiones, excepto Sigonio, qui in contextum recepit *seu credere libet, Fabio auctore eo factum,* quamvis aliud in scholiis ipsi placeat. Veriorem lectionem esse, quam Gronovius reduxit, nullus dubito. Cum eodem etiam *Fabio auctori* exponendum puto Fabio scriptori, vel Fabio narranti. Ita *auctor* pro eo, qui aliquid narrat, infra est 10, 26, 10. *Deletam quoque ibi legionem, quidam auctores sunt.* hoc lib. c. 18, 2. *Illud pervelim (nec omnes auctores sunt) proditum falso esse.* Ovid. Ep. 14. Her. 110.

Ultima quid referam, quorum mihi cana senectus
Auctor?

V. etiam Gronov. ad Liv. 21, 38, 3. Utrum vero *auctor* pro scriptore Latine dicatur, dubitat Harduin. ad Plinii praefat. p. 3. ed. ult. idem negabat Manut. ad Cic. 1. ad fam. Ep. 1. Contra id vindicarunt Voss. l. 8. de vitiis Serm. in voce *auctor*, et Vorst. de Latin. mer. susp. c. 25. quorum etiam sententia verior esse videtur. Ita supra 6, 12, 2. *Quod mihi percensenti propiores temporibus harum rerum auctores miraculo fuit.* Et eodem cap. §. 6. *Ingens certe (quod inter omnes auctores convenit) Volscorum exercitus fuit.* c. 20, 4. *Quae pertinentia proprie ad regni crimen ab accusatoribus objecta sint reo, apud neminem auctorem invenio.* Praeterea *eo* hic est pro ideo. V. ad 5, 16, 3. Ceterum *credere Fabio libet auctori, eo factum* Lovel. 4.

Nomenque ibi scriberet] Freinsh. ad Flori 3, 2, 6. de tropaeo intelligendum putat, cui victorem nomen suum inscribere moris erat. At Cel. Dukerus ad eumdem locum docet, Livium accipiendum esse de spoliis post triumphum in templis Deorum cum sollemni inscriptione fixis. Ceterum *sibi scriberet* Lovel. 2. 3. Portug. Gaertn. et Haverk. V. ad 1, 55, 5.

Aut spolia in triumphum ferret] Vet. lib. *in triumpho.* SIG. *in tri-*

10 lia in triumpho ferret. Literae quoque de re prospere gesta ad senatum, non ad dictatorem, missae, argumentum fuere minime cum eo communicantis laudes. Ita certe dictator id factum accepit, ut, laetis aliis victoria parta, prae se ferret iram tri-
11 stitiamque. Misso itaque repente senatu, se ex curia proripuit: tum vero, non Samnitium magis legiones, quam majestatem dictatoriam et disciplinam militarem, a magistro equitum victam et eversam dictitans, si illi inpune spretum imperium fuisset.

umpho non tantum omnes scripti, sed etiam quotquot vidi editiones, ut nesciam, quid Sigonio occasionem huic scholio dedisse potuerit. Nisi forte *in triumpho* scholio praescribi debuerit, et deinde indicare voluerit se in vet. lib. *in triumphum* invenisse; quae lectio commode hoc sensu accipi posset, *ferret*, id est, acciperet, *spolia in triumphum*, id est, in tempus triumphi; ut *in* ponatur eo sensu, quo inlustravit Gronov. infra 34, 6, 6. Sed scriptos sequi praestat. Praeterea *aut ne spolia* Portug. in marg. a m. 2. At reliqui illud *ne* ignorant.

§. 10. *Literae quoque de re prospere gesta*] *de ea re* Lovel. 2. Tum *bene gesta* Lovel. 4.

Argumentum fuere minime cum eo communicantis laudem] Pall. tres et Camp. recensio *communicantis laudes*. GEBH. *argumentum minime fuere* Klock. Deinde *cum eo communicandas laudem* Voss. 1. *cum eo communicandas laudes* Leid. 2. Lovel. 1. 2. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. C. *cum eo communicatas laudes* Harlej. 2. *cum eo communicantis laudes* Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Harlej. 1. Portug. et Haverk. quomodo etiam Hearnius in suis L. 2. et B. se invenisse testatus est. Eos sequi aequum visum. Mox *lectis*, pro *laetis*, Klock. V. ad 10, 21, 6.

§. 11. *Missoque repente senatu*] Legi debet *Misso itaque repente senatu*. GELEN. Non aliter legunt omnes, quibus usus sum, codices. Alibi ita variant librarii. V. ad 21, 53, 7.

Se ex curia proripuit] *sese repente ex curia* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed illud *repente* modo praecessit. *proripuerit* Gaertn. V. ad 40, 14, 11. *prorupit* Portug. et Haverk. quomodo etiam Gebhardus se in Pal. sec. reperisse supra testatus est c. 6, 2. Sed v. quae ibi notavi. Idem enim et huic loco convenit.

Tum vero non Samnitium magis legiones] *cum vero non Samnitium magis* Voss. 1. Leid. 1. et Lovel. 1. *cum vero non in Samnitium magis* Gaertn. *cum vero in Samnitium magis* Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. *cum magis in Samnitium* Voss. 2. *cum non Samnitium magis* Lovel. 1. *tum non Samnitium magis* Leid. 2. *tum non vi Samnitium magis* Lovel. 2. *enimvero non Samnitium* Harlej. 2. Portug. et Haverk. Illi tamen *enimvero* hic locus non esse videtur.

Itaque plenus minarum iraeque, profectus in ca- 12
stra, quum maximis itineribus isset, non tamen prae-
venire famam adventus sui potuit. Praecucurre- 13
rant enim ab urbe, qui nunciarent, dictatorem a-
vidum poenae venire, alternis pene verbis T. Man-
lii factum laudantem.

XXXI. Fabius, concione extemplo advocata, 1
obtestatus milites est, *ut, qua virtute rempublicam ab infestissimis hostibus defendissent, eadem se, cujus ductu auspicioque vicissent, ab inpotenti crudelitate dictato-*

A magistro equitum victam et eversam dictitans] *ab magistro* Portug. Gaertn. et Haverk. Tum *et versam* Portug. et Haverk. Denique *dicitans* Leid. 2. et Lovel. 1. V. cap. seq. §. 3. Mox alio ordine *si illi imperium spretum inpune fuisset* Portug.

§. 12. *Plenus minarum iraeque profectus in castra*] *plenius* Voss. 1. et Lovel. 1. Tum *minarum iraque profectus* Voss. 2. et Fragm. Hav. *minarum neque profectus* Gaertn. *minarum ire profectus* Haverk. Mox *iisset* Gaertn. V. ad 28, 38, 3. Deinde trajectis vocibus *famam sui adventus* Lovel. 4.

§. 13. *Praecurrerant enim ab urbe*] E Pall. duobus lege *praecucurrerant*. GEBH. Ita et legunt Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. 2. 4. Harlej. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. Infra 40, 7, 7. *Praecucurrit index ad Persea.* Ubi v. quae notantur; sed in primis, quae supra dicta sunt ad 1, 12, 8. Eamdem hanc lectionem J. Fr. Gronovius jam in contextum recepit. *praecurrerunt* est in Klock. *praevenerunt* in Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Praeterea *ad urbem* perperam est in Voss. 2. et Lovel. 3.

Alternis pene verbis T. Manlii facta laudantem] Vet. lib. *factum*. Probo. Severitatem enim in ejus filium, qui injussu imperatoris pugnaverat, intelligit. SIG. *factum* etiam omnes mei. Praeterea *alterius* Voss. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. 2. et Haverk. V. ad 4, 53, 11. *pene* exsulat a Leid. 2. et Lov. 3.

§. 1. *Concione extemplo advocata, obtestatus milites est*] *extemplo concione advocata* Fragm. Hav. et edd. ante Frobenianam anni 1535. *concione advocata, extemplo* Lovel. 4. Deinde τὸ *est* non comparet in Fragm. Hav. Deest etiam in Hearnii Oxon. L. 1. Sed is insuper praefert *obtestatur*. Mox *ab infestissimis hostium* Gaertn. *ab infestissimis hostium armis* Lovel. 4.

Cujus ductu auspicioque vicissent] Magistri equitum non suis, sed semper alienis, hoc est, dictatorum suorum auspiciis pugnarunt. Qua etiam de caussa nulli umquam reperiuntur magistri equitum vel soli vel cum dictatoribus triumphasse, quamvis consul et praetor ex eodem proelio in fastis triumphalibus triumphum egisse legantur; quoniam uterque ille magistratus suis auspiciis ad bellum gerendum proficiscebatur: magister equitum vero dictatoris auspiciis et imperio suberat. Hic

2 *ris tutarentur. Venire amentem invidia, iratum virtuti alienae felicitatique, furere, quod, se absente, res publica egregie gesta esset: malle, si mutare fortunam posset, apud Samnites, quam Romanos, victoriam esse.*
3 *Imperium dictitare spretum, tamquam non eadem mente*

tamen Fabius magister equitum sibi vindicat, ut et mox pater ejus apud populum, ad quem a dictatore erat provocatum, intercedens c. 33, 22. *Quo id animo exercitum, qui ejus ductu auspiciisque vicisset, laturum?* Verum in ejusmodi orationibus minus accurate loqui scriptores, et plerumque dignitatem illustrium virorum amplioribus et honestioribus vocabulis plus justo extollere atque augere, nemo est, qui ignoret. JAC. PERIZON. Animadv. hist. c. 7. p. 262. Mox *ab inpotente crudelitate* est in Portug. et Haverk.

§. 2. *Venire amentem invidia, iratum virtuti alienae felicitatique*] *amentem, invidum, iratum justitiae alienae* Lovel. 4. *amentem, invidiaque iratum virtuti alienae* Lovel. 2. et Haverk.

Furere, quod se absente respublica egregie gesta esset] Vet. lib. *res egregie*, ut ante [2, 64, 5.] Sic paullo post [c. 32, 5.] *Ad rem gerendam*. SIG. Quidquid pertendat Sigonius, oggerunt constanter Pall. tres vetustissimaeque editiones *respublica egregie gesta*. Mox hoc cap. *Republica bene gesta*. GEBH. Hic perperam auscultatum Sigonio, qui mutavit omnium scriptorum et vett. editorum *quod se absente respublica egregie gesta esset*. Saepe ita loquuntur optimi quique de illis, qui quamcunque partem ad summam rerum pertinentem administrant. Sallustius Jug. [100.] *Nisi tamen republica pariter ac saevissimo imperio bene ac decore gesta.* Caesar ad milites 1. Civil. [7.] *Hortatur, cujus imperatoris ductu novem annis rempublicam gessissent.* Noster 3, [19, 11.] *Tum hercle illo die, quo ego consul creatus sum, male gesta respublica est.* Possem dare exempla innumera, ex his et Cicerone, Seneca, Tacito, quo non? Neque aliter legendum 2, 64, 5. *Et in Volscis respublica egregie gesta, tum ducis tum militis opera.* Sic meliores etiam scripti: ubi adest item cum ferro Sigonius. Et 28, 9, 4. *Ut quemadmodum uno animo rempublicam gessissent, ita quamquam ex diversis regionibus convenirent.* Sic enim MSS. non tantum *rem gessissent*. Cur autem reliquit statim infra Sigonius? *devictis hostibus, republica bene gesta*. J. FR. GRON. Sigonio ex meis tantum consentiunt Leid. 2. Lovel. 1. et Portug. ex Hearnii vero Oxoniensibus solus B. Quare recte Gronovium vulgatam lectionem adversus vet. ejus lib. defendisse censeo. Voces enim *res* et *resp.* id est *respublica*, saepe in Mstis commutari solent. V. ad 3, 12, 4. 4, 43, 7. c. 60, 2. 5, 12, 13. hoc lib. c. 8, 2. 33, 45, 4. (*34, 34, 9. 39, 50, 6. 27, 40, 3.) *gerere* autem vel *administrare rempublicam* etiam de duce bellum gerente dici, supra vidimus ad 2, 64, 5. Ceterum *finire* pro *furere* Gaertn. a m. 1. *fuere* Haverk. et ed. Parm. V. ad 4, 44, 3. et mox hoc cap. ad §. 4. Deinde *gesta egregie esset* alio ordine edd. ante Frobenianam anni 1535.

Si mutare fortunam posset, apud

pugnari vetuerit, qua pugnatum doleat: et tunc invidia inpedire virtutem alienam voluisse, cupidissimisque arma ablaturum fuisse militibus, ne, se absente, moveri possent: et nunc id furere, id aegre pati, quod sine L. 4 *Papirio, non inermes, non manci milites fuerint, quod*

Samnites, quam Romanos, victoriam esse] *fortunam mutare* trajectis dictionibus Lovel. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Tum *possit* Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harlej. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Deinde *apud Samnites, quam apud Romanos* Lovel. 4. V. ad 6, 28, 6. Verum uni huic codici plus fidei habere, quam reliquis omnibus, audacius puto. Denique *victores esse* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *victoria esset* Leid. 1. et Harlej. 1.

§. 3. *Imperium dictitare spretum*] Praeter Campani editionem omnes libri desciscunt a vera hac lectione. Quippe Pall. pr. ac tert. *Dolere imperium dictaturae spretum.* sec. autem editioque Andreae *Imperium dictaturae spretum.* GEBH. *Imperium dictaturae spretum* Lovel. 2. et Harlej. 2. cum quibusdam ex edd. vett. Et ita erat etiam in Portug. a m. 1. pro quo in margine postea emendatum est *Imperium dictaturae spretum dolere.* Sed *Dolere imperium dictaturae spretum* Lovel. 3. Gaertner. Haverk. et Fragm. Hav. Gronov. quum similem lectionem ex duobus codd. Pall. priori ed. notarum protraxisset, eam considerandam putavit: quod recte iteratis curis omisit. *imperium dicitare spretum* Leid. 2. *Dictitare* Livio frequens est. Supra cap. praec. §. 11. *Disciplinam militarem a magistro equitum victam et eversam dictitans.* ubi etiam *dicitans* duo codd. 3, 20, 8. *Saepius Quinctius dictitabat, se consulum comitia non habiturum.* ubi alia vide. 6, 23, 4. *Elevando aetate auctoritatem collegae, juvenibus bella data dictitans.* Mox *quam pugnatum*, pro *qua*, Portug. et Haverk. V. infra ad 6, 35, 9.

Cupidissimisque arma ablaturum fuisse militibus, ne se absente] *cupidissimusque* Florent. et Harlej. 1. Sed ad vocem *cupidissimis* ex praecedenti intelligendum videtur *pugnandi.* Tum *militibus fuisse* Gaertn. *fuisse militibus fuisse* Lovel. 3. Τὸ *se* autem abest ab Haverk. *nec se absente* habet Harlej. 2.

§. 4. *Et nunc id furere, id aegre pati*] Pulcherrimam lectionem inquinat Pal. sec. *et nunc id aegre ferre, id aegre pati.* Paullo superius: *Venire amentem invidia, iratum virtuti alienae felicitatique, furere.* GEBH. Eadem lectio, quam recte rejicit Gebhard. mihi quoque obvia fuit in Harlej. 2. Portug. et Haverk. Cic. 8. ad fam. Ep. 14. *Nunc furit, tam gavisos homines suum dolorem, unumque me studiosiorem Antonii.* *id fuere* est in Gaertn. V. modo ad §. 2. idem cod. etiam praefert *id pati aegre.*

Non inermes, non manci milites fuerint] *non mancipi milites fuerint* Harlej. 1. Male. *mancus* est sine manu. Ita Mucium, qui manum foculo injectam adussit, *mancum* vocat Seneca Ep. 67. *Confessit bellum inermis ac mancus, et illa manu trunca reges duos vicit.* ubi *inermis ac mancus*, quemadmodum etiam hoc loco, junguntur. *sine armis sine manibus* id

se Q. Fabius magistrum equitum duxerit, ac non accensum dictatoris. Quid illum facturum fuisse, si, quod belli casus ferunt, Marsque communis, adversa pugna evenisset; qui sibi, devictis hostibus, re publica bene gesta, ita ut non ab illo unico duce melius geri potuerit, supplicium

exprimit eodem sensu Livius 7, 13, 6. *Exercitum tuum sine animis, sine armis, sine manibus judicas esse: et de nobis ita desperasti, ut te mancorum ac debilium ducem judicares esse.*

Quod se Q. Fabius magistrum equitum duxerit, ac non accensum dictatoris] Iterum foedant genuinam lectionem MSS. quippe duo *accensis.* sec. *assensu.* Omittunt autem omnes praenomen *Quintus.* GEBH. Praenomen Fabii deest in omnibus meis, nisi quod forte superfuerit in solo Flor. ex quo nihil variantis scripturae notatur; et quod vestigia ejus maneant, in Klock. qui praenominis loco obfert voculam *que.* Solent autem praenomen hoc et particula illa in Mstis commutari. V. infra ad 22, 31, 7. Insuper *Fabius magister equitum duxerit* Harlej. 2. Gaertn. et Haverk. *Fabium magistrum equitum dixerit* ed. Mediol. anni 1505. *dixerit* etiam Lovel. 2. et Fragm. Hav. [Veith.] millies in Mstis obvio errore. V. ad Liv. 38, 43, 1. Denique *ac non ab sensu dictatoris* Leid. 2. *ac non assensu dictatoris* Voss. 1. Lovel. 1. Harlej. 2. Port. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. [Veith.] Et ita erat in Voss. 2. a m. 2. quum *ac non accensis assensu dictatoris* a m. 1. fuisset. *ac non accessum dictatoris* Lovel. 2. *ac non acensis dictatoris* Lovel. 3. *ac non accensus dictatoris* Florent. Leid. 1. Lovel. 4. Harlej. 1. et Klock. Sed, quae vulgo exstat, genuinam lectionem esse, recte Gebhardo visum est.

§. 5. *Quod belli casus ferunt, Marsque communis, adversa pugna evenisset*] *quae belli casus ferunt* Lovel. 2. *quod belli caus̃ ferunt* Gaertn. sed *casus* et *causa*, id enim compendio illo indicari videtur, etiam alibi perperam commutantur. V. ad 37, 17, 7. *quod belli casus fert* Voss. 1. a m. 2. Leid. 2. et Lov. 1. *quid belli casus fertur* Voss. 2. et Harlej. 1. Hinc *adversa pugnae venisset*, indocte divisis literis, Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. *adversa pugna venissent* Lovel. 2. Mox *re bene gesta* Voss. 2. Lovel. 2. 3. et Gaertn. Male. V. supra hoc cap. ad §. 2.

Supplicium magistro equitum et tunc victori minetur] Absunt ab tribus Pall. atque etiam ed. Camp. *et tunc victori.* GEBH. Verba *et tunc victori* a tribus Pall. Thuan. utroque Voss. Fulviano et Cujaciano codd. absunt: et sane superflua esse revincunt antecedentia. Quare cancellare ea pudori non habui. J. FR. GRON. Quae codd. auctoritate Gronovius delevit, absunt etiam a meis omnibus, ut et Hearnii Oxoniensibus: quae propterea etiam recte expuncta esse arbitror. In primis vero edd. ex verbis, quae §. 7. sequuntur, huc inlata videntur: ut autem ita sentiam, efficiunt codd. Florent. et Klock. qui pluscula inde in hunc locum trajiciunt. In Flor. enim ita exhibetur: *supplicium magistro equitum tunc victorem velut in capto exercitu infestiorem quamquam tribunis militum* etc. in Klock. autem *supplicatio* (sed postea emen-

magistro equitum minetur? Neque illum magistro equitum infestiorem, quam tribunis militum, quam centurionibus, quam militibus esse. si possit, in omnes saeviturum fuisse: quia id nequeat, in unum saevire. Etiam invidiam, tamquam ignem, summa petere; in caput

6

7

datum est *supplicio*) *magistro equitum, tunc victorem velut in campo exercitu infestiorem quam tribunis militum* etc. quorum posterior eo loco verba huc translata omisit; Florent. vero eadem quidem omittit, sed eorum loco hic omissa *minetur, neque illum magistrum equitum* ibi expressit. Praeterea *minuetur* est in Harlej. 2. Sed ea vox omittitur in Haverk. qui in verbis praecedentibus etiam omisit particulam *ita*. Insuper *ab ullo unico duce*, pro *ab illo*, est in Lovel. 2. V. ad 25, 11, 3.

§. 6. *Neque illum magistro equitum infestiorem, quam tribunis militum, quam centurionibus, quam militibus esse*] *Nec illum magistro equitum infestiorem* Portug. et Haverk. *Neque illum magistrum equitum infest.* Leid. 1. *Neque illum magistro infestiorem* Lovel. 4. Deinde verba *quam tribunis militum* desunt in edd. ante Aldum. Contra duo sequentia in Voss. 2. tria ultima in Hearnii L. 1. Verum omnibus ita errantibus certissime fraudi fuit ter repetita vocula *quam*.

Si possit, in omnes saeviturum fuisse: quia id nequeat, in unum saevire] *si possint* Leid. 1. *si posset* Lovel. 2. Harlej. 1. Gaertn. et editi Aldo priores. Forte caussa extitit mutandi, quod mox sequatur *saeviturum fuisse*, cui *possit* minus convenire putabatur; quod et Cl. Jac. Perizon. permovisse videtur, ut *saeviturum esse* in margine Livii legendum conjecerit. Si *possit* et *saeviturum fuisse* ἀσύντακτα habenda sunt, ut statuisse videtur Voss. 5. Gramm. 16. cum Mstis malo *posset*. Ceterum sex postrema verba desunt in Leid. 2.

§. 7. *Etiam invidiam, tamquam ignem, summa petere*] Post voces *Etiam invidiam* in Leid. 1. haec interponuntur *Jussu dictatoris Papirii Q. Fabius per praeconem citatur, et ante tribunal assistens respondere in verba interrogantis jubetur*. Similia paucis mutatis leguntur eodem loco inserta in Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. 2. et C. quod glossema est marginale, ad caput sequens pertinens, unde perperam in contextum migravit, ut alibi non raro factum est. V. supra ad 7, 40, 4. Ut tamen glossa haec interjecta aliquo modo cum praecedentibus ac sequentibus cohaereat, alii alia commenti sunt. Nam *Et jam invidiam esse dictatoris Papirii Q. Fabius* praeferunt Lovel. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. *Et jam invidia ac jussu dictatoris Papirii Q. Fabius* Lovel. 4. *Et jam in judicium dictatoris Papirii Q. Fabius* ejusdem Hearnii L. 1. Praeterea, pro *tamquam ignem summa petere*, L. 1. *tum Fabius ignem suum ponere*. Neque dissentit C. nisi quod in eo desit *tum*. Mox *in ducemque incurrere* Harlej. 2. et Hearnii Oxon. L. 2. et C. *inducenti incurrere* Gaertn.

Simul cum gloria rei gestae] *simul gloria* Lovel. 3. *simul* hoc modo construi, docuit Cel. Burmann. ad Val. Flacci 4, 88. Ve-

consilii, in ducem incurrere. si se simul cum gloria rei gestae exstinxisset, tunc victorem, velut in capto exercitu dominantem, quidquid licuerit in magistro equitum,
8 *in militibus ausurum. Proinde adessent in sua caussa omnium libertati. Si consensum exercitus eumdem, qui in proelio fuerit, in tuenda victoria videat, et salutem unius omnibus curae esse; inclinaturum ad clementiorem*
9 *sententiam animum. Postremo se vitam fortunasque suas illorum fidei virtutique permittere.*

rum respicienda sunt, quae supra notavi ad 1, 31, 3. Nam et huic loco conveniunt.

Exstinxisset, tunc victorem, velut in capto exercitu dominantem] Quae codd. Florent. et Klock. lectio hoc loco fuerit, v. ad §. 5. *victorum* est in Leid. 1. et Lovel. 3. pro quo *vinctorum* dedit Voss. 2. eodem errore, quo *victus* et *vinctus* saepe commutari solent. V. ad 30, 12, 6. *cunctorum* Lovel. 4. *victore* Lovel. 2. qui etiam *campo*, pro *capto*, praefert. Mox *licuerit magistro equitum*, omissa praepositione, quam intercepit proximae vocis litera initialis. V. ad 37, 1, 2. Denique *hausurum*, pro *ausurum*, Haverk. eodem modo, quo *auxit* et *hausit* commutari solent. V. quae notavi ad Silii 9, 230. et varias lectiones Lucani 10, 62.

§. 8. *Inclinaturum ad clementiorem sententiam animum*] Pall. duo *ad mitiorem sententiam*. GEBH. Ita et Voss. 2. in contextu, et Lovel. 3. Gronov. etiam eamdem scripturam ex duobus Pall. in pr. edit. notarum protulit. Sed, quum reliqui vulgatum tueantur, lectionem illam ex interpretis glossa natam puto. *inclinatum* habet Lovel. 4. Praeterea paullo ante *esse* deerat in Lovel. 2.

§. 9. *Postremo se vitam fortunasque suas illorum fidei virtutique permittere*] Pall. iidem *se vitamque fortunasque suas suae fidei*. GEBH. Eadem scriptura obcurrit in Lovel. 3. *vitamque* etiam in Lovel. 4. Deinde *illorum fide virtutique* Leid. 1. et Fragm. Hav. more antiquo. V. ad 5, 13, 5. Insuper *committere* Harlej. 2. Quod ex interpretis glossa iterum receptum videtur. *Permittere* enim hic pro committere ponitur. V. supra ad 4, 49, 8. Terent. in Andr. 1, 5, 61.

Bona nostra haec tibi permitto, et tuae mando fidei.

ubi etiam alii codd. *committo*. Curtius 6, 7. *Caput suum permisisset fidei adhuc inexpertae*. 9, 9. *Flumini ignoto caput suum totque fortissimorum virorum salutem permittere*. Quinctil. Declam. 8, 5. *Hic est ille moriturus, hic quem permiseras medico*. ubi paullo ante praecessit: *quem tibi pariter medicoque commisi*. Ceterum omnia haec verba exsulabant a Voss. 2. et Leid. 2.

§. 1. *Clamor e tota concione ortus*] Codd. iterum duo Pall. et Andreae recensio *Clamor est tota c. o.* At Camp. nescio qua auctoritate, *Clamore tota concione orto, uti bonum animum haberet*. GEBH. Perperam junctis duabus vocibus *Clamore tota concione ortus* Por-

XXXII. Clamor e tota concione ortus, uti bo- 1
num animum haberet: neminem illi vim adlaturum,
salvis legionibus Romanis. Haud multo post dicta-
tor advenit: classicoque extemplo ad concionem ad-
vocavit. Tum, silentio facto, praeco Q. Fabium 2
magistrum equitum citavit. qui simul ex inferiore
loco ad tribunal accessit, tum dictator, *Quaero*, 3
inquit, *de te, Q. Fabi, quum summum imperium di-
ctatoris sit, pareantque ei consules, regia potestas, prae-*

tug. a m. 1. in quo, ultimam literam τοῦ *Clamore* delendam esse, adposito signo librarius indicavit. In similem autem cod. incidisse Camp. videtur, unde eam lectionem, quam in contextum recepit, ex conjectura formavit. *Clamorē tota contione ortus* Leid. 1. et Harlej. 1. *Clamor tota concione ortus* Lovel. 4. ut librarius in Portug. emendarat. *Clamor est tota concione ortus* Florent. Lovel. 2. 3. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *Clamor in tota concione ortus* Voss. 2. Harlej. 2. et Fragm. Hav. Mox *salvis legibus Romanis*, pro *legionibus*, Haverk. Eas voces nonnumquam in Mstis commutari, supra vidimus ad 6, 39, 7. Paullo ante *neminem illum inde ablaturum* Lovel. 2. ex *ul*, sive *vim*, factum est minima mutatione *iñ*, sive *inde*. V. supra ad 5, 20, 2. Hoc errore admisso, facile fuit ex vulgata scriptura eam formare, quae in hoc cod. exstat; praesertim quum *ablatus* et *adlatus* etiam saepe in Mstis commutentur. V. ad 3, 42, 6.

Classicoque extemplo ad concionem advocavit] Credo, imo persuasus sum, hanc esse legitimam Livii lectionem. Sed quare turbant Pal. sec. et Camp. editio? *extemplo concionem advocavit*. GEBH. Similiter turbant etiam Lovel. 2. 4. Portug. et Haverk. Sed recte Gebhardus vulgatum defendit. V. infra ad 26, 48, 13. Praeterea *classi qq*, pro *classicoque*, Leid. 1. Sed passim *c* et *qu* commutantur. V. ad 9, 2, 15. et mox h. cap. §. 3.

§. 2. *Praeco Q. Fabium magistrum equitum citavit*] Fabii praenomen Q. omittitur in Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harlej. 1. Gaertn. et Hearnii Oxon. C. Sed insuper *per praeconem Fabium magistrum equitum citavit* Harlej. 2. Fragm. Hav. et Hearnii L. 2. [Veith. nisi quod habeat Q.]

Ex inferiore loco ad tribunal accessit] *ex inferiori loco* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. *ex infero loco* Hearnii Oxon. L. 1. Mox *dictator inquit: quaero de te* Voss. 2. et Lov. 3. *dictator: Quaero de te, inquit* Fragm. Hav. *dictator: Quaero, inquit, ex te* Lovel. 2.

§. 3. *Pareantque ei consules, regia potestas*] Recte. quod pro rege duo consules creati sint iisdem insignibus et eadem fere potestate; praeterquam quod annua haec, illa perpetua erat: 2, [1, 7.] SIG. *pareatque ei consulum regia potestas* Portug. a m. 2. *parentque* est in Klock.

Praeterea, iisdem auspiciis, qui-

tores iisdem auspiciis, quibus consules, creati; aequum censeas, necne, magistrum equitum dicto audientem esse?
4 *Itemque illud interrogo, quum me incertis auspiciis profectum ab domo scirem, utrum mihi turbatis religionibus res publica in discrimen committenda fuerit, an au-*
5 *spicia repetenda, ne quid dubiis Diis agerem? Simul illud, quae dictatori religio inpedimento ad rem geren-*

bus consules, creati] *praetoresque* Lovel. 2. et Harlej. 2. cum edd. vett. usque ad Frobenium, qui anno 1535. copulam omisit. Deinde *quibus quos creati* Leid. 1. et Lovel. 3. Sed hic iterum *qu* pro *c*, atque ita *quos* pro *cos*, id est *consules*, librarii dederunt. V. supra hoc cap. §. 1. Ex eo, quod sensu carebat, *quibus vos creati* factum est in Lovel. 2. [Veith.] *quibus consules creati sunt* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 2. Portug. et Haverk. *quibus consules creati sint* Gaertn.

Aequum censeas, nec ne, magistrum equitum dicto audientem esse] MSS. *obaudientem*. Lego *aequum censeas, magistrum equitum ejus dicto obaudientem esse?* Cyprian. Pamelii Epist. 63. *Id nos obaudire et facere oportet, quod Christus fecit*. KLOCK. *magistrum equitum audientem esse* Portug. et Haverk. *magistrum equitum dictum obedientem esse* Fragm. Hav. *magistrum equitum dicto obedientem esse* Hearnii Oxon. C. Sed lectio illa ex interpretis expositione profluxit. V. infra ad 38, 46, 14. Klockii autem *obaudientem* Cypriano aliisque, ex quibus id viri docti laudarunt, non invideo, modo id invito Livio non obtrudatur. Insuper licet cum Msto *obaudientem* reciperetur, tamen ne sic quidem Klockii conjecturam probandam putarem. Ut enim *dicto audiens alicui esse*, ita etiam hic *magistrum equitum ei dicto obaudientem esse* legendum foret. V. infra ad 29, 20, 11.

§. 4. *Utrum mihi turbatis religionibus respublica in discrimen committenda*] *turbatis legionibus* Gaertner. V. ad 10, 40, 11. *religionibus turbatis* Fragm. Hav. Tum *in discrimen permittenda* Leid. 2. Verum *committere in discrimen* dictum est, ut *committere in casum ancipitis eventus*. V. ad 4, 27, 6. Paullo ante *Itemque inde interrogo* Fragm. Hav. Deinde *a domo* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Fragm. Hav. et Gaertn. in quo posteriore deest etiam pronomen *me*.

Ne quid dubiis Diis agerem] Pal. sec. *ageretur*. GEBH. Ita et Haverk. *agerem*, id est *ageremur*, Portug. *ne quid dubius agerem* Lovel. 2. *Diis dubiis* edd. ante Aldum. *dubiis Dis* Florent. et Klock. V. supra ad 5, 14, 4.

§. 5. *Quae dictatori religio inpedimento ad rem gerendam fuerit, num ea*] *quod dictatori religio* Voss. 2. et Lovel. 3. *quae dictatoris religio* Portug. et Haverk. Tum *fuerit* non adparet in Fragm. Hav. Deinde *non ea* Voss. 1. et Lovel. 1.

Si ego tacitus abissem, tamen tibi ad voluntatis interpretationem meae] *si tacitus ego abissem* Fragm. Hav. *si ego tacitus abiissem* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 4. Portug.

dam fuerit, num ea magister equitum solutus ac liber potuerit esse? Sed quid ego haec interrogo? quum, si ego tacitus abissem, tamen tibi ad voluntatis interpreta-
tionem meae dirigenda tua sententia fuerit. Quin tu 6
respondes, vetuerimne, te quidquam rei, me absente,
agere? vetuerimne, signa cum hostibus conferre? quo tu 7
imperio meo spreto, incertis auspiciis, turbatis religioni-

Gaertn. et Haverk. *si tacitus ego abiissem* Harlej. 2. V. ad 10, 36, 3. Deinde *ibi*, pro *tibi*, Fragm. Hav. quomodo etiam alibi in his vocibus commutandis lapsi sunt scribae librarii. V. N. Heins. ad Claud. 1. in Rufin. 208. Praeterea *ad interpretationem voluntatis meae* Lovel. 1. *ad interpretationem mentis meae* Leid. 2. Mox *digerenda*, pro *dirigenda*, Gaertn. Sed sollemniter has voces confundi, docuit Cel. Burmann. ad Suet. Caes. 44. Paullo ante *hoc interrogo*, pro *haec*, Voss. 2. et Lovel. 2. *hic interrogo* Gaertn. et Fragm. Hav.

§. 6. *Quin tu respondeas, vetuerimne te quidquam rei me absente agere*] Scribo *Quin tu respondes?* GELEN. In nullo meorum est *respondeas*, sed omnes praeferunt *respondes*, nisi quod *responde* sit in Lovel. 2. et 4. V. supra ad 1, 57, 7. Deinde *vetueramne quidquam* Lovel. 4. *vetuerim quum te quidquam* Lovel. 2. *vetuerim nec te quidquam* Harl. 1. *vetuerimne quidquam*, omisso pronomine, edd. Aldo priores. Mox *rei* deest in Portug. *gerere* vero pro *agere* praefert Leid. 2. V. ad 4, 44, 4. Ceterum omnia haec verba *vetuerimne te quidquam rei me absente agere* desunt in Lovel. 3. et Haverk. manifesto lapsu librarii, qui repetitione vocis *vetuerimne* ablatus est in errorem. V. ad 9, 11, 11. Mox *vetuerimne te signa* Voss. 2. et Lovel. 3. *vetueramne signa* Lovel. 4. *vetueram ac signa* Lovel. 2. *vetueram nec signa* Harlej. 1.

§. 7. *Quo tu imperio meo spreto*] Illud *quo* quid referat, dubium est. Ego distinguendum puto post *imperio*, et deinde inferendum *meo spreto*. si quidem interrogative legendum est. GLAR. *quo* est pro eo, quod Graeci dicunt πρός τι, et τί δέ. ut Cicero ad Fabium [7. ad fam. Ep. 23.] *Martis vero signum quo mihi pacis auctori*. SIG. A Sigonio non dissentio. Sic quidam Poëta:

Quo mihi divitiae, si non conceditur usus.

Quod non intellectum pollutum est turpi additamento in Pal. sec. et prisca recensione Camp. *quomodo tu meo imperio spreto*. GEBH. Sigonius, quasi operae pretium sit, monet τὸ *quo* esse pro eo, quod Graeci dicunt πρός τι, vel τί δέ: ut apud Ciceronem *Martis signum quo mihi pacis auctori?* Tu vero, si sapis, tolle interrogationis notam a fine hujus periodi: non enim rogat, sed affirmat, quasi diceret: *quod tu meum imperium sprevisti, et ausus es confligere*. Plautus Asinaria 2, 4. *Tu, verbero, imperium meum contempsisti*. J. FR. GRON. *quo tamen imperio meo spreto* Klock. quae diversitas scripturae orta est ex similitudine τῶν *tn*, id est *tamen*, et *tu*. *quo tu imperio modo spreto* Lovel. 2. *quo tu modo imperio spre-*

bus, adversus morem militarem disciplinamque majorum
8 *et numen Deorum, ausus es cum hoste confligere. Ad haec, quae interrogatus es, responde. extra ea, cave,*
9 *vocem mittas. Accede, lictor.* Adversus quae singula quum respondere haud facile esset, et nunc quereretur, eumdem accusatorem capitis sui ac judicem

to Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *quo modo tu meo imperio spreto* Portug. et Haverk. *quomodo tu imperio meo spreto* Gaertn. et Hearnii Oxon. B. qui se in L. 2. et C. invenisse testatur *tu imperio meo spreto*, omisso τῷ *quo*: unde sententiam Gronovii, notam interrogationis a fine tollentis, confirmari existimabat. Sed Cl. Ant. Perizonius ad marginem Livii emendabat *qui*, id est cur, quomodo. Verum, si hunc sensum constituamus, ne sic quidem aliquid mutandum foret. Nam *quo* etiam eodem sensu accipi solet. Ovid. Epist. 14. Her. 61.

Quo meruere necem patruelia regna tenendo,
Quae tamen externis danda forent generis?

ubi v. N. Heinsium. Praefero tamen sententiam Gronovii, qui *Quo imperio* hic relative accepit, cui etiam Doujatius subscribit. [*spreto non captis auspiciis* Veith.] Mox *contra morem*, pro *adversus morem*, Lovel. 4. V. ad Epit. Liv. 57.

§. 8. *Ad haec, quae interrogatus es, responde*] *quae interrogatus, responde* Leid. 2. *quae interrogatus est, respondeat* Florent. Voss. 1. a m. 1. Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. *interrogatus es, respondeas* Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk.

Cave, vocem mittas] *cave, vocem mittat* Florent. Voss. 2. et Lovel. 3. *cave, ne vocem mittas* Leid. 2. Lovel. 1. et Hearnii Oxon. L. 1. B. et N. *cave, ne vocem emittas* Haverk. *cave, vocem ne emittas* Portug. *cave, vox mittatur* Harlej. 2. et Gaertn. *cave, vox emittatur* Lovel. 4. *cave, vocem mictatur* Fragm. Hav. *cave, voce mittatur* Leid. 1. *cave, vox nece mittatur* Harlej. 1. *cave, ne vox mittatur* Hearnii Oxon. L. 2. et C. [Veith.] *cave, ne vox emittatur* Lovel. 2. Vulgatum satis placet. V. ad 3, 50, 4.

Accede, lictor] Ita et l. 24. dixit Livius [c. 9, 1.] *Lictores ad eum accedere consul jussit.* 3, [41, 3.] Appius *ad Valerium, negantem se privato reticere, lictorem accedere jussit.* MOD. Exempla haec descripsit ex Briss. de Form. l. 2. p. 270. *Accedat lictor* est in Hearnii Oxon. L. 2. *Accede, lictor, accede* in edd. Aldo antiquioribus: quod Klockio placebat. Verum lectio illa in nullo Msto superest.

§. 9. *Adversus quae singula Q. Fabio quum respondere haud facile esset*] Pall. duo *Adversus singula quae quum respondere haud facile esset.* sec. *Adversus quae quum respondere non facile esset.* Andr. ed. *Adversus singula Q. Fabio cum respondere haud facile esset.* Campani ed. meo animo sincerissime *Adversus quae singula cum respondere haud facile esset.* GEBH. Τὰ *Q. Fabio* absunt a Flor. Rott. Helm. Voss. duobus. J. FR. GRON. Vulgatum illud in

esse; modo, vitam sibi eripi citius, quam gloriam
rerum gestarum, posse, vociferaretur; purgaretque 10
se invicem, atque ultro accusaret: tunc Papirius,
redintegrata ira, spoliari magistrum equitum, ac
virgas et secures expediri jussit. Fabius, fidem mi- 11
litum inplorans, lacerantibus vestem lictoribus, ad

nullo superest cod. neque in ullis etiam exstat edd. ante Aldinam. Priores legunt *Adversus singula Q. Fabio cum respondere.* Neque etiam τὰ *Q. Fabio* codd. meorum auctoritate nituntur, nisi unius Haverk. qui tamen transpositis vocibus *Adversus singula Q. Fabio quae cum respondere* praefert: alii, in quibus illa omissa sunt, non tamen in eamdem lectionem consentiunt. *Adversus singula quae quum respondere* habent Florent. Voss. 2. Leid. uterque, Lovel. 1. 3. 4. Harlej. 1. et Fragm. Hav. *Adversus singula quibus tum respondere* Lovel. 2. et Harlej. 1. *Adversus quae quum respondere* Portug. et Klock. *Adversus singula quum respondere* Hearnii Oxon. L. 2. et C. Cujus Oxonienses reliqui cum Voss. 1. et Gaertn. legunt *Adversus quae singula quum respondere.* quod etiam recepi, ejectis duabus vocibus; quas Livii non esse, tot codd. fide credidi. Deinde *non facile esset* Portug. et Haverk. *haud facile erat* Harlej. 2. Vocula *haud* deest in Leid. 2.

Eumdem accusatorem capitis sui ac judicem esse] *capitis sui esse adinvicem* Lovel. 4. *capitis sui ac vindicem esse* Harlej. 2. et Gaertn. V. ad 9, 1, 8.

Vitam sibi eripi citius, quam gloriam rerum gestarum, posse, vociferaretur] *sibi vitam eripi* Portug. et Haverk. *sibi eripi vitam* Florent. qui pro *vitam* alia manu *victam* inter versus adscriptam praefert. *vitam sibi eripi, sed numquam gloriam* Lovel. 2. *vitam sibi arripere, sed tamen numquam gloriam* Hearnii Oxon. C. *vitam sibi eripere, sed tamen numquam gloriam* Harlej. 2. quae lectiones ex glossa marginali in contextum inrepsisse videntur. *citius* eo sensu est apud Ovid. 2. ex Ponto Ep. 7, 25. et Epist. 8, 65. Cic. 1. de Off. 18. *Vicinum citius adjuvetis in fructibus percipiundis, quam aut fratrem, aut familiarem.* 4. in Verr. 26. *Vox me citius defecerit, quam nomina.* Praeterea *vociferetur* Haverk. *vociferatur* Florent. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav.

§. 10. *Redintegrata ira, spoliari magistrum equitum, ac virgas et secures expediri*] *reintegrata ira* Lovel. 1. 2. Leid. 2. Portug. et Haverk. *redintegratura* Leid. 1. omissa voce *ira*, quae etiam deest in Lovel. 3. *ac secures expediri* Portug. et Haverk. *et secures impediri* Voss. 1. Lovel. 1. et Harlej. 1. Paullo ante τὸ *se* deficit in Haverk. Quae vero Modius ad hunc locum descripsit ex Brisson. 5. de Formul. p. 481. deleri jussi, quia satis commode ex eo peti possunt.

§. 11. *Lacerantibus vestem lictoribus*] Vet. quidam lib. *lacerantibus foede lictoribus.* SIG. Pal. sec. *lacerantibus foede lictoribus:* ita tamen, ut repositum ad exteriorem oram custodiat τὸ *vestem:*

triarios, tumultum jam in concione miscentes, sese
12 recepit. Inde clamor in totam concionem est perlatus: alibi preces, alibi minae audiebantur. qui proximi forte tribunal steterant, quia subjecti oculis imperatoris noscitari poterant, orabant, ut parce-

ret

quod minime altero supposititio mutandum censeo. GEBH. *vestem lacerantibus* Leid. 1. *lacerantibus foede lictoribus* Portug. et Haverk. *lacerantibus foede vestem lictoribus*, utraque lectione juncta, Gaertn. *lacerantibus vestem foede lictoribus* Hearnii Oxon. N. Sed rectius reliqui nihil mutant.

Ad triarios, tumultum jam in concionem miscentes, sese recepit] Hem! quae Latinitas? Lego *tumultu jam concionem miscentes*. T. FABER. Duo Voss. Rott. *in concione*. J. FR. GRON. Sic rursus 35, 13, 1. *Circa omnes vicos maritimos dimisit ad seditiones in iis miscendas*. DUK. *in concionem* apud me tantum superest in Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. quod forte non adeo damnandum putat Doujatius, qui vocem *concio* hic accipit pro ipsa concionem habentis oratione, ut triarii *tumultum miscuisse*, id est excitasse, dicantur *in concionem*, id est contra dicta Papirii, quae tranquille ex more audire debebant: immo, ut insuper addit, in ipsum quoque coetum et multitudinem turbas ac tumultum injecerunt. Ego cum Gronovio *in concione* malo, quod est in reliquis meis, omnibusque Hearnii Oxoniensibus. Voci *concionem* adhaesit in fine litera initialis vocis sequentis *miscentes*. V. ad 40, 7, 8. Ceterum *in contentione* est in Harlej. 1. V. ad 4, 6, 4. Tum *sese recipit* Voss. 1. et Lovel. 1.

§. 12. *Qui proximi forte tribunali steterant*] Pall. duo *tribunal*. Infra l. 35, 27. *Ager proximus finem Megalopolitarum est*. GEBH. Duo meliores Pall. cum altero Voss. *proximi forte tribunal*: ut monuimus olim 3. Observ. 2. Caesar 3. Gall. 7. *P. Crassus adolescens cum legione septima proxime mare Oceanum in Andegavis hiemabat*. Idem 6, 31. *Pars in continentes paludes profugit, qui proximi Oceanum fuerant*. Sic utrobique optimae membranae: et priore loco jam admiserunt. Liv. 28, [15, 9.] *Vincente verecundiam metu, quum proximus quisque hostem cederet*. 29, [7, 6.] *Scorpione icto, qui proximus eum forte steterat*. J. FR. GRON. Adde Sanctium 1. Minervae 16. et ibi Perizonium n. 5. et Gronovium ad Gellium 3, 16. DUK. *tribunal* etiam Lovel. 3. et Hearnii Oxon. L. 1. et C. V. supra ad 1, 21, 1. et Modium infra ad 28, 15, 9. Insuper *qui forte proximi* Harlej. 2. [Veith.] Paullo ante *per totam concionem* edd. ante Frobenianam anni 1535. Deinde *τὸ est* deficit in Leid. 1.

Neu cum eo exercitum damnaret] *ne cum eo* Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 4. Harlej. duo, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Neque aliter Lovel. 3. nisi quod, vocis sequentis litera initiali etiam in fine praecedentis repetita, habeat *nec cum eo*. Saepe librarios *neu* et *ne* commutasse, supra vidimus ad 2, 15, 2. V. etiam mox ad §. 15. Hic vero *ne* praestare videtur. His enim

ret magistro equitum, neu cum eo exercitum damnaret. Extrema concio et circa Fabium globus in- 13
crepabant inclementem dictatorem: nec procul seditione aberant. ne tribunal quidem satis quietum
erat. Legati circumstantes sellam orabant, ut rem 14
in posterum diem differret, et irae suae spatium,

verbis continetur caussa, quare orabant, ut magistro equitum parceret; si enim de eo poenam exigeret, quasi universum exercitum simul cum eo damnasse videretur.

§. 13. *Extrema concio et circa Fabium globus increpabant*] *circa Fabium glouus* Klock. sollemni literarum *b* et *u* commutatione. V. ad 5, 24, 5. *circa Fabium glomis* Florent. *circa Fabium glomus* Voss. 1. a m. 1. quae lectiones ex prima natae sunt. *circa Fabium globi* Harlej. 1. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. ac C. His librariis displicuisse videtur *globus* singulare, sed conlectivum, construi cum verbo plurali *increpabant*. Eodem modo Silius locutus est 11, 232.

Cum juvenem saevis (horrendum) concitus armis
Invadunt globus, et pedibus sublime sedentis
Ductoris sistunt.

ubi v. quae notantur. Simili constructione *cuneus* infra est 25, 34, 11. *Cuneus is hostium, qui in confertos circa ducem impetum fecerat, ut exanimem labentem ex equo Scipionem vidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nunciantes discurrunt.* Plura alia hujus generis infra v. ad 35, 26, 9.

Nec procul seditione aberant. ne tribunal quidem satis quietum erat] *seditione aberat* Leid. 2. Portug. et Haverk. *seditione abierant* Voss. 2. a m. 2. V. ad 39, 21, 6. Deinde *nec tribunal quidem satis* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Haverk. et Hearnii Oxon. N. B. et C. V. supra hoc lib. ad c. 7, 19. *nec tribunal satis* Portug. et Gaertn. Praeterea verbum *erat* non adparet in Portug. et Haverk.

§. 14. *Legati circumstantes sellam*] V. Schelium ad Hygin. p. 1066. tom. 10. Antiq. Rom. DUK.

Et irae suae spatium, et consilio tempus daret] Pal. sec. *ut irae suae.* GEBH. Ita et Portug. et Haverk. Quod eadem elegantia dictum esse videri potest, qua supra erat 4, 4, 12. *Praeterquam ut hominum, ut civium numero simus.* ubi alia exempla vide. His tamen codicibus, quos toties lapsos et vitiosas locutiones genuinis substituisse vidimus, aurem praebere periculosum puto. Passim *et* atque *ut* in Mstis commutantur. V. ad 21, 28, 8. Praeterea *irae suae et consilio*, omissa voce *spatium*, Portug. et Hearnii Oxon. N. ac B. Male. Supra 2, 56, 16. *Darent irae spatium.* Ovid. Ep. 7. Heroïd. 73.

Da breve saevitiae spatium pelagique tuaeque.

V. Bossii exerc. Philolog. ad Pauli Epist. ad Roman. 12, 19. ubi verba Apostoli δότε τόπον τῇ ὀργῇ simili modo explicanda docuit, et locutionem inlustravit. Ceterum *daret tempus* Gaertn.

15 et consilio tempus daret: *Satis caſtigatam adolescentiam Fabii eſſe: satis deformatam victoriam: ne ad extremum finem supplicii tenderet: neu unico juveni, neu patri ejus, clariſſimo viro, neu Fabiae genti eam injun-
16 geret ignominiam.* Quum parum precibus, parum cauſſa proficerent, *intueri saevientem concionem* jubebant. *ita irritatis militum animis subdere ignem ac ma-*

§. 15. *Satis caſtigatam adolescentiam Fabii esse*] *satis caſtigatum adolescentem Fabium esse* Klock. *adulescentiam* Florent. V. ad 6, 34, 11. Deinde *Favii* idem Florent. V. ad 7, 22, 2. Omnia autem haec verba exsulant a Leid. 2. et Lovel. 1. cui errori occasionem dedit repetitio vocis *satis*. V. ad 9, 11, 11.

Ne ad extremum finem supplicii tenderet] *ad extremum fidem supplicii* Klock. Scribas non raro has voces commutaſſe, supra vidimus ad h. lib. c. 24, 15. *tenderet*, sive *tenderetur*, Portug. frequenti scribarum aberratione. V. ad 39, 22, 8. *ne ad extremum supplicium tenderet* Hearnii Oxon. L. 1. Mox *ne unico juveni*, pro *neu*, Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 3. 4. et Fragm. Hav. V. modo ante ad §. 12. *nec unico juveni* Voſſ. 2. *neve unico juveni* Portug. et Haverk. qui mox etiam *neve patri ejus*.

Neu Fabiae genti eam inureret ignominiam] Libri omnes, qua scripti, qua cusi, *eam injungeret ignominiam*. Forte legendum *eam impungeret ignominiam*. ut sit *impungere* pungendo incidere, ἐντυποῦσθαι. Gellius 17, 9. *Servo suo, diu oculos aegros habenti, capillum ex capite omni, tamquam medendi gratia, deradit: caputque ejus leve in literarum formas compungit*. Campani editio *neu Fabiae genti jungeret ignominiam*. GEBH. Valde faveo huic scripturae, et ex libris fide digniſſimis propagatam eſſe cupio: quod tamen adhuc tantum suspicari mihi contigit. Apud primum eam reperio Ascensium, altera, quam mox memorabo, in margine notata: inde Moguntini acceperunt, mox Frobenius, poſt omnes. At in tribus Pall. Thuan. utroque Voſſ. Helm. Fulvii Cujaciique MSS. in prima Romana Andreae, Mediol. Ven. Tarv. Juntae *injungeret*. Nec videtur incommodum loquendi genus. 3, [65, 11.] *Injuriam a nobis repulsam, tanquam aut facere aut pati neceſſe sit, injungimus aliis*. 38, [8, 7.] *Nec tum large gratiam relatam sibi, nec nunc immodice poenam injungi debere*. Valerius Max. [6, 9. ext. 2.] *abdicationis injungentem notam* Themiſtocli patrem dicit. Caesar Civil. 1, 4. *Cum communibus inimicis in gratiam redierat, quorum ille maximam partem illo adfinitatis tempore injunxerat Caesari*. Ita non modo Fulvii codex, sed et Flor. pervetuſtus, Longobardicis exaratus literis, sed et Torrentianus, quem Lipsii manu collatum vidimus. *Injungere detrimentum* dixit Brutus ad Ciceronem 11. Fam. ep. 13. *Jungere legem, laborem, servitutem, munus, onus*, haec omnia Livius. Ut ergo *onerare contumeliis, maledictis*, ita et *injungere ignominiam* non male pronuntiari videtur. Sed alterum tamen dedignari non

teriam seditioni, non esse aetatis, non prudentiae ejus. neminem id Q. Fabio, poenam deprecanti suam, vitio 17 *versurum, sed dictatori, si obcaecatus ira infestam multitudinem in se pravo certamine movisset. Postremo,* 18 *ne id se gratiae dare Q. Fabii crederet, se jusjurandum dare paratos esse; non videri e republica, in Q. Fabium eo tempore animadverti.*

possumus. V. ad sequentem librum [c. 3, 13.] J. FR. GRON. *injungeret*, praeter codd. Gronovio memoratos, tuentur etiam Florent. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxonienses omnes. illa vox omittitur in Harlej. 2. ejus loco Klock. *inureret* habuisse videtur: cujus unius auctoritatem sequi, aliorum, etiam optimorum, consensum spernere, audacius esse puto, quam ut placere possit. De verbo *injungere* v. ad 32, 3, 4. Praeterea *ne Fabiae genti* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *neve Fabiae genti* Portug. et Haverk.

§. 16. *Quum patrum precibus, parum caussa proficerent*] *Patrum precibus parum caussa proficeret* Haverk. a m. 1. in quo *proficerent* emendatur a manu altera. Verum in castris nullus locus est *Patribus*. Et tamen *Patrum* etiam praeferunt Lovel. 1, a m. 2. et Portug. *Quum parum precibus caussa proficeret* Harlej. 2. Elegantiam orationi quaesivit Livius ex repetitione τοῦ *parum*, quemadmodum in similibus vocibus saepe solitus fuit. V. ad 5, 35, 4. Mox *saevientem intueri* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Deinde *videbant*, pro *jubebant*, Haverk. V. infra ad 27, 5, 16.

Irritatis militum animis subdere ignem ac materiam seditioni] *incitatis militum animis* Lovel. 2. Similiter *irritare* et *incitare* supra commutabantur 6, 19, 2. (* 29, 16, 5.) Deinde *et materiam* Voss. 2. Leid. 2. et Lovel. 3.

§. 17. *Neminem id Q. Fabio poenam deprecanti suam vitio versurum*] *neminem idque Fabio* Voss. 2. et Fragm. Hav. *neminem id quae Fabio* Lovel. 3. V. ad 22, 31, 7. *neminem id quidem Fabio* Klock. Deinde *vicem deprecanti suam* Portug. in margine. *neminem Q. Fabio deprecanti suam vicem versurum* Harlej. 2.

§. 18. *Postremo, ne id se gratiae dare Q. Fabii crederet*] Τὸ *se* deest in Portug. Tum *gratiae daret Fabii* Harlej. 1. *gratiae dare Q. Fabio* Lovel. 4. et Gaertn. *gratiae dare Q. Fabius crederet* Haverk. Voces *Q. Fabii* desunt in Hearnii Oxon. L. 1. at voces *Q. Fabii crederet, se jusjurandum dare* in Leid. 2. et Lovel. 1. cui neglegentiae librariorum ansam dedit repetitio vocis *dare*. V. ad 9, 11, 11. [*ne id se gloriae dare* Veith.]

Non videri e republica, in Q. Fabium eo tempore animadverti] *non videri expedire reipublicae* Voss. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. *non videri reipublicae expedire* edd. ante Aldum, quae lectiones ex interpretis expositione, margini olim adscripta, in contextum Livii inrepserunt; unde etiam scri-

1 XXXIII. His vocibus quum in se magis incita-
rent dictatorem, quam in magiſtrum equitum placa-
2 rent, juſſi de tribunali descendere legati: et, silen-
tio nequidquam per praeconem tentato, quum,
prae ſtrepitu ac tumultu, nec ipsius dictatoris, nec
adparitorum ejus vox audiretur; nox, velut in proe-
3 lio, certamini finem fecit. Magiſter equitum, jus-

ba Haverk. utramque quodammodo recipere conatus, *non videri expedire e republica* dedit: nam *eſſe e republica* ponitur pro expedire reipublicae. Supra hoc lib. c. 4, 12. *Permiserunt, ut ageret diceretque, quae e republica nominis Latini fideque sua viderentur.* c. 23, 11. *Quum, Publilium avocari ab spe capiendae in dies urbis, haud e republica esset.* Ceterum Fabii praenomen *Q.* sive *Quintus*, quod deerat in Flor. Voſſ. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. utroque, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. eorum auctoritati obsecutus deleſſem, quum modo praeceſſerit, et tuto omitti poſſit; nisi me revocaſſet mos Livii, qui, aliorum decretum referens, quorum jam meminerat, praenomina repetere non refugit. Ita infra 38, 60, 5. *Quo minus ex bonis L. Scipionis, quod judicatum sit, redigatur, se non intercedere praetori. L. Scipionem* etc. *non paſſurum inter hoſtes populi Romani L. Scipionem in carcere et vinculis esse.* Alia exempla paſſim obcurrunt.

§. 1. *Quum in se magis incitarent dictatorem*] *concitarent* edd. antt. ante Frobenianam anni 1535. sed *incitarent* servant omnes scripti. Verba haec interdum commutantur. V. viros doctos ad Sueton. Caes. 7. et supra ad 5, 8, 7. Forte scriptum fuerat *citarent*, quod similitudine ductuum facile in *citarent* mutari potuit. V. ad 10, 5, 11. Et quidem tanto magis hic placet *incitarent*, quod Livius verbo cum praepositione composito eamdem praepositionem in regimine addere soleat. V. ad Praefat. §. 11. Voces *in se magis* perperam omittuntur in Leid. 2.

Quam magiſtro equitum placarent] Pall. omnes *quam in magiſtrum equitum placarent.* GEBH. Tres Pall. et Voſſ. alter *quam in magiſtrum equitum placarent.* Exquisitius. Cicero 2. ad Attic. 9. *Si me non offendes, satis tamen habeto commendatam, patruumque in eam, quantum poteris, mitigato.* Quamvis vulgo legatur *in ea.* Et hoc quoque recte. Epiſtola 12. *Etsi non dubito, quin is lenis in eum futurus sit.* Cornelius Nepos in Pelopida [5.] *Poſt id factum numquam is animo placari potuit in eum, a quo erat violatus.* Suetonius Aug. [27.] *Illis in multorum saepe personam per gratiam et preces exorabilibus.* Tib. 13. *Facilis exorabilisque in vitricum.* J. FR. GRON. Eamdem lectionem ex meis praefert Lovel. 2. ex Hearnii vero Oxon. L. 1. 2. et N. Et huc ducunt etiam veſtigia aliorum, qui legunt *quam magiſtrum equitum placarent*: inter hos autem sunt Leid. 1. Lovel. 1. 3. 4. Harlej. 2. et Port. in quibus praepositio *in* intercidit vel ob vocis praece-

sus poſtero die adeſſe, quum omnes adfirmarent, infeſtius Papirium exarſurum, agitatum contentione ipsa exacerbatumque, clam ex caſtris Romam profugit: et, patre auctore M. Fabio, qui ter jam 4 consul dictatorque fuerat, vocato extemplo senatu, quum maxime conquereretur apud Patres vim atque injuriam dictatoris, repente ſtrepitus ante cu-

dentis literam finalem *m*. V. ad 10, 13, 3. vel ob sequentis initialem. V. ad 37, 1, 2. Mox *de tribunalibus* Leid. 1. Lovel. 2. 3. Harlej. 1. et Fragm. Hav.

§. 2. *Silentio nequidquam per praeconem tentato, quum, prae ſtrepitu ac tumultu*] *nequiquam* Leid. 1. V. ad 40, 47, 9. Tum particula *quum* deficit in Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. Tandem *et tumultu* Portug. et Haverk.

Nox, velut in proelio, certamini finem fecit] *velut imperio* Klock. errore librarii. Deinde *certaminis finem fecit* Hearnii Oxon. C. ut 3, 31, 7. *Finem tandem certaminum facerent.* Unum tamen teſtem non audiendum censeo. V. ad 2, 30, 9. Litera *s* fini vocis adcreviſſe videtur ex similitudine literae initialis vocis sequentis. V. supra ad 4, 33, 10.

§. 3. *Agitatum contentione ipsa*] Pall. iterum omnes et Andreae ed. *conventione*: ita ut superscriptum sit in Pal. sec. *contione*. GEBH. *conventione* etiam Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. *contione* Klock. V. ad 4, 6, 4. Mox *aufugit*, pro *profugit*, Voſſ. 2. a manu emendatrice.

§. 4. *Et, patre auctore M. Fabio, qui ter jam consul dictatorque fuerat*] *Q. Fabio* et *tertium consul* quidam libri habebant; sed errant. Fuit autem hic M. Fabius Ambuſtus primum consul anno ab urbe condita CCCXCV. [7, 11, 2.] iterum anno CCCXCIX. [7, 17, 1.] tertium CCCCI. [7, 18, 10.] dictator autem semel anno CCCCIV. [7, 22, 10.] et pater Rutiliani. M. vero Fabius Dorsuo, alius, fuit consul anno ab urbe condita CCCCX. [7, 28, 1.] GLAR. M. Fabius Ambuſtus pater fuit consul annis CCCXCV. CCCXCIX. CCCCI. Dictator anno CDV. Livius et Plinius auctores. SIG. *a patre auctore* Haverk. Tum *Q. Fabio* editi ante Aldum. Praeterea *qui jam ter consul* Harlej. 2. *qui tunc jam consul* Lovel. 4. *qui tertium consul* in ed. Rom. princ. eſſe, auctor eſt Hearnius. Verum Rom. ed. anni 1472. omnesque, quas consului, usque ad Ascens. praeferunt *ter jam*, pro quo is anno 1510. *tertium* dedit; idque poſtea anno 1513. ac 1516. servavit, altera tamen lectione in marginem rejecta. Mox *vocatoque extemplo senatu* Lovel. 3.

Quum maxime conquereretur apud Patres vim atque injuriam dictatoris] *quum jam conquereretur* Harlej. 2. *quum maxime conqueretur* Leid. 1. et Harlej. 1. V. ad 2, 56, 7. Deinde voces *apud Patres* omittuntur in Leid. 2. Mox alio ordine *ſtrepitus repente* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Fragm. Hav. at voces *dictatoris repente ſtrepitus ante curiam* omittuntur in Leid. 1. Voſſ. 2. Lo-

5 riam lictorum submoventium auditur: et ipse infensus aderat, postquam comperit profectum ex castris, cum expedito equitatu secutus. Iterata deinde contentio: et prendi Fabium Papirius jussit.
6 Ubi quum, deprecantibus primoribus Patrum atque universo senatu, perstaret in incepto inmitis ani-

vel. 3. 4. et Harlej. 1. cui errori caussam dederunt literae finales vocum *injuriam* et *curiam*: sed sola vox *strepitus* deest in Haverk. Praeterea *auditum*, pro *auditur*, Portug. et Haverk. *audiator* Harlej. 1.

§. 5. *Et ipse infensus aderat*] *infessus* Voss. 1. et Lovel. 1. *et ipse dictator intentus aderat* Haverk. *et ipse infensus aderat dictator* Harlej. 2. Gaertn. Fragm. Hav. et apud Hearnium Oxon. N. [Veith.] Mox *e castris*, pro *ex castris*, Lovel. 4. Portug. et Haverk.

Iterata deinde contentio, et prehendi Papirius Fabium jussit] Vet. lib. *contentio est*. SIG. Voculam *est*, intrusam ab Sigonio, fastidiunt Pall. duo, et Andreae recensio. Mihi non displicet expressa lectio Campano: *Iterata deinde contentione prendi Fabium Papirius jussit*. *Prendi* quoque, non *prehendi*, afferunt Pall. duo meliores. Vide notas l. 2, 56. GEBH. Tò *est*, quod Sigonius ex vet. lib. addidit, apud me tantum superest in Portug. et Haverk. reliqui uno ore damnant, ut et apud Hearnium Oxon. C. aliique. Si fide digniores codd. consentirent, illud *est* recepissem, et ob similitudinem sequentis *et* excidisse existimassem, et factum est 37, 51, 3. Nunc potius delendum censeo. Insuper *Item erat deinde contentio* est in Voss. 2. et Lovel. 3. *Ita rata deinde contentio* Haverk. *Iterat deinde contentio* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1 *Iteratur deinde contentio* Lovel. 2. 4. *Iterata deinde contentione prendi* Neapol. Latinii, omnesque editi ante Aldum. quod, si plures codd. conspirassent, haud spernendum putassem. Nunc considerandum puto illud *Iteratur*; quod non obscure probant codices integerrimi, qui *Iterat* legunt: in ea enim scriptura tantum omissa est terminatio finalis passivi, quae nota exprimi solet, ideoque facile excidere potuit. V. ad 10, 10, 1. Quin neque contendere velim illi, qui lectionem, quae ante Sigonium obtinuit, praeferendam existimet. Concisis enim periodis Livium saepius usum esse, in quibus connectendis viri docti nimii fuerunt, infra videbimus ad 21, 36, 4. Vox *denique* exsulat ab Harlej. 2. Praeterea *prendi* etiam omnes codd. praeter Voss. 2. Portug. in margine, et Haverk. V. ad 2, 29, 4. Denique omnes codd. *Fabium Papirius jussit*; quem ordinem vocabulorum, ab editoribus nescio qua auctoritate mutatum, recepi.

§. 6. *Perstaret incepto inmitis animus*] Miror sic editum, quum et Rott. et duo Voss. et vulgg. habeant *perstaret in incepto*. quomodo cap. sec. *Se tamen perstaturum in incepto*. 10, 13, 10. *Ille quidem in recusando perstabat*. JAC. GRONOV. *in incepto* etiam Flor. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 4. Harlej. duo, Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. B. et C. ut ex

mus; tum pater M. Fabius, *Quandoquidem*, inquit, 7
apud te nec auctoritas senatus, nec aetas mea, cui orbitatem paras, nec virtus nobilitasque magiſtri equitum, a te ipso nominati, valet, nec preces, quae saepe hoſtem mitigavere, quae Deorum iras placant; tribunos plebis adpello, et provoco ad populum. eumque tibi, 8

meis τὸ *in* omiserint tantum Lovel. 3. Gaertn. et forte Klock. Praeterea *in incepto* servant quoque edd. Rom. anni 1472. ac Parm. proximae omiserunt praepositionem usque ad Froben. qui anno 1531. *in coepto*, sed anno 1535. *in incepto* reſtituit: quae lectio iterum obtinuit usque ad Gruter. qui in ultima ed. ſubſtituit *in coepto*, Gronov. vero anno 1665. *incepto*. quod Cl. filius ejus recte mutavit, prisca lectione revocata. Infra 37, 52, 10. *Senatus in eadem perſtare sententia*. 38, 14, 13. *Perſtare tamen in pertinaci simulatione inopiae*. Auctor Epit. Liv. 49, *Catonis sententia pervicit, ut in decreto perſtaretur*. Juſtin. 14, 2. *Si in bello perſtent, ultro hoſtes pacem petituros*. Praepositio *in* elisa erat in Mſtis nonnullis a prima syllaba vocis *incepto*: quomodo librarii saepiſſime errarunt. *infima* pro *in infima* dederant supra 1, 22, 1. *invidiam* pro *in invidiam* 2, 7, 8. *incautum* pro *in incautum* 3, 5, 5. *integra* pro *in integro* c. 10, 13. *interregno* pro *in interregno* 4, 7, 7. *inperio* pro *in inperio* c. 20, 10. *insequentem* pro *in insequentem* c. 30, 12. *incerto* pro *in incerto* 5, 28, 5. *ingenti* pro *in ingenti* c. 47, 1. *insidias* pro *in insidias* 6, 30, 4. *inpetu* pro *in inpetu* 7, 12, 11. *inbelles* pro *in inbelles* c. 32, 6. *innocentia* pro *in innocentia* c. 41, 2. *intervalla* pro *in intervalla* 8, 8, 9. *insulas* pro *in insulas* c. 22, 6. *induciis* pro *in induciis* 9, 9, 13. *incremento* pro *in incremento* c. 17, 5. *insidiatores* pro *in insidiatores* c. 31, 15. *interiorem* pro *in interiorem* 39, 12, 3. *inteſtina* pro *in inteſtina* 40, 7, 7. *inpluvio* pro *in inpluvio* 43, 13, 6. *ingrata* pro *in ingrata* 45, 38, 9. Alia quaedam v. ad 34, 28, 3. Eadem ratione intercipitur eadem praepositio a vocibus, quarum litera *m* initialis eſt. V. ad 37, 1, 2. Similiter etiam a vocibus, quae litera *i* incipiunt. V. ad Epit. Liv. 85. Ceterum *preſtaret* Leid. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Paullo ante *Ibi*, pro *Ubi*, Voſſ. 1. Portug. et Haverk. V. ad 27, 5, 2. et mox hoc cap. ad §. 10. *Ibique* Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 7. *Tribunos plebis adpello, et provoco ad populum*] Hinc intelligi poteſt, a dictatore ad populum provocationem fuiſſe. Qua de re sic Feſtus. *Optima lege cum dicebatur in magiſtro populi faciendo, qui vulgo dictator appellatur, quam pleniſſimum poſſet jus eſſe significabatur, ut fuit M. Valerii M. F. Volusi N. qui primus magiſter populi creatus eſt, poſtquam vero provocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quae ante non erat, desitum eſt dici, ut optima lege, utpote imminuto jure poſteriorum magiſtrorum*. SIG. Sunt tamen viri docti, qui exiſtiment, a dictatore provocationem datam non eſſe, idque hoc ipso Papirii exemplo probari, qui provocationi non ceſſerit. Non enim populi sententia Fabium absolutum, sed precibus ejus, rogantis ut sibi poenam magiſtri equitum dictator re-

fugienti exercitus tui, fugienti senatus judicium, judicem fero, qui certe unus plus, quam tua dictatura, potest polletque. Videro, cessurusne provocationi sis,
9 *cui rex Romanus Tullus Hostilius cessit.* Ex curia in concionem itur. quo cum paucis dictator, cum omni agmine principum magister equitum quum escendisset; deduci eum de rostris Papirius in par-

mitteret, donatum fuisse. V. (* ad 4, 13, 11.) Jensium de Dictat. c. 8. Paullo ante *mitigare*, pro *mitigavere*, Florent. a m. 1.

§. 8. *Fugienti exercitus tui, fugienti senatus judicium*] Tria priora vocabula omittuntur in Harlej. 1. Haverk. et Hearnii Oxon. L. 1. quem errorem librarii commiserunt ob vocis *fugienti* iterationem. V. ad 9, 11, 11. solum prius in Fragm. Hav. omittitur; quartum in Lovel. 1. et apud Hearnium in Oxon. N. Deest id etiam in Leid. 2. sed is insuper praefert *fugienti exercitus tui senatusque judicium.* Mox *gessurusne*, pro *cessurusne*, Florent. V. infra ad 37, 52, 3.

§. 9. *Cum omni genere principum magister equitum cum ascendisset*] Legendum *cum omni agmine principum.* GELEN. Legendum *cum omni agmine principum.* GLAR. Pal. sec. *cum omnium agmine principum.* Quod forte voluit Gelenius. nam ejus *omnine* non capio. Alludit secundo quoque Pal. tert. praehibens *cum omnem.* Andreas publicavit seculo suo *cum omni genere.* GEBH. Incidit Gebhardus in recentiores edd. quae perperam Gelenii adnotationem reddunt. Eam ex prima edit. hic exhibui; unde aliud cum voluisse patet. Scriptura Pal. sec. cui nullus meorum adsentitur, vitiosa est. V. infra ad 45, 19, 15. Vocem *omni* omittunt Portug. et Hearnii Oxon. B. *agmine*, pro *genere*, ante Gelenium et Glareanum exhibuerunt jam edd. Parm. Tarvis. utraque, Venet. anni 1495. et 1506. Ascens. tres priores, Mogunt. et Paris. anni 1529. et ita est in omnibus scriptis. Deinde *principium* legunt Harlej. 1. et edd. duae Venet. modo memoratae. V. supra ad 2, 27, 12. ubi quod judicium tuli, etiam huic loco convenire existimo. Praeterea vox *cum* posteriori loco deficit in Voss. duobus, Leid. duobus, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. duobus, Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et omnibus edd. ante Froben. anni 1531. Verum illa excidit ob similitudinem syllabae finalis vocis praecedentis. V. ad 10, 1, 5. Denique *ascendissent* Aldus in contextu, qui inter errata *ascendisset* revocandum monuit. *escendisset* ediderunt Cel. Jac. Gronov. eumque secutus J. Clericus. Nulla quidem emendationis ratio additur, non tamen propterea rejicienda. Ita enim exhibent Florent. Voss. 1. Harlej. 1. Lovel. 1. et Klock. Eodem etiam ducunt vestigia Leid. 2. qui *descendit* praefert. Plura v. supra ad 2, 28, 6. Mox transpositis vocabulis *eum deduci* Leid. 1. et *in partem inferiorem Papirius jussit* Lovel. 4. legunt.

§. 10. *Bene agis, inquit, quum eo nos deduci jussisti*] Hoc ait,

tem inferiorem juſſit. Secutus pater, *Bene agis*, 10
inquit, *quum eo nos deduci jussiſti, unde et privati vocem mittere poſſemus.* Ibi primo non tam perpetuae
orationes, quam altercatio, exaudiebantur. Vicit 11
deinde ſtrepitum vox et indignatio Fabii senis, increpantis superbiam crudelitatemque Papirii: *Se* 12
quoque dictatorem Romae fuiſſe, nec a se quemquam,

quia M. Fabius in concione pro roſtris ad populum loqui non potuiſſet, quod eſſet privatus: ex inferiore autem loco, quo eum deduci dictator juſſerat, licebat. Non enim nisi magiſtratus, et qui a magiſtratibus producti erant, in concionem ascendere poterant. SIG. V. Hotom. ad Cic. Orat. pro l. Manil. 1. et ad Orat. in Vatin. 10. ubi etiam videndus eſt Abram. Adde P. Manut. ad Cic. 4. ad Att. Ep. 1. Ceterum *duci* praefert Harlej. 2. *inquit* etiam omisit librarius Florent.

Unde et privati vocem mittere poſſemus] Exterminat genus loquendi Livianum Pal. sec. *vocem emittere.* l. 35, 32. *Qui vocem liberam mittere adversus regis legatum auderent.* GEBH. *emittere* etiam Lovel. 4. et Haverk. quod recte Gebhardo displicuit. V. ad 3, 50, 4. Ceterum *unde et privatim* edd. Rom. anni 1472. et Parm. *unde privati* Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et aliae usque ad Aldum.

Ibi primo non tam perpetuae orationes, quam altercatio exaudiebantur] Quidam libri *altercationes audiebantur*. Quod non probo. Nam 4, [6, 1.] inquit, *Cum res a perpetuis orationibus in altercationem vertiſſet.* SIG. Meis auribus satisfaceret magis *exaudiebatur*. J. FR. GRON. *Ubi primo* Portug. a m. 1. Gaertn. et Haverk. V. paullo ante ad §. 6. Cel. Jac. Gronov. edidit *In primo*, eumque secutus eſt J. Clericus. Et ita eſt in Lovel. 1. et Harlej. 1. De locutione illa v. Gronov. infra ad 10, 14, 17. et Abrah. Gronov. ad Juſtini 12, 7, 1. Videtur tamen hoc loco vulgatum praeferendum, quod pro eo stent et plures et meliores libri. Praeterea *altercationes exaudiebantur* Lovel. 1. 2. Harlej. 2. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. [Veith.] et edd. Parm. Tarvis. ambae, ac quaedam aliae: quam lectionem jam recte Sigonius rejecit. *altercationes audiebantur* Lovel. 3. Portug. Haverk. Hearnii Oxon. N. B. C. et Neap. Latinii: quod multo magis adhuc rejiciendum. Eodem modo enim *exaudire* Livio familiare eſſe, supra vidimus ad 3, 56, 8. *altricationes audiebantur* Leid. 2. V. ad 4, 6, 1. *alteratio audiebantur* Voſſ. 2. Gronovii conjectura *altercatio exaudiebatur* nullius codicis auctoritate probatur. Neque video, quid ipsi displicuerit in vulgato, ut ita emendandum judicaret. Eadem sane conſtructio etiam infra eſt 44, 14, 6. *Prusiae preces magis, quam poſtulatio, fuere.* Ubi iterum Gronov. ex conjectura emendat *poſtulata*.

§. 11. *Superbiam crudelitatemque*] *superbiam et crudelitatem* Lovel. 3. Paullo ante *trepitum*, pro *ſtrepitum*, Leid. 1.

§. 12. *Nec a se quemquam, ne plebis quidem hominem*] *ne a se*

ne plebis quidem hominem, non centurionem, non mili-
13 *tem, violatum; Papirium, tamquam ex hostium duci-*
bus, sic ex Romano imperatore victoriam et trium-
phum petere. Quantum interesset inter moderationem
antiquorum, et novam superbiam crudelitatemque.
14 *Dictatorem Quinctium Cincinnatum in L. Minucium*
consulem, ex obsidione a se ereptum, non ultra
saevisse, quam ut legatum eum ad exercitum pro
15 *consule relinqueret. M. Furium Camillum in L. Fu-*
rio, qui, contemta sua senectute et auctoritate, foe-

quemquam Voss. 2. Lov. 3. et Fragm. Hav. *ne ab se quemquam* Portug. et Haverk. Deinde *nec plebis quidem hominem* Leid. 2. Lovel. 1. 2. et edd. Aldina priores. V. ad 8, 7, 19. et hoc cap. §. 18. *ne plebeis quidem hominem* Florent. An librarius duplicem lectionem *plebei* et *plebis* hoc modo simul exprimere voluit?

§. 13. *Quantum interesset inter moderationem*] Malim *interesse*, ob dicta 3. Obs. 9. J. FR. GRON. *interest* Leid. 1. Reliqui vulgatum tuentur.

Crudelitatemque. Dictatorem Quinctium Cincinnatum] Hac de re l. 3. [c. 29.] SIG. *crudelitatemque dictatorum. Quintium Cincinnatum* Klock. Vocem *Dictatorem* omittit apud Hearnium Oxon. B.

§. 14. *Ex obsidione a se ereptum non ultra saevisse*] *ab se ereptum* Voss. 2. et Lovel. 3. *a se crepitum* Harlej. 2. *a se areptum* Florent. *a se abreptum* edd. Aldo priores. At supra 5, 17, 6. *Ut Vejos communi animo ex obsidione eriperent.* (* 22, 60, 11.) 31, 16, 6. *Eripique ex obsidione, ni cessatum ab Attalo et Rhodiis foret, potuerunt.* Ita *eripere ex servitute* emendat Gronov. infra 33, 23, 2. ubi alia vide. Praeterea *non ultra saevisset* Voss. 1. Leid. 1. et Fragm. Hav. *non ultra fuisse* Voss. 2. et Lovel. 3. Mox τὸ *eum* deest in edd. Mediol. anni 1480. Tarvis. utraque, et quibusdam aliis. Verum servant id constanter codd. nisi quod ejus loco *cum* legat Haverk. Insuper *proconsulem* Lovel. 3.

§. 15. *M. Furium Camillum in L. Furio*] Hoc fecit Camillus trib. VI. anno CCCLXXV. Liv. 6, [25.] SIG. Praenomen *L.* perperam deest in Harlej. 1.

Qui contemta sua senectute] *cū contemta* Leid. 2. V. ad 7, 38, 9. *qui contenta* Voss. 2. et Lovel. 3. V. infra ad 25, 38, 20. Tum *sua senectae* Leid. 1. An voluit librarius *sua senecta?* ut supra 2, 40, 6. *In hoc me longa vita et infelix senecta traxit?* 45, 40, 4. *Quum dignitate alia corporis, tum senecta ipsa majestatem prae se ferens.* Reliquis tamen codd. in vulgatum conspirantibus nihil muto.

Populo aut senatui scriberet] *senatu scriberet* Voss. 2. et Lovel. 3. Notum est, ita interdum veteres casum tertium proferre solitos fuisse. V. ad 24, 19, 6. Levior tamen horum codicum auctoritas est, quam ut, reliquis Mstis in aliam lectionem abeuntibus, a Livio id profectum putem. Potius igitur scribarum errori tribuo. Paullo ante τὸ *solum* deficit in

dissimo cum eventu pugnasset, non solum in praesentia moderatum irae esse, ne quid de collega secus populo aut senatui scriberet; sed, quum revertisset, potissimum ex 16
tribunis consularibus habuisse, quem ex collegis, optione ab senatu data, socium sibi imperii delegerit. Nam 17
populi quidem, penes quem potestas omnium rerum esset, ne iram quidem umquam atrociorem fuisse in eos, qui temeritate atque inscitia exercitus amisissent, quam ut pecunia eos multaret. capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem esse.

Leid. 2. Deinde *moderatum irae se esse* habet Portug. et Haverk. *moderatum praesse* Florent.

§. 16. *Socium sibi imperii delegerit*] *deligeret* Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. *delegeret* Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. Portug. et Haverk. In verbis praecedentibus *obitione ab senatu datu* Harlej. 1. *a senatu* Gaertn.

§. 17. *Populi quidem, penes quem potestas omnium rerum esset, ne iram quidem*] Prius *quidem* non adparet in Fragm. Hav. nec posterius in Voss. 2. Tò *esset* exsulat etiam ab Portug.

Ne iram quidem umquam atrociorem fuisse, etc. *quam ut pecunia*] 4, [41, 10.] *Moestae civitati ab re male gesta et iratae ducibus M. Postumius reus objectus, qui tribunus militum pro consule ad Vejos fuerat, decem millibus aeris gravis damnatur.* SIGON.

Temeritate atque inscitia exercitus amisissent] *inscientia* Fragm. Hav. Sic infra 22, 25, 12. *Bienniique clades per temeritatem atque inscientiam ducum acceptas referret*, 26, 2, 7. *Multos imperatorum temeritate atque inscientia exercitum in locum praecipitem perduxisse.* Ita utroque loco legendum docuit, et lectionem etiam in contextum recepit ὁ πάνυ Gronov. V. quae ibi notantur. Ut tamen dubitem, an ita etiam hoc loco legendum sit, efficit consensus reliquorum codd. in alterum illud *inscitia*. Praeterea *admisissent* Lovel. 3. et Fragm. Hav. V. ad 4, 12, 11. Mox *pecunia eos mutaret*, pro *mulctaret*, Voss. 2. *pecunia eos multaret* Leid. 1. Lovel. 1. 2. 3. et Fragm. Hav. V. ad 3, 67, 5.

Capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem esse] Quidam hoc *nullo* in *nullum* mutarunt, quod mihi non placet. nisi quis *anquisitum* substantivum judicet, ut *decretum*, et similia; quod mihi non fit verisimile. GLAR. Vetustae editiones *nullo*, quod fecit ad palatum Loriti. Ceterum in codicibus MSS. hic locus male foedatus est: quippe Pall. duo: *capite inquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullum ad eam diem esse in judicibus*. Sec. *capite autem quaesitum ob rem bello male gestam de imperatore nullum ad eam diem judicium esse*. Est vero *capite anquirere*, vel *capitis*, diem rei capitalis dicere. Sic dicitur *pecuniae* vel *pecunia anquirere*, multam alicui dicere. GEBH. *nullum* jam reperio apud Juntam editum: nec ei desunt scripti codices. Numquid excidit vox *exemplum*? Ut

18 *Nunc ducibus populi Romani, quae ne victis quidem bello fas fuerit, virgas et secures victoribus, et justissimos meritis*
19 *triumphos intentari. Quid enim tandem passurum fuisse filium suum, si exercitum amisisset: si fusus, fugatus,*

38, [50, 3.] *Auctoritas seniorum valuit, negantium exemplum proditum memoriae esse, ut imperator,* etc. 31, [20, 3.] *Res triumpho dignas esse, censebat senatus; sed exemplum a majoribus non accepisse, ut qui neque* etc. An medicina mitior, quam adhibent prima Romana et eam secutae, tum Ascensiana, Moguntinae: *de imperatore nullo ad eam diem esse.* An denique τὸ *capite anquisitum* pro oratione, cui substantivum inest, ponitur; quasi sit, *Capitale factum judicium*, vel *quaestionem habitam.* Sic alibi [7, 8, 5.] *Diu non litatum tenuit dictatorem.* J. FR. GRON. *capite inquisitum* Voss. 2. et Lovel. 2. ac 3. solemni scribarum errore. V. ad 6, 20, 12. *capite anquiritum* Lov. 1. et Fragm. Hav. *capite ante quiritum* Leid. 2. *capite ante quaesitum* Gaertner. *capite aut quaesitum* Haverk. *capite autem quaesitum* Harlej. 2. et Portug. V. ad 2, 52, 5. *capiti anquisitum* Florent. An voluit librarius *capitis*? Sed utrumque Livio in usu fuit, *anquirere capite*, et *capitis*. V. ad 26, 3, 7. In Lovel. 4. vox *anquisitum* librario ignota deerat, lacuna tamen relicta. Deinde Hearnius *ob rem male gestam* in Oxon. L. 2. *ob rem bello gestam* in B. se invenisse testatur. Tum *de imperatore nullo* Voss. 1. a m. 1. Hearnii Oxonienses, edd. ante Aldum omnes, et forte etiam Klock. *de imperatore nullam* Florent. Reliqui *nullum*. Insuper *ad eam diem*, omisso τῷ *esse*, Voss. 2. et Fragm. Hav. *ad eam diem nuncium esse* Portug. *ad eam diem judicium esse* Haverk. et Hearnii Oxon. L. 2. B. ac C. *ad eam diem esse judicium* Lovel. 2. 4. Harlej. 2. et Gaertn. *ad eam diem esse in judicibus* Lovel. 3. Nihil propius video, quam ut vulgatum tueamur. Neminem enim adsensurum existimo ei, qui, *nullum* recipiens, *anquisitum de imperatore nullum esse* accipere mallet pro anquisivisse de imperatore nullum; licet *communicati sint* pro communicaverint supra habuerimus 4, 24, 2.

§. 18. *Nunc ducibus populi Romani, quae ne victis quidem*] Prima vox deest in Lovel. 4. duae priores in Lovel. 2. et 3. *Nunc ducibus esse populi Romani* habet Fragm. Hav. Deinde *qua ne victis quidem* Voss. 2. et Lovel. 3. *quae victis quidem* Leid. 2. *quae nec victis quidem* Lovel. 4. et Klock. V. modo ad §. 12. *quae nunc victis* Florent. V. ad 6, 37, 6.

§. 19. *Si fusus, fugatus, castris exutus fuisset*] *quid si fusus* Portug. in margine, ut ad illud *quid* ex praecedenti repetatur *passurum fuisse filium*; et *quid* eodem modo hic repetatur, quemadmodum *quod* supra 1, 59, 4. At unius illius auctoritatem mutandae lectioni vulgatae non satis idoneam judico. Deinde *fusus exutusque castris fuisset* Portug. *fusus, fugatusque, mulctatus castris fuisset* Haverk. a m. 2. qui voculam *que* a m. 1. non agnoscit. *fusus castris fugatus exercitus fuisset* Gaertner. *fusus, fugatusque, castris exutus fuisset* Lovel. 2. eodem errore, quo supra 2, 31, 1. tantum non omnes codices praeferunt *fundit, fugatque, exuit castris*; ubi, si, quae diximus, displicent, etiam ad exemplum hujus loci *fundit, fugat, exuit castris* legi posset.

castris exutus fuisset? quo ultra iram violentiamque ejus excessuram fuisse, quam ut verberaret necaretque? Quam conveniens esse, propter Q. Fabium civitatem in laetitia, victoria, supplicationibus, ac gratulationibus

Nam similiter fere 28, 28, 9. *Quatuor exercitus Karthaginiensium fudi, fugavi, Hispania expuli.* Certe hoc loco nihil mutandum puto. Paullo ante *Quod enim*, pro *Quid*, Voff. 2. et Harlej. 3. errore scribarum. V. ad 38, 10, 1. *Quid enim tandem passurum fuisse filium fuisse suum* Florent. unde Doct. Salvin. legendum conjiciebat *fuisse filium jussuros suum.* Sed potius videtur, ut dicamus, librarium per errorem *fuisse* bis scripsisse, vel in cod. duas lectiones invenisse *fuisse filium*, et *filium fuisse*, atque utramque expressisse.

Quo ultra iram violentiamque ejus excessuram fuisse] Pal. sec. *quid ultra iram violentiamque ei excessurum fuisse.* GEBH. Ita et Portug. et Haverk. neque multum differunt Lovel. 2. et Harlej. 2. nisi quod in priori insuper sit *accessurum*, in posteriori *fuisset.* Insuper *quid ultra* est in Leid. 2. *quod ultra* in Lovel. 1. Praeterea *ei* etiam Voff. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. Ceterum omnia haec verba desiderantur in Voff. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. Mox *τὸ ut* deest in Portug. Sed praeterea *verberaretur necareturque* praeferunt Lov. 4. et Harlej. pr.

§. 20. *Propter Q. Fabium civitatem in laetitia, victoria, supplicationibus ac gratulationibus esse*] Vet. lib. *propter Q. Fabii victoriam civitatem in laetitia, supplicationibus, ac gratulationibus esse.* SIG. MS. *Quam conveniens esse, propter quem civitas in laetitia victoriae, supplicationibus ac gratulationibus esset; eum, propter quem Deûm delubra paterent* etc. Optime. tamen deleas oportet *τὸ eum*, et postea praeponas *τῷ nudatum*. ut sit, *eum nudatum virgis lacerari.* KLOCK. Repraesentat Sigonii lectionem Pal. sec. nec multum dissonat Camp. Sed reliqui duo Pall. *conveniens esse, propter Q. Fabium civitatem in laetitia, victoria, supplicationibus ac gratulationibus esse.* GEBH. A mala manu est, quod finxit hic Sigonius. Vett. edd. et meliores scripti: *propter Q. Fabium civitatem in laetitia, victoria, supplicationibus ac gratulationibus esse.* Scilicet insolens visum *in victoria esse.* Num insolentius illo apud Sallustium Jug. [14.] *Semperne in sanguine, ferro, fuga versabimur?* Plinius N. H. 7, 7. *Tu qui fortunae munera amplexaris, et te ne alumnum quidem ejus existimas, sed partum; tu cujus semper in victoria mens; tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens.* J. FR. GRONOV. Sigonii vet. lib. consentiunt Portug. Gaertn. Haverk. et Hearnii Oxon. B. nisi quod *in laetitia, in supplicationibus* habeant eorum primus et tertius. Illud autem *in victoria esse* insolentius videri nequit, quam *in pace esse* supra 5, 4, 13. *esse in induciis* 7, 38, 1. quibus locis alia vide. *in libertate esse* 2, 15, 3. *in concordia esse* 35, 39, 6. *in seditione esse* 36, 17, 9. et 42, 5, 7. *in amicitia esse* 36, 35, 8. et apud Nepot. in Hann. 2. *ἐν ἔχθρᾳ εἶναι* apud D. Lucam Evang. 23, 12. Ceterum *Quam* deest in Voff. 2. et Lovel. 3. *Quam conveniens esset* praefert Lovel. 2. et Harlej. 2. et ita vir doctus ad marginem ed. Curionis legendum conjecit. Verum, hoc, aeque ac

21 *eſſe: eum, propter quem Deûm delubra pateant, arae sacrificiis fument, honore, donis cumulentur, nudatum virgis lacerari in conspectu populi Romani; intuentem Capitolium atque arcem, Deosque ab se duobus proeliis*

22 *haud fruſtra advocatos? Quo id animo exercitum, qui ejus ductu auspiciisque viciſſet, laturum? quem luctum in caſtris Romanis, quam laetitiam inter hoſtes fore?*

23 Haec, simul jurgans, querens, Deûm hominumque fidem obteſtans, et complexus filium, plurimis cum lacrimis agebat.

praecedentia et sequentia, per infinitivum enunciari, convenientius eſt. Praeterea *propterque Fabium* Voſſ. 2. Leid. 1. et Fragm. Hav. V. ad Livii 22, 31, 7. *propter quem Fabium* Lovel. 4.

§. 21. *Eum, propter quem Deûm delubra pateant*] *eumque, propter quem* Voſſ. 1. et Lovel. 1. *eumque, per quem* Leid. 2. V. infra ad Epit. Liv. 84. Deinde vox *Deûm* omittitur in Rom. ed. anni 1472. Mediol. anni 1480. 1495. et 1505. ac quibusdam aliis; quam Parm. utraque Tarvis. Ascensii omnes, et inde reliquae cum omnibus scriptis recte servant. V. ad 5, 30, 1. *delubra Deûm* Lovel. 4.

Deosque ab se duobus proeliis haud fruſtra advocatos] *Deos ab se* Lovel. 3. *Deosque a se* Gaertner. Tum *dubiis proeliis* Portug. in contextu. *duobus plus* Fragm. Hav. Sed scriptum fuerat *pliis*. inde nullo negotio negligens librarius illud finxit. Paullo ante *in conspectu RP* Harlej. 1. Praeterea *intuente*, pro *intuentem*, Voſſ. duo, Leid. 1. Harlej. 1. Lov. 3. Gaertn. et Fragm. Hav.

§. 22. *Quo id animo exercitum* etc. *laturum*] *Quod animo exercitum* Lovel. 2. *Quid animo exercitum* Leid. 1. et Harlej. 1. *Quid animos exercitum* Voſſ. 2. Lov. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. *Quos animos exercitum* Lovel. 4. Praeterea *vicerit*, pro *viciſſet*, idem Lovel. 4. Mox *laetitiam in hoſte fore*, pro *inter hoſtes*, Harlej. 2. Alibi saepe *inter*, sive *int'*, et *in* confunduntur. V. ad 38, 57, 6. Ultima autem litera vocis *hoſtes* intercepta eſt a prima vocis sequentis. V. ad 4, 33, 11.

§. 23. *Jurgans, querens, Deûm hominumque fidem obteſtans*] *jurgans querelis* Lovel. 4. *jurgans querensque* Harlej. 2. Lovel. 2. Portug. Haverk. et edd. Frobeniana anni 1531. antiquiores, nisi quod Aldus quidem in contextu conjunctionem omiserit, sed tamen inter errata eamdem revocandam monuerit. Praeterea Haverk. legit *fidem obteſtatus*; qua forma etiam supra dixit 7, 41, 7. *Salonius, obteſtatus Patres conscriptos, ne suum honorem pluris, quam concordiam civitatis, aeſtimarent, perpulit, ut* etc. Uni tamen, et quidem huic teſti, non credo. Mox *τὸ et* deficit in Portug. et Haverk.

Plurimis cum lacrimis agebat] *lacrumis* diserte hic Florent. De

XXXIV. Stabat cum eo senatus majeſtas, fa- 1
vor populi, tribunicium auxilium, memoria absentis exercitus. Ex parte altera *imperium invictum* 2
populi Romani, et disciplina rei militaris, et dictatoris edictum pro numine semper observatum, et Manliana imperia, et poſthabita filii caritas publicae utilitati, jactabantur. *Hoc etiam L. Brutum, conditorem* 3
Romanae libertatis, antea in duobus liberis feciſſe. nunc patres comes, et senes faciles de alieno imperio spreto, tamquam rei parvae, disciplinae militaris eversae ju-

varia ratione, qua vocabulum hoc et inde derivata scribantur, v. Pierium ad Virgil. 6. Aen. 1. Voſſ. in Etymol. ling. Lat. et Dausquej. de Orthogr. part. 2. v. *Lacrimae.* Deinde *ajebat* Lovel. 2. Harlej. 1. a m. 2. inter versus, Harlej. 2. Portug. Haverk. Neap. Latinii, et Hearnii Oxon. N. in margine. Sed vulgatum placet. *agebat* dictum eſt, quemadmodum *peragere sententiam*, de quo infra v. ad 34, 31, 19. Ceterum voces hae frequenter in Mſtis commutantur. V. supra ad 1, 26, 10. 2, 23, 4. 3, 31, 6. c. 49, 3. c. 57, 1. c. 58, 5. c. 64, 9. c. 65, 3. 5, 20, 7. 7, 5, 3. c. 26, 7. c. 33, 17. 9, 8, 14. 10, 13, 9. 28, 26, 14. 35, 10, 8. et alibi.

§. 1. *Stabat cum eo senatus majeſtas, favor populi*] *Cum eo ſtabat* Gaertn. Deinde *populi favor* Leid. 2. Lovel. 1. et Harlej. 2. Mox *et memoria* idem Harlej. 2. addita priori vocula.

§. 2. *Ex parte altera imperium invictum populi Romani, et disciplina rei militaris*] *Ex altera parte* cdd. ante Aldum. Tum *imperium populi Romani* Harlej. 1. *imperium injunctum populi Romani* Fragm. Hav. V. infra ad 9, 16, 14. *imperium invictum populus Romanus* Voſſ. 2. et Lovel. 3. quae lectio inde nata eſt, quod, quum per notas *invictum P.R.* librarius scriptum reperiſſet, in iis exponendis errarit. V. ad 39, 47, 10. Ceterum, judice Doujatio, facilius conſtabit sententia, si legamus *ex disciplina militari*, ut velit Livius, per eam ſtetiſſe, invictumque eſſe imperium Romanum. Sed nihil muto. Nam ita disjunctim *imperii* et *disciplinae militaris*, tamquam duarum diversarum rerum, meminit iterum Livius cap. seq. §. 4. *Vicit disciplina militaris, vicit imperii majeſtas.*

Et dictatoris edictum pro numine semper observatum] *Tò et* male omittitur in Gaertn. Tum *semper observatum pro numine* Voſſ. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *observatum semper pro numine* Portug. et Haverk.

§. 3. *Nunc patres comes, et senes faciles de alieno imperio spreto*] Lege *dictatorio imperio spreto.* Cetera ut mittam, quae iſthaec Latinitas *corruptae disciplinae gratiam tibi facio de imperio alieno spreto?* T. FABER. Locus re vera obscurus, qui nescio an parva transpositione clarior fieri poſſit: *senes faciles de alieno*,

4 *ventuti gratiam facere. Se tamen perstaturum in in-*
cepto: nec ei, qui adversus dictum suum, turbatis re-
ligionibus ac dubiis auspiciis, pugnasset, quidquam ex
5 *justa poena remissurum. Majestas imperii perpetua ne*
esset,

tamquam rei parvae, disciplinae militaris spreto imperio eversae, juventuti gratiam facere. Neque enim video, quare dici non possit *gratiam facere de alieno*, cum *largiri de alieno* usitatum sit. Addit autem *de alieno*, quia res solum dictatorem L. Papirium spectabat: et *spreto imperio*, quia et aliae viae sunt, quibus disciplina militaris tolli potest. Putabam nonnumquam tolli posse τὸ *de*; ita ut *alieno imperio spreto* referatur ad *patres* et *senes*, qui, spreto dictatoris imperio, L. Manlio gratiam faciebant eversae disciplinae. GISB. CUPER. Neque Doujatio Fabri conjectura placuit, partim quia ejus rei jam satis mentio facta fuit, cum dictum est, *dictatoris edictum pro numine semper observatum*, partim quia acutius hoc et amarius dicitur *de alieno imperio*, quum Fabius pater non aeque facilis futurus esset in suo imperio spreto. Vulgatum deinde defendit, dicendo Fabrum meminisse oportere, quam saepe Livianae historiae majestas supra grammaticorum minutias adsurgat. Illud autem *de alieno imperio spreto* non revocandum putat ad *gratiam facere*, sed per parenthesin dictum, ut, si quid desit, facile suppleri possit, velut (cum agitur *de alieno imperio spreto.*) Verum neque ipsi haec sententia satis placuit, unde tandem eo delabitur, ut, deleta praepositione *de*, scribendum judicet *alieno imperio spreto*. Quod et Cupero in mentem venisse adparet. Neque video, quum omnes codd. vulgatam scripturam servent, quid minus a recepta lectione discedens in mentem venire possit. Acutioribus itaque locum considerandum trado. Ceterum *patres duces* Portug. in contextu, Gaertn. et Haverk. *patres omnes* Lovel. 4. et ed. Mediol. anni 1505. In verbis praecedentibus *etiam* deerat in Portug. in sequentibus vero *facere gratiam* transpositis vocibus legunt idem et Haverk.

§. 4. *Perstaturum in incepto; nec ei, qui adversus dictum suum*] *perstiturum in incepto* Lovel. 2. V. infra ad 37, 25, 2. *perstaturum incepto* Leid. 2. Lov. 3. Harlej. 2. Haverk. Fragm. Hav. et praeter Romanam anni 1472. reliquae, quas vidi, edd. principes Aldo priores. Male. V. ad cap. praec. §. 6. Deinde *adversus edictum suum* Voss. 2. Lovel. 3. Klock. Haverk. Neap. Latinii, editique priores usque ad Aldum. Optimi stant pro vulgato, quod ideo etiam praeferendum non dubito. V. quae infra notantur ad 22, 25, 13. Mox *aut dubiis auspiciis*, pro *ac*, Lovel. 4.

§. 5. *Majestas imperii perpetua ne esset, non esse in sua potestate*] Voces *Majestas imperii*, ut et praecedens *remissurum*, perperam omittuntur in Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *perpetua nec esset* Gaertn. *perpetua necesset* Harlej. 1. Tum *sua in potestate* Voss. 1. et Lovel. 1. V. ad 2, 19, 8.

Papirium nihil de ejus jure deminuturum. optare ne potestas] Pall. tres omittunt praepositionem *de*.

esset, non esse in sua potestate. L. Papirium nihil de 6
ejus jure deminuturum. optare, ne potestas tribunicia, inviolata ipsa, violet intercessione sua Romanum imperium, neu populus in se potissimum dictatorem et jus dictaturae exstinguat. Quod si fecisset, non L. Papi- 7

Amplius Campanus, sed perperam, *nihil ejus diminuturum optare.* GEBH. *Papirium nihil ejus jure deminuturum*, vel *diminuturum*, Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. Harlej. 1. Portug. Klock. et Haverk. *nihil ejus jure diminutum ut optare* Voss. 2. *nihil ejus jure dimicaturum* Fragm. Hav. *nihil ejus vitae deminuturum* Harlej. 2. *nihil ejus dimicaturum* Gaertn. *nihil ejus diminuturum* Leid. 1. et Lovel. 4. *nihil ejus diminuturum. ut optare* Lovel. 3. *nihil ejus jure deminutum. optare* Florent. pro quo Salvin. legendum conjicit *nihil ejus deminutum optare.* Verum, quemadmodum mens Livii exigit, ut *optare* ad sequentis periodi initium referatur, ita, quum omnes codd. in expellenda praepositione consentiant, animus eo ferme propendet, ut probem codd. qui etiam vocem *jure* expellunt, ac legam *Papirium nihil ejus deminuturum.* Nam *deminuturum* potius, quam *diminuturum*, legendum esse, supra vidimus ad 2, 1, 7. nisi quis praeferendum censeat *nihil ejus jus deminuturum*, ut ita in codd. in quibus vox *jure* non adparet, *jus* interceptum sit a praecedentis ultima syllaba. Similiter fere supra 4, 24, 8. *Quamquam deminutum censurae jus noluissent.* Neque fore existimo, qui credant, conjecturam hanc propter ὁμοιοτέλευτον *ejus jus* rejiciendam esse. Nam ita etiam Livius 4, 7, 3. *Non tamen pro firmato jam stetit magistratus ejus jus.* ut accedit tertia vox *magistratus* iisdem literis finiens. Ibidem quoque unus codex similiter τὸ *jus* omisit. (* v. ad 5, 46, 3.)

§. 6. *Potestas tribunicia, inviolata, ipsa violet*] Cl. Jac. Perizonius ad marginem Livii aliter distinguebat hoc modo, *potestas tribunicia, inviolata ipsa, violet.* Et ita jam locum interpunxit Cl. Hearne.

Neu populus Romanus in se potissimum dictatorem et jus dictaturae exstinguat] *ne* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Fragm. Hav. V. ad 2, 15, 2. Tum vox *Romanus* exsulat a Florent. Voss. utroque, Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. Harlej. utroque, Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Et videtur vox illa commode abesse posse. Ita supra hoc cap. *favor populi* cum Fabio stetisse dicitur, et mox *pravum populi judicium* memoratur. Eam itaque delevi. Deinde *potentissimum dictatorem* Gaertn. et Portug. in contextu. Alibi etiam hae voces male in Mstis confunduntur. V. supra 2, 53, 3. 5, 12, 12. (* 39, 40, 1. Ita apud Symm. 2. Ep. 7. legendum *resistitur potentiori* pro *potiori.*) et Cel. Burmann. ad Suet. Caes. 28. Praeterea *et* deest in Leid. 2. et Lovel. 1. An legendum *in se potissimum dictatore jus dictaturae exstinguat?* Puto enim vix Latine dici posse hoc sensu, quem locus requirit, *exstinguere dictatorem.* vel, si Latine dici potest, non differt ab eo, quod additur, *exstinguere jus dictaturae;* adeoque addi non adtinebat. Eadem conjectura etiam Cl. Dukero in mentem venit; cui

rium, sed tribunos, sed pravum populi judicium, nequidquam posteros accusaturos: quum, polluta semel militari disciplina, non miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus consulis, non
8 *magister equitum dictatoris pareat imperio; nemo ho-*

eaedem obstabant difficultates in vulgata scriptura.

§. 7. *Non L. Papirium, sed tribunos, sed pravum populi judicium*] *nec tribunos* Portug. et Gaertn. [Veith.] Male. V. supra ad 3, 21, 2. Hinc *parvum populi judicium* Florent. Leid. 2. et quaedam ex antiquioribus edd. vitiosa literarum transpositione. V. ad 29, 37, 16. *populi primum judicium* Gaertn. Mox *accusatores* pro *accusaturos*, Voss. 1. a m. 1. Leid. 2. et Lovel. 1.

Quum, polluta semel militari disciplina, non miles centurionis, etc.] *et quum* Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *polluta simul* Portug. Alibi saepe ita peccasse scribas, infra videbimus ad 24, 22, 14. Insuper *non miles centurioni, non centurio tribuno, non tribunus legato, non legatus consuli, non magister equitum dictatori pareat imperio* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. 2. et Hearnii Oxon. C. quod probare non audeo, quamvis etiam eadem ratione *dicto parere alicui*, pro *alicujus*, ex conjectura emendet Gronov. supra hoc lib. c. 4, 2. *dictatorio pareat imperio* Voss. 2. et Lovel. 3. Voces *pareat imperio* non comparent in Portug.

§. 8. *Nemo hominum, nemo Deorum verecundiam habeat*] *nemo Deorum, nemo hominum*, transpositis vocibus, Portug. quasi conveniret, Deos ante homines memorari. Verum similia non observarunt Romani, certe Livius saepe neglexit. Ita *equi virique* dixit. V. infra ad 21, 27, 1. filius Perseus de se et patre Philippo *nec me, nec te*. V. ad 40, 10, 5.

§. 9. *In pacato, in hostico errent*] Voss. [pr.] *in hostico errarent*: sed suprascriptum ultimae voci *co*, quasi vellet *coërrent*. Quod verbum legas apud Paullum l. 2. π. 3. D. de officio praefecti vigilum. *Per totam noctem vigilare debere et coërrare calceatum*. J. FR. GRON. Posterius *in* omittitur in Lovel. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. ejus loco *etiam* habet Lovel. 4. Tum *hostico erraent* Florent. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Fragm. Hav. Hearnii Oxon. L. 2. B. N. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. *hostico coërrarent* Leid. 1. Lovel. 1. et apud Hearnium L. 1. ac C. *hoste concurrent* Haverk. *hoste coërrent* Lovel. 2. *hosti coërrarent* Leid. 1. *hosti coërrent* Lovel. 4. quae quatuor posteriorum codd. lectiones ostendunt, verbum *coërrare* potius librariorum, quam Livii, esse: illudque unice imperitae literarum in suas voces distributioni originem hoc loco debere. Eorum autem codicum auctoritatem firmant illi Msti, qui vel nihil mutant, vel certe primam τοῦ *coërrare* syllabam nesciunt: inter quos etiam sunt plerique optimi. Simili fere modo peccant codd. infra 36, 43, 6.

Licentia sola, qua se, ubi velint, exauctorent] *qua* redundat. GELEN. Thuan. et Chiffl. *sola va se.* Unde Rubenius *licentia sola duce se.* Video et in margine Vossiani alterius *uai*. Alter *sola, qua se*

minum, nemo Deorum verecundiam habeat; non edicta imperatorum, non auspicia observentur; sine commeatu 9
vagi milites in pacato, in hostico errent, inmemores sacramenti, licentia sola se, ubi velint, exauctorent; infrequentia deserantur signa; neque conveniatur ad edi- 10

ubi. Numquid *licentia sola vagi se exauctorent?* J. FR. GRON. *licentia sola, qua se* etiam Lovel. 3. Gaertn. Fragm. Hav. et edd. Aldina, eamque secutae usque ad Gelenium. et hanc lectionem Doujatius probat, verba ita distinguens, *licentia sola, qua se, ubi velint, exauctorent, infrequentia deserantur signa.* Verum *licentias sola vase* praeferunt Leid. 1. et Lovel. 4. *licentia sola vase* Harlej. 1. *licentia sola vasa* Lovel. 2. *licentia sola, ubi velint* Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 2. Portug. Klock. Haverk. et editi ante Aldum. Gronovii emendatio minus placet, quum vox *vagi* modo praecesserit. Licet enim, easdem voces repetere Livio familiare esse, docuerim ad 1, 3, 9. non tamen id sine codd. Mstorum auctoritate captandum existimo. Nihil itaque propius videtur, quam ut vulgatum servemus; quod in uno superest Florent. optimo, et commodum sensum praebet. Tum *ubi velut* Leid. 1. Lovel. 4. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. Deinde *excutiant* Lovel. 2. et Hearnii Oxon. C.

Infrequentia deserant signa; neque conveniant ad edictum, nec discernant] A nimia Curionis est cura. Gryphius anno ante cum prioribus editis et scriptis ediderat *deserantur, conveniatur, discernatur*, non sine lepore per ipsam illam varietatem, quae displicuit. Sed et medii verbi eamdem formam saepius abolevisse corruptores librorum observavi. Sic apud Caesarem Gall. 6, 35. *Tribus horis Atvatucam veniri potest. Huc omnes suas fortunas exercitus Romanus contulit.* Sic inculpatae membranae Claud. Menardi. At vulgo, *venire potestis.* De Civ. 1, [67.] *Posse prius ad angustias veniri, quam sentirentur.* J. FR. GRON. Tria haec verba passiva forma *deserantur, conveniatur, discernatur* constanter supersunt non modo in editionibus illa Curionis antiquioribus, verum etiam in omnibus Mstis, nisi quod medium *conveniant* active sit in Florent. et Haverk. in quo tamen Gronov. facile consentio, id potius *conveniatur* legendum esse, quia forma hac minus frequens, ideoque librariis minus cognitum est, qui similia in notiora mutare consueverunt: praeterquam quod etiam passim *conveniat*, sive *conveniant*, et *conveniat*, sive *conveniatur*, aliaque ejusdem formae in Mstis commutentur. V. ad 38, 40, 1. Hanc itaque priorum editionum lectionem Curio eam ob caussam, ut Gronovius docuit, mutavit, quia praecedentia ac sequentia active proferuntur, et haec diversitas ipsi displicebat; quam Livius tamen ubique captavit. Supra 3, 46, 5. *Placuit, inpigros juvenes perg re inde recta ad portam, et Virginium adciri e castris.* 4, 2, 7. *Primo, ut alter consul ex plebe fieret, id modo sermonibus tentasse; nunc rogari.* ubi quaedam etiam exempla notantur. c. 6, 8. *Eo deducta res est, ut tribunos militum consulari potestate promiscue ex Patribus ac plebe creari sinerent, de consulibus creandis nihil mutaretur.* 5,

ctum, nec discernatur, interdiu nocte, aequo iniquo loco, jussu injussu imperatoris pugnent; et non signa, non ordines servent; latrocinii modo caeca et fortuita,
11 *pro sollemni et sacrata militia sit. Horum criminum*

39, 11, *Placuit* etc. *sacra publica a caede ab incendiis procul auferre, nec ante deseri cultum eorum.* 6, 24, 10. *Optimum visum est, in fluctuantem aciem tradi equos, et pedestri pugna invadere hostem.* 10, 21, 6. *Supplicationem ob rem bene gestam consulis nomine decernunt: justitium remittitur.* ubi etiam unus cod. cum vett. edd. *remittunt.* 21, 8, 9. *Quo acrius et consertim magis utrimque pugnabant, eo plures vulnerabantur.* ubi olim etiam editum est *pugnabatur.* c. 38, 6. *Eo magis miror ambigi, quanam Alpes transierit; et vulgo credere, Penino transgressum.* ubi etiam varie locum tentant viri docti. 33, 3, 4. *Tirones ab decem et sex annis milites scribebat, et emeritis quidam stipendiis ad signa revocabantur.* 38, 6, 3. *Arma capiunt, et omnibus portis ad opem ferendam effunduntur.* 40, 2, 3. *In prodigium versa ea tempestas, procurarique aruspices jusserunt.* c. 24, 1, *Fuga per Paeoniam praeparata arguebatur; et corrupti quidam, ut comites itineris essent; maxime falsae literae T. Quinctii urguebant.* 42, 24, 8. *Agrum, qua cujusque sit, possideri velle: nec novos statuere fines, sed veteres observari, in animo habere.* Sic etiam Val. Max. 7, 2. ext. 14. *Ut illas infirmiora animalia retinere, valentiora transmittere; ita his humiles et pauperes constringi, divites et praepotentes non adligari.* Ita viri docti ediderunt, et confirmant duo Msti Trajectini. Alii legunt *illis retineri, transmitti.* Silius Ital. 3, 456.

Nunc celso capite et cervicibus arma tuentur,
Nunc validis gurges certatim frangitur ulnis.

Et ita etiam alii. Ceterum *nec*, pro *neque*, Voss. 2. et Lovel. 3. quomodo dedisse videntur, quia mox iterum *nec* sequitur. Sed v. ad 9, 9, 14. Tum *concinatur*, pro *conveniatur*, Gaertn. Deinde *ad edicta* Lovel. 2. *ad delicta* Lovel. 4. Insuper *ne*, pro *nec*, Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. V. ad Livii 3, 47, 7.

§. 10. *Injussu imperatoris pugnent*] Detracta erat una dictio. Legendum enim *jussu injussu imperatoris*. GELEN. Vox *jussu* deest in omnibus scriptis et edd. antiquis. Sed excidisse videtur ob similitudinem vocis sequentis: quam recte Gelenius, ejusque monitu Frobenius in ed. anni 1535. revocarunt. Deinde *pugnet* Leid. 2. et Lovel. 1. *pugnet̃*, id est *pugnatur*, Lovel. 2. ut ita conveniat praecedentibus. Sed reliquos codd. qui vulgatum tuentur, sequor.

Et non signa, non ordines servent; latrocinii modo caeca] Haec minus cohaerere visa sunt librariis Voss. 2. et Lovel. 3. ideoque, ut melius connecterentur, scripserunt, *et, si non signa ordines servent, latrocinii modo.* Sed, interruptas ac concisas has periodos Livio non displicuisse, infra videbimus ad 21, 36, 4. Praeterea elegans illud *non signa, non ordines* ac vere Livianum est. Ita enim supra locutus est 2, 23, 13. *Patrum qui abessent, non casu, non metu, sed inpediendae rei caussa abesse.* c. 55, 8. *Adparebatque omne discrimen adesse: nihil cuiquam sanctum, non publici fore, non privati juris.* 4, 43, 10. *Non exercitum,*

vos reos in omnia secula obferte, tribuni plebi: vestra obnoxia capita pro licentia Q. Fabii objicite.

XXXV. Stupentes tribunos et suam jam vicem magis anxios, quam ejus, cui auxilium ab se pete- 1

non ducem scribendo exercitui esse? 6, 6, 4. *Non aestus, non frigora pati possint?* et inferius eodem cap. §. 17. *Ea demum Romae libertas est, non senatum, non magistratus, non leges, non mores majorum, non instituta patrum, non disciplinam vereri militiae.* c. 39, 13. *His corporibus, quibus non arma ferre, non tueri patriam possent.* 6, 4, 10. *Laborque continuus, non die, non nocte remissus, subegit eos.* hoc lib. c. 32, 16. *Militum animis subdere ignem, ac materiam seditioni, non esse aetatis, non prudentiae ejus.* hoc cap. supra, *Non edicta imperatorum, non auspicia observentur.* 9, 37, 10. *Non signum certum, non ducem sequentes.* Alia v. infra ad 40, 15, 5. Hinc neque probandi sunt librarii Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. qui dederunt *et non signa et non ordines.* Mox *et pro solemni et sacrata* Leid. 1. Lovel. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. *etiam pro sollemni et sacrata* Lovel. 4.

§. 11. *Horum criminum vos reos in omnia secula obferte tribuni plebei*] *vos reos injuria in omnia secula offert et tribuni* Lovel. 2. *offert et* etiam Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. et Gaertn. *offerre tribuni* Leid. 2. et Lovel. 1. *offerentes et tribuni* Fragm. Hav. Deinde *tribuni plebei* edidit Clericus, quod in nullo cod. reperi. *plebis* habuerunt primae edd. usque ad Cel. Jac. Gronovium. consentientibus Voss. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Jac. Gronovius deinde substituit *plebi*, quod superest in Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. alii omnes ambigue *tribuni pl.* V. ad 2, 42, 6.

Vestraque obnoxia capita pro licentia Q. Fabio objicite] *pro licentia M. pr Fabii obicite* Fragm. Hav. *pro licentia P. Q. Fabici obici* Leid. 1. *pro licentia P. Q. Fabii obicit* Lovel. 2. *pro licentia paterque Fabii obicit* Lovel. 2. *pro licentia paterque Fabii obicit* Voss. 2. et Lovel. 3. *pro licentia paterque Fabii obicite* Gaertn. *pro licentia Fabii objicite* Voss. 1. Leid. 2. Harlej. 1. et Portug. *pro licentia Q. Fabii obici* Lovel. 4. *pro licentia Q. Fabii obicite* Florent. Lovel. 1. Harlej. 2. Klock. Haverk. et Hearnii Oxon. N. neque aliter est in edd. antt. usque ad Gruter. qui *Q. Fabio* subposuit; sed, ut videtur, operarum errore, licet id recentiores servarint. Non enim capita obnoxia Fabio objecturi erant pro licentia, sed posteris sive omnibus seculis pro licentia Fabii. Priscam igitur lectionem revocavi.

§. 1. *Tepentes tribunos*] Quid (malum) *Tepentes? Stupentes* lege. GELEN. Pall. duo *Tepentes.* Legendum omnino videtur *Haerentes.* Cic. Philipp. 2, 29. *Haerebat nebulo; quo se verteret, non habebat.* Juven. sat. 6, [280.]

Dic aliquem, sodes, dic, Quinctiliane, colorem;
Haeremus.

GEBH. *Tepentes* etiam Voss. 2. Leid. 1. et Lovel. 2. 3. ac 4. Ex simili autem lectione, in duobus Pall. obvia, Gronov. in prima ed. notarum scribendum conjecit *Torpentes*: quod recte in repetitis curis omisit, quum reliqui codd. *Stupentes*, quod Gelenius reposuit, servent. Id autem

batur, liberavit onere consensus populi Romani, ad preces et obtestationem versus, ut sibi poenam
2 magistri equitum dictator remitteret. Tribuni quoque, inclinatam rem in preces subsecuti, orare dictatorem insistunt, ut veniam errori humano, veniam adolescentiae Q. Fabii daret: satis eum poe-
3 narum dedisse. Jam ipse adolescens, jam pater M.

huic loco recte convenit; et alibi etiam librarii *Stupere* ac *Tepere* in Mstis commutarunt. V. Cel. Burmann. ad Nemes. Ecl. 1, 13. Mox *auxilium ab se petebant* Hearnii Oxon. L. 1. De quo errore vide infra ad 38, 40, 1. *auxilium ab se petebantur*, utraque quasi scriptura juncta, Lovel. 2. *auxilium a se petebatur* Gaertn.

Consensus populi Romani ad preces et obtestationem versus] Palat. sec. *obtestationes*. At primus *consus populus Romanus ad preces et obsecrationem versus*. tert. *census populus Romanus ad preces et oblectationem versus*. GEBH. Ita 3, [34, 5.] *Eas leges habiturum populum Romanum, quas consensus omnium, non jussisse latas magis, quam tulisse videri posset*. 6, [22, 7.] *Comitiisque jurare parato in verba excusandae valetudini solita consensus populi restiterat*. Vellejus 2, [77.] *Tum expostulante consensu populi, cum Pompejo pax inita*. J. FR. GRON. *senatus populi Romani versus* Harlej 2. *consensus populus Romanus versus* Leid. 2. et Lovel. 1. *census populi Romani versus* Leid. 1. *census populus Romanus versus* Voss. 2. Lovel. 2. 3. 4. et Gaertn. Similem scripturam quum etiam Gronov. in duobus Pall. invenisset, existimans, neminem sibi persuasurum, haec Livii esse, in pr. ed. scribendum conjecit *consensu populus Romanus versus*, vel etiam *consensus populi Romani versi*. Id recte in iterata editione omisit, ejusque loco tria haec testimonia Livii ac Velleji adscripsit, ut vulgatum tueretur. Deinde *ad preces* deest in Lovel. 3. Tum *et obtrectationem* habet Voss. 2. *et oblicterationem* Lovel. 3. *et obsecrationem* Hearnii Oxon. N. Ita *orare* et *obsecrare* jungit Livius infra 29, 15, 13. *Orare atque obsecrare, ut sibi senatum adire ac deprecari liceret*. Si tamen vera est differentia τῶν *obsecrare* et *obtestari*, quam statuit Manut. ad Cic. 2. ad famil. Ep. 1. vulgatum loco non est movendum, quod etiam firmant reliqui et inter eos optimi codices. Ita infra 27, 50, 5. *Matronae, quia nihil in ipsis opis erat, in preces obtestationesque versae*. Et ita *orare* et *obtestari* junguntur 30, 12, 16. *Morte me ut vindices ab Romanorum arbitrio, ore obtestorque*. Mox *dictator* non exstat in Leid. 2. *mittat* autem, pro *remittat*, habet Fragm. Hav.

§. 2. *Orare dictatorem insistunt*] Hic etiam vocem *dictatorem* ignorat Fragm. Hav. Deinde *insisterequе* Portug. a m. 2. *insistant* Gaertn. *insistuntque* Harlej. 2. Illud *que* etiam margini Portug. adscriptum est. Mox *adulescentiae* et §. seq. *adulescens* Florent. *adulescens* etiam Lovel. 4. V. ad 6, 34, 11.

§. 3. *Contentionis obliti*] *contemptionis* Fragm. Hav. solito lapsu

Fabius contentionis obliti, procumbere ad genua,
et iram deprecari dictatoris. Tum dictator, silen- 4
tio facto, *Bene habet*, inquit, *Quirites. vicit disci-
plina militaris, vicit imperii majestas, quae in discri-
mine fuerunt, an ulla post hanc diem essent. Non no-* 5
*xae eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperato-
ris pugnavit; sed, noxae damnatus, donatur populo Ro-*

scribarum. V. ad Livii 25, 38, 20. Mox *deprecati*, pro *deprecari*, Leid. 2.

§. 4. *Tum dictator, silentio facto, Bene habet, inquit*] *Tunc dictator* Portug. Haverk. Fragm. Hav. et multae ex vetustis edd. V. ad 2, 12, 15. *Cum dictator* Gaertn. Vide ad Epit. Liv. 48. circa finem. *Tum dictatori* Leid. 1. et Harlej. 1. Deinde *Unde habet* Voss. 2. et Lovel. 3. *Bene habetis* Lovel. 4. *Bene habe* Leid. 1. et Harlej. 1. *Bene habent* Gaertn. Sed nihil mutandum. Est enim sollemnis formula, de qua dictum ad 6, 35, 8. Mox *vicit disciplina rei militaris* Harlej. 2. cui nullus reliquorum codd. adsentitur.

Quae in discrimine fuerunt, an ulla post hanc diem essent] *fuerat* Lovel. 2. 4. Harlej. 2. et Portug. a m. 2. *fuere* Gaertn. Deinde *ac nulla* Voss. 1. et Lovel. 1. *ut nulla* Portug. *quae nulla* Voss. 2. et Lovel. 3. [*an nulla* Veith.] Tandem *esset* Voss. duo, Leid. duo, Harlej. 2. et Fragm. Hav. Sed nihil mutandum. V. ad 1, 31, 7.

§. 5. *Non noxae eximitur Q. Fabius*] *noxa eximitur* Voss. 2. Lov. 4. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 1. atque in margine N. Ita supra locutus est Livius 6, 24, 8. *Orare singulos universosque, ut se, reum fortunae ejus diei, crimine eximerent.* V. infra ad 33, 23, 2. Sed nec alterum damno. Quinctil. 10. Instit. Orat. 2. p. 900. ed. Burm. *Meretur, qui turbae quamvis bonorum post hos auctorum eximatur.* Val. Flacc. 2, 256.

Exime me sceleri, pater, et miserere piorum.

Suetonius Claud. 11. *Biduum, quo de mutando reipublicae statu haesitatum erat, memoriae eximere.* Curtius 7, 1. *Supplicio magis, quam crimini, fuerat exemtus.* Gell. 4, 20. *Tum notae jam destinatae exemtus est.* Paullus l. 22. §. 4. ff. ad l. Cornel. d. Fals. *Dicamus, eum poenae eximendum esse.* Praeterea Fabii praenomen *Q.* deficit in Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. utroque, et Fragm. Hav.

Noxae damnatus, donatur populo Romano, donatur tribuniciae potestati] *donatus* Haverk. a m. 1. et contra *damnatur populo Romano* Gaertn. Solent in his verbis confundendis errare librarii. V. ad Epit. h. lib. *donatur patri, donatur tribuniciae potestati* Hearnii Oxon. L. 2. Male. Valer. Max. 2, 7, 8. *Testatus est, non poenam illam se Fabio, sed populo Romano et tribuniciae concedere potestati.* Interdum *P. R.* id est *populus Romanus*, et *pr*, id est *pater*, commutantur. V. supra ad 7, 20, 3. Mox *auxilium petenti*, pro *ferenti*, idem Hearnii L. 2. [Veith.]

mano; donatur tribuniciae potestati, precarium non ju-
6 *stum auxilium ferenti. Vive, Q. Fabi, felicior hoc con-*
sensu civitatis ad tuendum te, quam, qua paulo ante
exsultabas, victoria. vive, id facinus ausus, cujus tibi
ne parens quidem, si eodem loco fuisset, quo fuit L. Pa-
7 *pirius, veniam dedisset. Mecum, ut voles, reverteris in*
gratiam: populo Romano, cui vitam debes, nihil majus

§. 6. *Quam, qua paullo ante exsultabas, victoria*] Pall. duo, quod in sec. quoque superscriptum reperi, *insultabas victoria*. ubi *insultare* est ferociorem se facere; quod Graeci exprimunt ἐπιγαυροῦσθαι. GEBH. *exinsultabas* Leid. 1. Florent. et Lovel. 1. unde Salvin. scribendum conjecit *insultabas*, quod etiam superest in Lovel. 3. et Hearnii Oxon. N. Mihi nondum vulgatum displicet, et haec lectio ex duarum lectionum conjunctione orta videtur. Praeterea *quamquam paullo ante* Leid. 1. Lovel. 1. et Gaertn. Sed *qua* et *quam* saepe confunduntur. V. ad 6, 35, 9. *quam quae* Lovel. 3. *quam quo* Fragm. Hav. Illud *qua* deest in Klock. et Lovel. 2. Sed a praecedenti interceptum est. *quam in qua* habent edd. Aldina priores, quam praepositionem omnes codd. uno ore repudiant. Paullo ante *Vive* deest in Voss. 2. *Vive quidem, Q. Fabi* habet Leid. 2.

Vive, id facinus ausus] *vives* Leid. 1. Lovel. 2. 4. et Harlej. 1. Quum autem modo dixerit *Vive, Q. Fabi*, hic etiam dicendum esse videri posset, *vive, id facinus ause*; pro quo haud male legitur *ausus*. V. Sanctium 2. Minerv. 6. et quae ibi notavit Perizon. Mox *hoc loco*, pro *eodem loco*, Lovel. 4.

Quo fuit L. Papirius] De se ipso loquitur Papirius, quare minus convenire credidit Cl. Jac. Gronov. in scholis privatis ad Livium, ut uteretur tertia persona. Existimat igitur, legendum esse *quo fui L. Papirius*. Ita infra 45, 22, 2. *In hoc squalore venimus in curiam Romanam Rhodii*. Sed plura v. ad 32, 21, 16. Omnes tamen scripti vulgato adhaerent.

§. 7. *Mecum, ut voles, reverteris in gratiam*] Cic. Phil. 2. extr. *Mecum, ut voles; cum republica redi in gratiam*. J. FR. GRON. *meam, ut voles* Voss. 2. et Lovel. 3. Voces etiam *in gratiam* desunt in Lovel. 4. *reverteris in gratiam populi Romani* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. et Portug. Sed, nihil mutandum esse, constare potest ex loco Cic. a Gronovio laudati, ad quem videndus est Abram. Mox *populoque Romano* Voss. 2. Lovel. 3. et Gaertn. Tum *cui ita te debes* Klock. Hinc *nihil magis*, pro *nihil majus*, Gaertn. V. ad 26, 41, 16. Deinde *praestiterit*, pro *praestiteris*, Voss. 1. et Leid. 2.

Si hic tibi dies satis documenti dederit] *haec tibi dies* Voss. 2. *hic dies tibi* Portug. et Haverk. Praeterea *satis documento dederit* Leid. 2. et Gaertn. Mox τὸ *pati* deest in Voss. 2. *pace uti legitima imperia* legit Fragm. Hav.

§. 8. *Quum se nihil morari magistrum equitum pronunciasset*] Genus dicendi, quo utebantur in

praestiteris, quam si hic tibi dies satis documenti dederit, ut bello ac pace pati legitima imperia possis. Quum 8 se nihil morari magistrum equitum pronunciasset, degressum eum templo laetus senatus, laetior populus, circumfusi, ac gratulantes hinc magistro equitum, hinc dictatori, prosecuti sunt: firmatum- 9 que imperium militare haud minus periculo Q. Fabii,

absolvendo. Sic supra 4, [42, 8.] tribunus plebis, *Sempronium nihil moror.* et Philipp. 13. in Epist. Antonii [c. 17.] *Nihil moror eos salvos esse, et ire, quo lubet.* SIG. De hac formula supra v. ad 4, 42, 8. *magistrum equitum pronunciaret* Harlej. 2. *magister equitum pronunciasset* Lovel. 2. *magister equitum promisisset* Voss. 2. et Lovel. 3.

Digressum eum templo laetus senatus] Vide, quid hic *templum* significet. Paullo ante [c. 33, 9.] dixerat: *Ex curia in concionem itur, quo cum paucis dictator, cum omni agmine principum magister equitum quum ascendisset, deduci eum de rostris Papirius in partem inferiorem jussit. Secutus pater* etc. Quidam curiam Hostiliam intelligunt. GLAR. *Templum* non curiam Hostiliam intelligendum esse puto, ut aït Glareanus quibusdam placere, sed *Rostra*, quae, summoto magistro equitum, dictator adscenderat, et ex eis verba ad populum fecerat. Supra autem Rostra *templum* dici monuimus [hoc lib. c. 14, 12.] SIG. Ex c. 33. *Deduci eum de Rostris Papirius in partem inferiorem jussit*, legendum hic videtur *degressum. Templum* autem vocat Rostra supra c. 14. *Naues Antiatium partim in navalia Romae subductae, partim incensae, rostrisque earum suggestum in foro exstructum adornari placuit, Rostraque id templum appellatum.* GEBH. *digressum* servant omnes, quibus usus sum, codices et edd. usque ad Gronov. qui *degressum* vulgari curavit. cujus sensum eumdem esse Doujatius pronunciat. Sed *degredi* et *digredi* significatione differre, supra vidimus ad 4, 17, 11. Qui rostris adstans inde discedit, a rostris *digreditur*: sed, quum rostra fuerint suggestus sive locus altior in foro, dictator inde descendens proprie rostris *degreditur.* De eodem paullo ante in loco, quem Glareanus laudavit, Livius *escendere* sive *ascendere*, et contra *deducere de rostris in partem inferiorem* usurpavit. Ceterum *extemplo,* pro *eum templo* Lovel. 4. In verbis sequentibus *gratulantes hinc magistrum equitum, hinc dictatorem* Gaertn. Tum *secuti sunt* Lovel. 4. V. infra ad 6, 34, 7. [*circumfusum* Veith.]

§. 9. *Supplicio miserabili adolescentis Manlii*] Vet. lib. *T. Manlii.* Recte. praecessit enim *Q. Fabii.* SIG. Pal. sec. *miserabili adolescentis supplicio T. Manlii.* GEBH. *miserabili supplicio adolescentis Manlii* Lovel. 2. *miserabili adolescentis supplicio T. Manlii* Portug. et Haverk. *T. Manlii* etiam Harlej. 2. et Hearnii Oxon. B. quod Sigonius probavit, quia, quum Fabii praenomen paullo ante additum sit, nunc Manlii vix commode omittitur; cui etiam, sed alio modo, mederi vo-

quam supplicio miserabili adolescentis Manlii, vi-
10 debatur. Forte ita eo anno evenit, ut, quotiescum-
que dictator ab exercitu recessit, hostes in Samnio
moverentur. ceterum in oculis exemplum erat Q.
Fabius M. Valerio legato, qui castris praeerat, ne
quam vim hostium magis, quam trucem dictatoris
11 iram, timeret. Itaque, frumentatores quum, cir-
cumventi ex insidiis, caesi loco iniquo essent, cre-
ditum vulgo est, subveniri eis ab legato potuisse,
12 ni tristia edicta exhorruisset. ea quoque ira alie-
navit a dictatore militum animos, jam ante infen-

luisse videtur librarius Harlej. 1. paullo antea omittendo Fabii praenomen *Q.* quod in reliquis superest, quemadmodum alii omnes hic illud Manlii ignorant. At, saepe, si duo memorentur, alterius praenomen a Livio supprimi, supra vidimus ad 4, 49, 1. Paullo ante *formatumque*, pro *firmatumque*, Voss. 2. V. supra ad 4, 7, 3. Adde viros doctos ad Suet. Claud. 37. Etiam *militare* exsulat a Leid. 2.

§. 10. *Forte ita eo anno evenit*] *Forte eo anno ita evenit* Harlej. 2. Portug. Haverk. et Fragm. Hav. *Forte eo anno evenit* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 2.

Quotiescumque dictator ab exercitu recessit] Voss. alter, et Mureti liber *recessisset*. J. FR. GRON. *recessisset* praeferunt etiam Lovel. 2. 3. Gaertn. et Hearnii Oxon. L. 1. B. C. In Voss. altero autem a m. 1. est *recessit*, pro quo deinde *recessisset* repositum est.

Exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato] *exemplo erat* edd. ante Aldum. Utrumque loquendi genus non tantum aliis, sed et ipsi Livio, in usu fuit. V. infra ad 24, 8, 20. Verum, quum codd. hoc loco in eam, quam Aldus adoptavit, lectionem conspirent, eam veriorem esse censeo. Ceterum praenomen Fabii *Q.* deficit in Lovel. 2. et Hearnii Oxon. C. quod in reliquis constanter superest, nisi quod ejus loco *que* Leid. 1. et *Quinctius* Gaertn. praeferant scribarum errore saepius in Mstis obvio. De priori infra v. ad 22, 31, 7. de posteriori supra ad 3, 1, 1.

Qui in castris praeerat] Lege *qui castris praeerat*, non *in castris*. GELEN. Ut Gelenius emendat, praeferunt omnes mei. Mox *nequaquam vim hostium*, pro *ne quam vim*, Klock. et Gaertn.

§. 11. *Ni tristia edicta exhorruisset*] *tristia dicta* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. de quo infra v. ad 22, 25, 13. Hic tamen optimorum consensus in vulgatam lectionem persuadet, eam praeferendam esse. *tristicia edicta* Portug. Gaertn. et Haverk. De simili scribarum errore v. ad 4, 52, 5. *tristiciae dicta* Leid. 1. Paullo ante *a legato* Gaertn. et editi ante Aldum.

§. 12. *Ea quoque ira alienavit*

sos, quod inplacabilis Q. Fabio fuiſſet; et, quod suis precibus negaſſet, ejus populo Romano veniam dediſſet.

XXXVI. Poſtquam dictator, praeposito in urbe 1
L. Papirio Craſſo magiſtro equitum, Q. Fabio vetito quidquam pro magiſtratu agere, in caſtra rediit; neque civibus satis laetus adventus ejus fuit, nec hoſtibus quidquam adtulit terroris. namque poſtero 2
die, seu ignari veniſſe dictatorem, seu, adeſſet an abeſſet, parvi facientes, inſtructa acie ad caſtra acceſſerunt. Ceterum tantum momenti in uno viro 3

a dictatore militum animos] Pal. sec. *abalienavit.* GEBH. Livius 45, 6, 1. *Omnium ab se abalienavit animos.* Noſtri tamen omnes a vulgato non recedunt. Liv. 2, 30, 3. *Quae res utique alienaſſet plebem.* Mox *inplacabilis queſtio fuiſſet* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. *inplacabilis Q. filio fuiſſet* Lovel. 1. *inplacabilis Fabio fuiſſet* Harlej. 1.

Ejus populo Romano veniam dediſſet] *ejus populi Romani* Voſſ. 1. Leid. 2. Lovel. 1. ut ex praecedenti repetatur *populi Romani precibus*. Quae lectionis varietas inde nata eſt, quod in codd. per compendium scriptum foret *ejus po. R. veniam*, quemadmodum etiam in multis inveni. V. infra ad 39, 47, 10. *ejus populo veniam dediſſet* Harlej. 2. Portug. et Klock. *ei populo Romano veniam dediſſet* edd. ante Aldum.

§. 1. *Pro magiſtratu agere, in caſtra rediit*] *pro magiſtratu agere in caſtris, rediit* Voſſ. 1. et Leid. 2. Ceterum hoc loco iterum Doujatius animi ad verba Livii minus adtenti specimen dedit, monens *hinc*, sive *ex hoc loco*, colligi, magiſtrum equitum ab dictatore abdicari ob culpam, deſtitui alio subſtituto, *urbi etiam praefici* potuiſſe, et prohiberi, ne in caſtra proficisceretur. Adparet, eum verba *praeposito in urbe L. Papirio Craſſo*, quibus Livius indicat, L. Papirium Craſſum a dictatore, quum adhuc in urbe foret, antequam in caſtra profectus eſſet, magiſtrum equitum dictum eſſe, accepiſſe de Q. Fabio, et legiſſe *praeposito urbi*.

§. 2. *Namque poſtero die, seu, ignari veniſſe dictatorem*] *neque poſtero die nam poſtero die* Voſſ. 2. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. V. supra ad 7, 28, 7. Deinde *veniſſet dictatorem* Leid. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav. Paullo poſt *adeſſet seu abeſſet* Leid. 1. et Lovel. 2. Tum *abſtructa acie* Florent. Mox etiam *acceſſere* Harlej. 2. Portug. et Haverk.

§. 3. *Ceterum tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit*] Pall. tres contra normam grammaticorum *Ceterum tanti momenti.* GEBH. Similiter etiam Voſſ. 2. Leid. 2. Lovel. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Erroris cauſſam saepe dedi. V.

L. Papirio fuit, ut, si ducis consilia favor subsecutus militum foret, debellari eo die cum Samnitibus
4 potuisse, pro haud dubio habitum sit: ita instruxit aciem loco ac subsidiis, ita omni arte bellica firmavit. cessatum a milite, ac de industria, ut obtrectaretur laudibus ducis, inpedita victoria est. Plures Samnitium cecidere: plures Romani vulnerati

ad 6, 3, 8. *Ceterum tam momenti*, id est *tamen*, Leid. 1. *Ceterum tā momenti* Lovel. 2. V. ad 3, 46, 1. *Ceterum momenti tantum* Lovel. 4. Tum *in uno viro fuit L. Papirio* Harlej. 2.

Si ducis consilia favor subsecutus militum foret] Prima vocula non adparet in Lovel. 3. Tum *ducis conscilia* praefert Lovel. 1. V. ad 1, 8, 6. Deinde *pavor* Lovel. 2. 3. et Gaertn. V. ad 3, 33, 7. Denique *militum subsecutus* Lovel. 4.

Pro haud dubio habitum sit] Pall. omisso *sit*, legunt *pro haud dubio habitum*. GEBH. Illud *sit* non comparet etiam in Leid. 1. et Lovel. 3. quod intercipi potuit a sequenti *ita*. Praeterea *quod haud dubie habitum* Leid. 2. *quod haud dubio habitum* Voss. 2. Lovel. 1. a m. 2. et Fragm. Hav. *quod pro haud dubio habitum*, juncta utraque lectione, Portug. *haud dubio habitum* Lovel. 4. *haud dubie habitum* Gaertn. *procul dubio habitum* Lovel. 2. Sed vulgatum genuinum est. V. supra ad 7, 6, 8.

§. 4. *Cessatum a milite, ac de industria*] Inicit dictionem Pal. sec. (nam reliqui duo quasi quindecim vocibus manci sunt) *cessatum a milite ira, ac de industria, ut obtrectaretur laudibus ducis, inpedita victoria est*. GEBH. Eamdem vocem interponunt Portug. et Haverk. quorum cum Pal. sec. consensus tanto magis eam vocias suspectam reddit. Voces, quas in Pall. reliquis deesse Gebhardus queritur, fuisse videntur *aciem loco ac subsidiis, ita omni arte bellica firmavit. cessatum a milite, ac de industria, ut*, (quae tamen numero sunt sedecim) quia illae omnes etiam desunt in Lovel. 3. 4. et Voss. 2. Ceterum *ac industria*, omissa praepositione, Gaertn. Verum, praeterquam quod Livius aut quam rarissime, aut potius numquam, particulam *ac* adhibuerit ante voces, quae a vocali incipiebant, ut videbimus ad 10, 36, 17. reliqui omnes *ac de industria* constanter agnoscunt; et Livius ita etiam locutus est 4, 58, 12. *Plebem de industria vexandam militia, trucidandamque hostibus objici*. In verbis praecedentibus *ita* posteriori loco omittebatur in Harlej. 1. adversantibus reliquis. et recte. Solet enim Livius in similium particularum repetitione elegantiam sermonis sectari. V. ad 5, 35, 4. (* Ita 31, 31, 14.)

Ut obtrectaretur laudibus ducis] *ut detrectaretur* Hearnii Oxon. C. *ut obtractaretur* edd. Rom. anni 1472. et Parm. quomodo saepius *detractare*, pro *detrectare*, est in membranis antiquis. V. ad 34, 15, 9. Mox *mulctati sunt*, pro *vulnerati sunt*, Leid. 2.

§. 5. *Temperandum ingenium suum esse, et severitatem miscendam*

sunt. Sensit peritus dux, quae res victoriae obsta- 5
ret: temperandum ingenium suum esse, et severi-
tatem miscendam comitati. Itaque, adhibitis lega- 6
tis, ipse circum saucios milites inserens in tentoria
caput, singulos, ut sese haberent, rogitans, curam
eorum nominatim legatis, tribunisque, et praefectis
demandabat: rem per se popularem ita dexter egit, 7

comitati] Pall. duo *commiscendam*. GEBH. Ferri potest, si intelligas tam id misceri, quod adfunditur, quam id, cui adfunditur. Melius tamen erit, opinor, *comitate*. 40, [8, 3.] *Quum pavorem mistum admiratione patri injecisset*. J. FR. GRON. V. Gronov. ad Senecae Epist. 90. Qui severitatem comitati miscet, is jam ante comis est; sed cavet, ne plus sit, quam satis est: quod in Papirii ingenium non convenit; qui nihil minus, quam comis, ac potius severus sine comitate erat, unde severitatem comitate miscendam sentiebat. Cicero de Universo c. 12. *Voluptate et molestia mixtum amorem*. Nec tam rarum est hoc genus loquendi, ut videtur viro docto in Indice Sallustii. DUK. *temperandum ingenium esse suum* Fragm. Hav. Sed τὸ *esse* omisit Harlej. 2. sequentem voculam *et* Florent. quod Salvinio non displicebat. Deinde *veritatem*, pro *severitatem*, Portug. a m. 1. Tum *comiscendam* Voss. 2. *commiscendam* Lovel. 3. *comitati* vero servant omnes codices. Non contentus tamen Doujatius conjectura Gronovii, insuper legendum censebat *severitati miscendam comitatem*. At, si quid mutandum, longe minus a vulgato recedit id, quod Gronovio, quam quod Doujatio, in mentem venit.

§. 6. *Singulos, ut sese haberent, rogitans*] Flor. *inserens in tentoria caput, singulosque, ut sese haberent, rogitans*. Sed et Rottend. *ipse circumiens saucios*. Tacitus 1. Ann. 71. *Utque cladis memoriam comitate leniret, circumire saucios, facta singulorum extollere, vulnera intuens*. J. FR. GRON. Illud *circumiens* etiam inlustrari posset hoc Sueton. in Tiberio 11. *Diu quid ageret incertus, tamen singulos circuit*. Sed factum dictatoris illo imperatoris Alexandri Severi apud Lamprid. ejus vit. 47. *Aegrotantes ipse visitavit per tentoria milites, etiam ultimos*. In meis tamen omnibus constanter *circum saucios*. Sed *singulosque* unus praefert Harlej. 1. Praeterea *ut se haberent* Lovel. 3. *ut sese haberet* Voss. 1. Leid. duo, Lovel. 2. Harlej. 1. et Fragm. Hav. Mox *tribunis legatisque*, alio ordine, Voss. 1. et Leid. 2.

§. 7. *Rem per se popularem ita dexter egit*] *ita* deficit in Lovel. 4. *ita sedulo egit* praefert Klock. *ita dextere egit* Portug. et Fragm. Hav. Verum ultima litera τοῦ *dextere* repetita est ex initio vocis sequentis, ut alibi saepe factum est. V. ad 40, 7, 8. Vel lectio haec nata est ex interpretis expositione; qui adjectivum *dexter* nunc pro adverbio poni docuit. Id autem Livio familiare esse, infra dicam ad 22, 12, 7.

Animi multo plus militum imperatori reconciliarentur] Lego

ut, medendis corporibus, animi multo prius militum imperatori reconciliarentur; nec quidquam ad salubritatem efficacius fuerit, quam quod grato
8 animo ea cura accepta est. Refecto exercitu, cum hoste congressus haud dubia spe sua militumque, ita fudit fugavitque Samnites, ut ille ultimus eis
9 dies conferendi signa cum dictatore fuerit. Incessit deinde, qua duxit praedae spes, victor exercitus; perlustravitque hostium agros, nulla arma, nullam
10 vim, nec apertam, nec insidiis, expertus. Adde-

multo prius, non *multo plus*. GELEN. Pall. duo *animi multo prius forte debellati militum imperatori reconciliarentur*. GEBH. Illud *plus* demum mihi obvium fuit in ed. Mediol. anni 1480. priores, quas vidi, ut et omnes scripti *multo prius* cum Gelenio praeferunt. V. supra ad 2, 56, 6. Deinde *animi multo prius forte debellati militum* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed *foret debellari*, pro *forte debellati*, praeferunt Leid. 1. et Lovel. 4. *animi multo prius foret rebellati milites* Lovel. 2. Deinde *militum imperatoris* Florent. Leid. 1. et Harlej. 1. *militum* deest in Gaertn. qui tamen etiam *imperatoris* praefert. Hinc *conciliarentur* Leid. 2. Lovel. 1. 3. Portug. et Hearnii Oxon. N. ac B.

Quam quod grato animo ea cura accepta est] Vox *ea* non adparet in Voss. 2. et Lovel. 3. Tum *recepta est* Lovel. 2. Paullo ante *nequicquam*, pro *nec quidquam*, Leid. 1. V. supra ad 9, 18, 5. *ne quam* Florent.

§. 8. *Refecto exercitu, cum hoste congressus haud dubia spe sua militumque*] *spe militum suaque* habet Pal. sec. GEBH. Similiter Leid. 2. Lovel. 1. Portug. et Haverk. Sed insuper *refecto exercito* Lovel. 2. V. supra ad 6, 36, 4. Praeterea *cum hoste congressus est* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 2. Portug. et Haverk.

Ita fudit fugavitque Samnites, ut ille ultimus eis dies] *ira fudit fugavitque* Fragm. Hav. *ira fuit fugavitque* Gaertn. a m. 1. *ira fugit fugavitque* a m. 2. *ira* et *ita* saepissime a librariis confunduntur. V. ad 24, 16, 1. *fudit* autem et *fuit* commutantur supra hoc lib. c. 13, 5. ac *fudit* et *fugit* 28, 17, 6. Deinde *ut ille dies ultimus eis dies* Harlej. 2. *ejus*, pro *eis*, Gaertn. a m. 1.

§. 9. *Incessit deinde, qua duxit praedae spes, victor exercitus*] *Insepsit deinde* Lovel. 4. in contextu. *Tò deinde* deest in Lovel. 3. et Voss. 2. Tum *qua duxit pede spes* Haverk. Deinde *victor exercitum* Lovel. 3. Mox *perlustravit*, pro *perlustravitque*, Harlej. 2.

Nulla arma, nullam vim, nec apertam, nec insidiis, expertus] *nulla arma nullamque vim* habet Pal. sec. GEBH. Flor. *nec ex insidiis*. J. FR. GRON. *nulla arma nullamque vim* etiam Harlej. 2. Male. Supra 3, 10, 14. *Nullum terrorem externum, nullum periculum esse*. 45, 37, 6. *Cui crimen nullum, nullum probrum dicere pote-*

bat alacritatem, quod dictator praedam omnem edixerat militibus: nec ira magis publica, quam privatum compendium, in hostem acuebat. His cladi- 11
bus subacti Samnites pacem a dictatore petiere: cum quo pacti, ut singula vestimenta militibus, et annuum stipendium darent; quum ire ad senatum 12
jussi essent, secuturos se dictatorem responderunt, unius ejus fidei virtutique caussam suam commendantes. ita deductus ex Samnitibus exercitus.

XXXVII. Dictator triumphans urbem est ingres- 1

rat. (* ubi vide.) 10, 22, 6. *Ut uno animo, una mente viverent.* Alia similia supra v. ad 6, 39, 9. *ex*, quod Gronov. ex Florent. profert, in nullo alio mihi obviam fuit. Non tamen displicet. Ex aliis autem excidisse potuit ob vocis praecedentis sonum haud multum diversum.

§. 10. *Addebat alacritatem, quod dictator praedam omnem*] *Adderat* Florent. An voluit librarius *Addiderat*? Sed reliqui vulgatum tuentur. Deinde *omnem praedam* Leid. 2. Lov. 1. Portug. et Haverk.

Nec ira magis publica, quam privatum compendium in hostem acuebat] *nec iram magis publicam* Leid. 1. *nec ira magis quam publicam* Florent. *nec ira magis quam publica* Harlej. 1. *nec magis r. publ.* sive *res publica*, Klock. Vox *publica* deficit in Lovel. 2. Deinde *privatum commodum* Voss. 2. et Lovel. 3. quod ex interpretis glossa natum videtur. Caesar 7. belli Gall. 43. *Capti compendio ex direptis bonis.* 3. belli Civ. 32. *Praeter imperatas pecunias, suo etiam privato compendio serviebant.*

§. 11. *Pacem ab dictatore petiere*] *a dictatore* Florent. Voss. 2. Leid. duo, Lov. 1. 2. 3. 4. Klock. Gaertn. Fragm. Hav. omnesque editi ante Gronov. Deinde *petiverunt* Lovel. 4. *petierunt* Fragm. Hav. Sed tota vox illa exsulat a Leid. 1.

Cum quo pacti, ut singula vestimenta militibus et annuum stipendium darent] Vox *quo* non adparet in Florent. *cum quo pacti sunt, singula vestimenta* habet Lovel. 3. Deinde *et annum stipendium* Leid. 1. *in annum stipendium* Haverk. Supra hoc lib. c. 2, 4. *Extemplo inde exercitus Romanus deductus, annuo stipendio et trium mensium frumento accepto. stipendium in eum annum dixit* 9, 41, 7. *Stipendium exercitui Romano ab hoste in eum annum pensum.*

§. 12. *Secuturos se dictatorem*] Praenomen *se* omittitur in Fragm. Hav. ut mox *suum* in Portug. et Haverk. [*essent, se ituros dictatori* Veith.] *virtutisque*, pro *virtutique*, legit Gaertn.

Ita deductus ex Samnitibus exercitus] Referunt Pall. pr. et sec. *e Samnitibus*. GEBH. Idem mihi etiam obvium fuit in Voss. 2. et Lovel. 3. Deinde *itaque deductus* legunt Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. ac 3. De quo errore infra v. ad 21, 53, 7. *ita reductus* Gaertn. Passim *deducere* et *reducere* commutari, supra dictum est ad 6, 26, 8.

§. 1. *Triumphans urbem est in-*

sus: et, quum se dictatura abdicare vellet, jussu Patrum, priusquam abdicaret, consules creavit C. Sulpicium Longum iterum, Q. Aemilium Cerretanum.

gressus; et, quum se dictatura] Vox *urbem* omittitur in Harlej. 1. a quo etiam ut et ab Fragm. Hav. exsulat τὸ *et*. Mox *priusquam abdicaret se*, addito pronomine, praeferunt Portug. et Haverk. *priusquam se abdicaret* Harlej. 2. Sed quum mox praecesserit, melius hoc in aliis non exstat.

C. Sulpicium Longum iterum] Praenomen abest a Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 3. *Cn. Sulpicium* vocant Hearnii Oxonienses. Similis diversitas etiam supra est hoc lib. c. 15, 1. ubi tamen, ut et hoc loco, recte *Caji* praenomen servant plerique libri. Non modo enim *Cnaei* praenomen in gente Sulpicia inauditum est, sed in tertio etiam consulatu in Fast. Capit. anno CDXXXIX. vocatur *C. SVLPICIVS. SER. F. Q. N. LONGVS.* quem eumdem, sed non addita tertii consulatus nota, memorat etiam Livius 9, 24, 1. ubi recte tantum non omnes codices in praenomen *Cajus* conspirant.

Q. Aemilium Caeretanum] In plerisque libris *Aurelius* legitur anno ab urbe condita CDXXXV. [infra 9, 15, 11.] Sed ego *Aelius* ubique de hoc Caeretano legendum puto. *Aulus*, quia praenomen est, prorsus non quadrat. *Aulius* fortassis magis quadraret, quod quidam substituerunt. GLAR. *Cerretanum* ex Cap. consulibus et vet. lib. SIG. Vetustissimae edd. *Cerretanum*, quod ex Capitolinis fastis confirmat Sigonius. Pal. pr. *te etanum*. sec. *Centanum*. tert. *Tectanum* habent. GEBH. Immo *Aulium*, ut recte Sigonius et Pighius, qui et interpositionem istam, *Aulium quidam annales habent*, putat esse ab studioso, qui tamen scripserit *Aemilium quidam*, tanquam notius nomen. Certe 9, 22, 4. MSS. ubi *Aulius*, non *Aemilius*. J. FR. GRON. Omnes libri mei *Q. Aemilium*, nisi quod *Q. Aemilitum* sit in Leid. 1. *et Q. Aemilium* in Portug. et Haverk. De copula hac addita quid sentiendum sit, supra v. ad 2, 17, 1. Praeterea recte viros doctos *Q. Aulium* restituisse existimo; audaciam tamen Clerici, qui ita etiam in contextu edidit, probare nequeo, quoniam omnes adversentur huic lectioni codices scripti. Insuper *Testanum* Voss. 2. et Lovel. 3. a manu 2. quum antea *Teenatanum* scriptum fuisset. *Centanum* Portug. et Haverk. *Ceranum* Harlej. 2. *Teretanum* Lovel. 4. *Terentanum* Voss. 1. Leid. 2. et Lovel. 1. *Terrentanum* Gaertn. et Fragm. Hav. *Terretanum* Lovel. 1. *Cerretanum* Leid. 1. Harlej. 1. et Klock. cum edd. Rom. anni 1472. ac Parm. quod recte Sigonius in contextum recepit.

§. 2. *Quia de conditionibus agebatur*] Id est, res haerebat, non conveniebat. ut 10, [10, 8.] *De societate haud abnuunt barbari; de mercede agitur, qua pacta acceptaque* etc. Posses alioqui legere *ambigebatur*. Terent. Heaut. [3, 2, 92.]

— — — *Simus et Crito*
Vicini nostri hic ambigunt de finibus.

Justinus 1, [10.] *Cum de regno ambigerent*. Festus in *Silvii*. *Cum inter eos de regno ambigeretur*. J. FR. GRON. Vulgatum in omni-

num. Samnites, infecta pace, quia de conditionibus agebatur, inducias annuas ab urbe retulerunt. nec earum ipsarum sancta fides fuit: adeo, postquam Papirium abisse magistratu nunciatum est, ad-

bus codd. superest. Id tamen displicet; nec propius video, quam, quod Gronovio in mentem venit, *ambigebatur*. quo verbo Livius saepius hoc sensu usus est. Infra 35, 32, 14. *Verbis potius de iis, quae ambigerentur, disceptarent.* 42, 39, 6. *Aliud deinde ambigebatur, cum quam multis transiret.* Eadem autem constructione, qua hoc loco, 3, 71, 7. *Agrum, de quo ambigitur, finium Coriolanorum fuisse.* 40, 15, 4. *Quemadmodum nec nunc sperare regnum, nec ambigere umquam de eo forsitan debeam.* et 42, 29, 5. *Ambigendo de Coelesyria caussam belli se habiturum existimabat.* Etiam sine praepositione 21, 31, 6. *Regni certamine ambigebant fratres.*

Nec earum ipsarum sancta fides fuit] *eorum ipsorum* Harlej. 2. quasi ad *Samnites* referendum sit, quum ad *inducias* referatur. Infra 9, 40, 18. *Ad Perusiam, quae et ipsa induciarum fidem ruperat, dimicat.* 30, 24, 11. *Quum quidam pacis petitae, alii induciarum fidem opponerent.* et c. 25, 2. *Ab iis, qui petiissent pacem, et spem pacis et fidem induciarum violatam esse.* 42, 43, 4. *Fide induciarum interposita, legati Romani in Boeotiam comparati sunt.* Ita *fides foederum* 3, 18, 3. *Periculum ipsum, discrimenque ac sociales Deos, fidemque foederum id poscere.* Mox *facta fides* Harlej. 1. Portug. et Gaertn. *facta* olim scriptum fuerat, quod in *facta* mutare facillimum fuit. Certe *facta* est in Harlej. 2. Similiter aliis locis librarios erralle, infra videbimus ad 10, 9, 3. *sancta fides* est inviolata, religiose servata. Ennius apud Cic. 1. de Offic. 8.

Nulla sancta societas nec fides regni est.

Et ipse Cic. mox. *Ut difficillimum sit sanctam servare societatem.*

Abisse magistratu nunciatum est] *abiisse* Lovel. 4. Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. V. supra ad 2, 4, 2. Tum *notum est* Lovel. 2.

Adrecti ad bellandum animi sunt] Recidit ultimum vocabulum Pal. sec. qui item cum Camp. ed. praefert *erecti*. Alteri duo codd. MSS. pr. ac tert. *porrecti*. Placet *arrecti*, retentum editione Andreae. GEBH. *porrecti ad bellandum animi sunt* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. *porrecti ad bellum non sunt* Lovel. 2. *erecti ad bellandum animi sunt* Voss. 1. a m. 2. Leid. 2. Lovel. 1. Harlej. 2. Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. et C. [Veith.] idque praefert Cl. Corte ad Sall. Jug. 23, 1. ubi saepissime haec vocabula confundi docuit, de quo etiam v. quae notavi ad Silii 2, 268. An forte hic *adrecti* datum est propter adjunctam praepositionem *ad?* quod Corte ibid. de loco Sallustii suspicabatur. *adrecti* tamen servant optimi Florent. Harlej. 1. et Klock. contra *erecti* non tantum est in Neap. Latinii, verum insuper *ad rebellandum:* quod verum videri posset, quoniam modo pacem petierant, induciasque composuerant. Sed v. infra ad 40, 38, 5. Singularis exstat lectio in Klock. qui praefert *arrecti adsuetis ad bellandum animis:* quomodo *adsuefacere ad aliquid* dixit Livius supra ad 3, 52, 11. et *adsuetus in aliquid* 24, 5, 9.

3 recti ad bellandum animi sunt. C. Sulpicio, Q. Aemilio (Aulium quidam annales habent) consulibus, ad defectionem Samnitium Apulum novum bellum accessit. Utroque exercitus missi. Sulpicio
4 Samnites, Apuli Aemilio sorte evenerunt. Sunt, qui non ipsis Apulis bellum inlatum, sed socios e-

§. 3. *C. Sulpicio, Q. Aemilio (Aulum quidam annales habent) consulibus*] *Aulium* lege. Nec enim de praenomine *Quintus* ambigitur, sed de nomine gentili, *Aemiliusne*, an *Aulius*, dictus fuerit. GELEN. Quaestio est, an alter consul *Q. Aemilius*, an *Q. Aulius Cerretanus* fuerit? *Aulium* vocandum esse, et Livius et Capitolini scriptores consentiunt. Est enim is, qui post magister equitum in proelio occisus est. Livius l. 9, [22.] et Capitolinae tabulae. SIG. Locus hic Livii non parum mihi suspectus est. *Q. Aulium* enim fuisse potius collegam Sulpicii, fit verisimile, quod eo tempore consulum alter plerumque plebejus esse soleret; deinde cognomen *Cerretanus*, de quo nihil dubitat Livius, Aemiliae genti insolitum et peregrinum sit. *Q. Aulium* igitur et hoc loco scripsisse Livium puto, et quando secundum ipsius consulatum postea 9, [15, 11.] recenset. Nomen *Aulius* ut rarum et ignotum, ita quasi incorrectum a sciolis in *Aulus* vel *Aemilius*, non secus ac in Diodoro [l. 18. p. 641.] Mariano et Cassiodoro perperam in *Aelius*, et Livii 9, [15, 11.] in *Aurelius* mutatum constat. Immo verba haec, in margine apud consulum nomina a studioso aliquo annotata, (*Aulium quidam annales habent*) similium culpa in historiae contextum irrepsisse videntur: ut malim Livii verba sic legere: *C. Sulpicio, Q. Aulio consulibus ad defectionem Samnitium* etc. quam, sicut nunc habentur, *C. Sulpicio, Q. Aemilio (Aulium quidam annales habent consulem) ad defectionem Samnitium* etc. Diversitatem enim annalium Livius paullo ante potuisset commodius annotare, si quae fuisset, ubi magis accurate nominat item consules: sed et istic male pro *Aulio* suppositus *Aemilius* est. *Aulii* autem ab *Aulo* praenomine dicti sunt, ut *Marcii* a *Marco*, *Quinctii* a *Quincto*, *Sextii* a *Sexto*, *Publilii* a *Publio*. Frequens enim hoc apud Romanos fuit. Quod ob eam caussam adjicio, quia Jo. Cuspinianus, vir alioquin doctissimus, Diodori et Cassiodori exemplaria corrupta sequutus, *Aelius* potius apellandum censet, et *Aulium* vocem nihili putat. PIGH. in Annal. ad ann. CDXXX. p. 345. Quemadmodum ante Gelenium edebatur, ejusque adnotationi praescriptum est, legunt Florent. Voss. 2. Leid. 1. Lov. 2.3.4. Harlej. duo, Portug. Klock. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. ac C. Reliqui autem tantum parum differunt ab eorum lectione. Nam *Cum Sulpicio Q. Aemilio Aulum quidam annales habent cons.* est in Voss. 1. *Cum Sulpicio pro Aemilio Aulum quidam annales habent cons.* in Leid. 2. et Lovel. 1. Quamvis vero Pighium rem acu tetigisse, et loco male adfecto salutarem medicinam adtulisse censeam, probare tamen nequeo consilium Clerici, qui, ejecta veteri lectione, contextum Livii

jus gentis populos ab Samnitium vi atque injuriis
defensos scribant. Ceterum fortuna Samnitium, 5
vix a se ipsis eo tempore propulsantium bellum,
propius ut sit vero, facit, non Apulis ab Samniti-
bus arma inlata, sed cum utraque simul gente bel-
lum Romanis fuisse. nec tamen res ulla memorabi- 6

ad Pighii conjecturam, invitis omnibus Mstis, emendavit. Priscam itaque scripturam, donec integrior codex aliunde eruatur, cujus vestigia tutius sequi possimus, revocavi.

Sulpicio Samnites, Apulia Aemilio sorte evenerunt] Lege *Apuli Aemilio*, non *Apulia*. GELEN. Malim *Aulio*, ut dixi. Accedit, quod pro *Aemilio* Diodorus [l. 18. p. 641.] Αἴλιον, Cassiodorus *Aelium* vocant, mendose. SIGON. *forte evenerunt* Lovel. 4. V. ad 38, 40, 13. *sorte venerunt* Leid. 1. Sed prioris vocis litera finalis posterioris initialem intercepit. V. ad 29, 20, 4. *Apuli Aemilio sorte evenit* Fragm. Hav. An voluit librarius *Apulia Aemilio sorte evenit?* ut ultima vocis *Apulia* litera intercepta sit a prima vocis sequentis. Certe *Apulia Aemilio sorte evenerunt* fuit in edd. ante Gelenium. Ita locutio *Samnites, Apulia* formata foret ad similitudinem eorum, de quibus supra dixi ad 7, 26, 9. Sed reliqui codd. vulgatum servant; quare etiam nihil muto, sive potius Gelenio consentio.

§. 4. *Socios ejus gentis populos*] id est, socios populi Romani Apuliae populos: in amicitiam enim paulo ante venerant una cum Lucanis. SIG.

§. 5. *Ceterum fortuna Samnitium vix a se ipsis eo tempore propulsantium bellum*] Sed quomodo *vix a se ipsis propulsantium bellum*, qui statim sequente anno tanto exercitu Romanos aggressi sint? aut quomodo Apuli tam cito defecissent, qui superius [c. 25, 3.] una cum Lucanis in amicitiam Romanorum venerant? imo posteriore libro statim post initium [c. 2, 5.] *boni ac fideles socii* appellantur. Haec ut Livio divisa sint temporibus, judicet lector. GLAR. *ab se ipsis* Lovel. 4. Tum *eodem tempore* Voss. 1. Lovel. 1. et Harlej. 2. V. ad 10, 10, 6. Deinde *propulsatum bellum* Lovel. 4. *populantium bellum* Parm. ed. Ceterum verba *vi atque injuria defensos scribant. Ceterum fortuna Samnitium* desunt in Leid. 1. et Lovel. 3. culpa librarii ob vocem *Samnitium* repetitam. V. ad 9, 11, 11.

Non Apulis ab Samnitibus arma inlata] *a Samnitibus* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Deinde *inlata arma* Leid. 2. et Lovel. 4. *arma non lata* Lovel. 3. Paullo ante *proprius*, pro *propius*, Voss. 1. Lovel. 1. Harlej. et Fragm. Hav. V. ad 4, 17, 5.

§. 6. *Ager Apulus Samniumque evastatum*] Pal. sec. *Samnitiumque evastatus*. ad quam lectionem alludunt quoque reliqui duo Pall. Male autem Camp. edidit *Samniumque vastatum*. nam ita elegans verbum subtrahit Livio. 10, 15. *Omnia spatio quinque mensium evastarunt*. 28, 5. *Segetibus tamen, quae jam prope maturitatem erant*.

lis acta: ager Apulus Samniumque evastatum: hostes nec hic, nec illic inventi. Romae nocturnus terror ita ex somno trepidam repente civitatem excivit, ut Capitolium atque arx, moeniaque et por-
7 tae, plena armatorum fuerint. et quum concursa-

maxime in sinu Aeniano evastatis. Sic legendum e Pall. duobus et prisca ed. eodem lib. 44. *Requiescat aliquando vexata tam diu Italia; uratur evasteturque invicem Africa.* quam lectionem ex unico libro Rhenanus pervertit. Utitur eo verbo bis Livius 32, 33. 35, 4. Ubi tamen Pall. *vastata* simplex saltem agnoscunt. GEBH. Voss. [prior,] Helm. Pall. *Samnitiumque evastatus.* Commodius, ut videtur. Adde tamen, quae dicimus 10, 20, 1. J. FR. GRON. *Samnitumque evastatus* Haverk. *Samnitumque evastatur* Harlej. 2. *Samnitiumque evastata* Gaertner. *Samnitiumque evastatus* Leid. 2. Lovel. 1. et Portug. *Samniumque evastatus* Voss. 2. et Lovel. 3. *Samnitiumque vastatus* Lovel. 2. *Samniumque vastatum* Florent. Verbum compositum, quo Livius uti amat, prae simplici recte Gebhardo magis placet. V. infra ad 32, 33, 14. In codicibus autem, qui simplex praeferunt, litera initialis intercidit ob finalem vocis praecedentis. V. supra ad 2, 44, 6. Utrum vero praeferatur *Samniumque evastatum,* an *Samnitiumque evastatus,* non multum interesse existimo, et utrumque etiam satis Livianum videtur. Quum tamen observem, prius superesse in pluribus ac melioribus libris (id enim praeferunt Leid. 1. Harlej. 1. Klock. Fragm. Hav. Lovel. 4. eodemque ducunt vestigia Florent.) id omnino praeferendum existimo: quemadmodum etiam fecit Gronov. quo nos respicere jubet, ad Livii 10, 20, 1.

Hostes nec hic, nec illic inventi] *hostes nec ubi inventi* Pal. sec. At primus et tert. *hostes non hic nec illic inventi.* GEBH. *hostes nec illinc inventi sunt* Gaertn. *hoste nec hic nec illic invento* Harlej. 2. *hostes necubi inventi* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. atque in margine N. pro nullo in loco; qua voce alibi saepe Livius usus est. Non tamen horum codd. auctoritas satis gravis videtur, ut iis fidem habeam. *hostis non hic nec illic inventi* Voss. 2. et Lovel. 3. Sed plures numero et bonitate meliores libri vulgatum tuentur.

Nocturnus terror ita ex somno trepidam] *nocturnus pavor* Leid. 2. Mox *moeniaque et portae plenae armatorum*, pro *plena*, Lovel. 2. et Gaertn. ut adjectivum proximo conveniat; de quo supra v. ad 5, 15, 12. Sed et vulgatum, quod super est in reliquis, Livio usitatum est. Ita infra 9, 38, 1. *Multa alia castella vicique aut deleta hostiliter, aut integra in potestatem venere.* Etiam Sallust. in Jug. 17. *Quae loca et nationes ob calorem aut asperitatem, item solitudines minus frequentata sunt.* ubi v. Cortium.

§. 7. *Quum concursatum clamatumque ad arma omnibus locis esset*] Vet. lib. *conclamatumque ad arma.* SIG. Flor. Rott. Voss. prior *concursatum clamatumque.* J. FR. GRON. Vocula prima *cum* deficit in Leid. 2. Lovel. 1. 3. et Gaertn. intercepta a prima syllaba sequentis, quemadmodum contra prima syllaba sequentis excidit

tum conclamatumque ad arma omnibus locis esset, prima luce nec auctor, nec caussa terroris comparuit. Eodem anno de Tusculanis Flavia rogatione 8 populi fuit judicium. M. Flavius tribunus plebis tulit ad populum, ut in Tusculanos animadverteretur;

ob voculae *cum* similitudinem in Leid. 1. qui eam servarat. V. supra ad 3, 69, 5. Deinde *clamatumque* Leid. duo, Lov. 2. 3. 4. Harlej. duo, Port. Gaertn. Klock. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. et C. Quum tamen Livius in his *conclamare* plerumque adhibere soleat, compendium scripturae *c̄clamatumque* effecisse, ut prima syllaba excideret, verisimilius videtur. V. supra ad 3, 50, 11.

Nec auctor, nec caussa terroris comparuit] *apparuit* Lovel. 4. et Haverk. *comparuerit* Voss. 2. a m. 1. An voluit librarius *comparuerunt?* Reliquis tamen codicibus dissentientibus, nihil mutandum duco. Potius enim est, ut existimemus, librarium scriptum credidisse *comparu'it;* nam saepissime nota hac perperam vel addita, vel omissa in Mstis peccatur. V. ad 40, 14, 11. Ceterum verba praecedentia *omnibus locis esset, prima luce nec auctor* deficiunt in Voss. 2. et Lovel. 3.

§. 8. *Flavia rogatione populi fuit judicium*] *Fabia rogatione* Harlej. 1. qui mox *M. Fabius* praefert; quod posterius habent etiam Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 4. Harlej. 1. Gaertn. Klock. et Fragm. Hav. quod ferri nequit, quum gens Fabia fuerit patricia, adeoque M. Fabius tribunus plebis esse non potuerit. Quum passim literae *b* et *v* commutatae sint, primo *Flabia*, inde *Fabia* scriptum est. Alibi etiam in his nominibus permiscendis peccarunt librarii. Exempla supra habuimus hoc lib. c. 22, 2. Praeterea *fuit populi judicium* Portug. et Haverk. Vocem *populi* ignorant multae ex edd. vett. neque ante Aldum in aliis reperi, quam in Parm. et Mediol. anni 1505.

Ut in Tusculanos animadverteretur] De Tusculanis nihil ante l. 7. ubi de Privernatibus et Veliternis ita aït [c. 15, 11.] *Accessit ad eam cladem vastatio Romani agri, quam Privernates, Veliterni deinde, incursione repentina fecerunt.* SIG. Legendum jubent Pall. tres *tulit ad populum, in Tusculanos animadverteretur,* excussa conjunctione *ut*. GEBH. Τὸ *ut* deest etiam in Voss. 2. et Lovel. 3. quam voculam reliqui omnes servant, ideoque non ejiciendam censeo. Tum *in Tusculanis* Harlej. 2. quod dictum videri posset ad exemplum eorum, de quibus infra agendi locus erit ad 28. 43, 8. Sed vulgatum hic verius esse, aliorum id servantium consensus probat. Deinde *animadverteret*, nempe populus, Haverk. Sed, ita saepe scribas lapsos esse, infra videbimus ad 10, 10, 1.

Quorum ope ac consilio Veliterni] Pal. sec. *quod eorum ope atque consilio.* GEBH. Eleganter et magis ex formula memb. Thuan. Voss. [pr.] Helm. Chifl. *quorum eorum ope ac consilio.* Ducunt eodem duo alii, *quod eorum.* Putaverunt supervacuum esse: non est. Nam *quorum eorum* est, quorum ex iis Tusculanis. Etsi enim publico consilio id factum suspicio erat, quaestionem tamen in

quorum eorum ope ac consilio Veliterni Priverna-

auctores ejus consilii adjutoresque male alacres potius decernere justae severitatis erat, quam in universos et singulos; quum vix umquam etiam in maxime populari republica res ejusmodi cunctorum pari consensu et studio fiat. 23, 25, 7. *De exercitu Marcelli, qui eorum ex fuga Cannensi essent.* Sic nos ex Mstis. 26, [34, 6.] *Extra quam qui eorum aut ipsi aut parentes eorum apud hostes essent.* 38, [11, 5.] *Aliorum qui non comparebunt, quando quisque eorum inventus fuerit.* Ibidemque. *Quae urbes, qui agri, qui homines Aetolorum juris aliquando fuerunt, qui eorum L. Quinctio, Cn. Domitio consulibus, postve eos consules subacti.* Ipsum est apud Plautum Trinumm. 4, 3. *Quorum eorum unus surripuit currenti cursori solum.* J. FR. GRON. Memorat etiam Valerius Max. 9, 10, 1. *M. Flavius tribunus plebis ad populum de Tusculanis retulit,* (*tulit* Perizonius; nec male, certe usitatius, etsi alterum etiam in Floro est 3, 21, 9.) *quod eorum consilio Veliternos Privernatesque rebellatos diceret.* Ex his verbis non magis, quam ex recepta in Livio scriptura, intelligi potest, rogationem tantum de auctoribus hujus rei latam. Quae Gronovius disputat, ratione non carent, sed est, quod contra dici possit. Primum enim, non necesse erat, in eos rogatione tribunicia judicium populi constitui: quia hujus generis quaestiones fere senatusconsulto magistratibus mandabantur, ut l. 28, 30. et l. 40, 53. Deinde non verosimile est, populum Tusculanum paucorum fortasse, quorum ope ac consilio hoc factum fuerat, supplicio eximendorum gratia rem tam extraordinariam facere voluisse, ut cum conjugibus ac liberis Romam veniret, et, veste mutata, specie reorum tribubus supplicaret. Praeterea, nulla magnopere causa fuisset ceteris tribubus antiquandi legem, si ea de solis auctoribus lata fuisset: in hos enim exemplum statui, publice intererat, et justae severitatis erat; sed lex ab illis antiquata est, quod in omnes sine discrimine saevire crudele et inhumanum videbatur; quemadmodum quum plures, sed alii aliis gravius, deliquerunt, fere tantum in capita et auctores facinoris animadverti solet. Denique, de omnibus Tusculanis latam fuisse rogationem, indicio sunt quum verba Livii, *plus misericordia* etc. *valuit*, quae de paucis vix dici possunt, tum pertinax illa Tusculanorum in tam atrocis poenae auctores ira. Ob has omnes causas non possum probare scripturam librorum, qui habent *quorum eorum ope*, et Gronovii interpretationem horum verborum. Nec tamen temere invectum esse *eorum* arbitror, ac suspicor, hic olim fuisse *quod eorum*, ut in Valer. Max. ex eoque ortam varietatem scripturae *quorum ope*, et *quorum eorum ope*. *Quod* fuit solenne in hac rogatione, ut quum dies ad populum dicebatur, apud Liv. 4, 40, 4. 6, 1, 6. 37, 57, 12. 43, 16, 11. Ceterum non possum hic praeterire, quae de Tusculanis et L. Fulvio scribit Plinius 7. Hist. N. 43. *Est et L. Fulvius inter insignia exempla. Nam Tusculanorum rebellantium consul eodem honore, quum transibat, exornatus est confestim a populo Romano: qui solus eodem anno, quo fuerat hostis, Romae triumphavit ex iis, quorum consul fuerat.* Hunc locum nemo, quod sciam, explicare conatus est, praeter Merulam ad Ennii Annal. l. 15. p. 552. qui eum ad hanc historiam de Tusculanis et L. Fulvium, insequentis anni consulem

teşque populo Romano bellum fecissent. Populus 9

pertinere putat. Sed non omnia in illius disputatione aeque liquida sunt, et gerit rem conjecturis quibusdam, in quibus ne species quidem veri est. Est locus plane singularis, in quo explicando, qui volet, ingenii ac doctrinae suae vires experiatur. Mihi, si ad hoc tempus referendus est, nihil aliud dici posse videtur, quam Plinium alios annales secutum fuisse. Nam, vel L. Fulvium, vel ullum alium de Tusculanis solis triumphasse, nusquam alibi, ni fallor, proditum est; ac neque tum, neque post L. Fulvii consulatum, qui primus ex ea gente consul fuit, Tusculanos rebellasse, et a Romanis victos esse, aliunde constat. DUK. *quorum eorum* apud me superest in optimis ac fidissimis codd. Florent. Leid. 1. Lovel. 1. et Harlej. 1. Id autem, ut Gronovius monuit, ponitur pro quorum ex iis Tusculanis. *qui eorum* hoc sensu frequens est. Supra 5, 41, 2. *Qui eorum curules gesserant magistratus.* 21, 26, 7. *Ceteros adcolas fluminis Hannibal, et eorum ipsorum qui sedes tenuerant, simul perlicit donis.* 34, 35, 7. *Conjuges restitueret, quae earum viros sequi voluissent.* 40, 41, 3. *Qui eorum circa Macram fluvium incolebant.* Mox eodem cap. *Quos eorum potuit adsequi, deduxit castigatos Pisas.* 42, 17, 5. *Quibus eorum ipse scripsisset, ut venenum dandum curaret.* 43, 14, 8. *Ut, qui eorum in Italia essent, intra dies triginta in provinciam redirent.* Cic. 8. ad fam. Ep. 8. *Qui eorum stipendia emerita habeant.* et mox, *Quos eorum ex senatusconsulto cum imperio in provincias pro praetore mitti oporteret.* Ita in Fragmento legis apud Gruter. in inscript. p. 1061. *QVEIVE. FILIVS. EORVM. QVOIVS ERIT.* et mox *QVOIVS. EORVM. EX. H. L. ANTE. K. SEPT. PETITIO. ERIT.* Et ita emendat Cl. Jac. Gronov. apud Cic. 5. Tuscul. 27. *Quum est cujus earum vir mortuus.* Qui eodem sensu accipienda existimavit verba Livii, quae supra 5, 34, 5. in optimis Mstis ita leguntur. *Quod ejus ex populis abundabat.* Et hoc modo etiam defendi posset lectio, quae in quibusdam scriptis et editis exstat infra 29, 15, 7. *Si qua earum numerum equitum explere non posset.* pro quo nunc vulgatur, *si qua eum numerum.* Verum a Gronovio dissentiunt Perizonii pater et filius ad oram exemplaris Liviani; quorum ille, praefatus omnia sequentia docere, de toto populo Tusculano judicium factum esse, praeferebat lectionem codicum, qui obferunt, *quod eorum ope*, quemadmodum apud me est in Portug. Gaertn. et Haverk. et apud Hearnium in Oxon. L. 2. ac N. [Veith.] At Jac. Perizonius, etiam Tusculanorum liberos et conjuges poenae subjici monens, scribendum conjicit, *quoniam eorum ope*, quod mihi in uno tantum Lovel. 2. obvium fuit. Ceterum quando aut qua occasione Veliterni Privernatesque Tusculanorum ope ac consilio populo Romano bellum fecerint, incertum est. Referendum autem ad defectionem Veliternorum et Privernatium, quam describit Livius l. 7, 15. ut ad marginem Livii Klockius conjecit, non videtur. Si enim eo tempore Veliterni et Privernates auctoritate Tusculanorum defecerint, hujus criminis jam poenas dederunt; siquidem Livius supra narrat hoc libro c. 14, 4. *crimen rebellionis Tusculanorum a publica fraude in paucos auctores versum esse.* Post ea tempora quidem Privernates iterum desciverunt, teste Livio hoc lib. c. 19. et seqq. ve-

Tusculanus cum conjugibus ac liberis Romam venit. ea multitudo, veste mutata, et specie reorum,
10 tribus circuit, genibus se omnium advolvens. plus itaque misericordia ad poenae veniam inpetrandam, quam caussa ad crimen purgandum valuit.
11 Tribus omnes, praeter Polliam, antiquarunt legem,

rum non modo, id ope et consilio Tusculanorum fretos admisisse, neque hoc loco addidit, sed etiam Veliternos tum Privernatium socios fuisse non constat. Praeterea *opere et consilio* habet Hearnii Oxon. C. V. ad 32, 21, 30. *ope atque consilio* Haverk.

Veliterni Privernatesque populo Romano bellum fecissent] *bellum populo Romano fecissent* Portug. et Haverk. Sed quatuor haec vocabula deerant in Florent. quorum loco a manu recentiore additum est *defecissent*: quomodo quis, aliquid omissum a librario animadvertens, non consultis integrioribus codd. ex ingenio, quod deerat, supplesse videtur.

§. 9. *Veste mutata et specie reorum tribus circuit, genibus se omnium advolvens*] Vox *mutata* exulat a Voss. 2. Deinde *spem reorum* praeferunt Lovel. 1. a m. 1. et Gaertn. Tum *circuivit* Haverk. Hinc *se genibus omnium* alio ordine Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Paullo ante *et multitudo*, pro *ea multitudo*, Lovel. 2. et 4. V. ad 42, 5, 7.

§. 10. *Plus itaque misericordia ad poenae veniam inpetrandam*] *plus itaque misericordiae* Harlej. 2. Deinde vox *inpetrandam* deficit in edd. Aldo antiquioribus, praeterquam in sola Parm. Mox *caussa* non adparet in Leid. 2. cujus loco *eam* praefert Gaertn. V. infra ad 48, 58, 11.

§. 11. *Tribus omnes, praeter Polliam, antiquarunt legem*] *Tribunos praeter Polliam* Gaertn. Vox *Polliam* deficit in Voss. 2. et Haverk. Tum *antiquavit legem* habet Portug. *antiquarum legem* Leid. 1. et Lovel. 3. ac 4. *antiquarum legum* Lovel. 2. *antiquare legem* Voss. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. a m. 2. Mox *verberatos* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *sub Romana lege belli* exhibet Harlej. 2. pro *sub corona*. Male. Bello captos coronatos venditos fuisse, docent Gellius 7, 4. Brisson. de Formul. l. 6. p. 494. et viri docti ad Valer. Max. 9, 10, 1.

§. 12. *Memoriamque ejus irae* etc. *mansisse ad patrum aetatem*] Vocula *que* non exstat in Voss. 2. Lovel. 3. et Harlej. 1. Tum *ejus rei irae*, duplici quasi lectione juncta, Harlej. 2. Deinde *in patrum aetatem* Lovel. 4. Insuper *in poenae tam atrocis auctorem*, pro *auctores*, Florent.

Nec quemquam ex Pollia tribu candidatum ferme datum, Papiriam ferre solitum] Cum hic locus in aliis exemplaribus aliter atque aliter legeretur, ac jam desperata ejus esset apud me castigatio, Herm. Buschius praeceptor meus ex Valer. Max. ita restitui posse admonuit: *nec quemquam ex Pollia tribu candidatum ferme datum magistratum suffragiis Papiliae tribus ferre solitum*. In hac enim tribu Tusculanos acceptos in civitatem plurimum potuisse,

Polliae sententia fuit, puberes verberatos necari, conjuges liberosque sub corona lege belli venire: memoriamque ejus irae Tusculanis in poenae tam 12
atrocis auctores mansisse ad patrum aetatem constat, nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre solitum.

Valerius indicat. Locus est l. 9, 10. de ultione. JAC. SOBIUS ad marginem editionis suae. Vetus lectio sincerior, *nec quenquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam ferre solitum.* GELEN. Moguntinus codex pro *Papiriam* habebat *suffragia*, quod melius intelligitur. At ego locum corruptum valde vereor. GLAR. Locus non est, ut censet Glareanus, mancus ac debilis. Quod ipsum sensus ostendit, qui est hic. Cum Pollia tribus una Tusculanos condemnasset, memoriam irae Tusculani in Polliam tribum usque ad patrum memoriam conservarunt: neque enim quisquam ex tribu Pollia candidatus Papiriam ferre solitus erat, in quam praesertim conjecti Tusculani cives fuerant, et in qua suffragia ferebant. Auctor Valerius 9, [10, 1.] quamquam ibi *Popillia* est pro *Papiria.* † „Explicare debebat, quid sit „*Papiriam ferre;* sic enim satis„fecisset lectori. Ego credo *Pa„piriam ferre*, suffragium a Pa„piria tribu ferre." † SIGON. Lego, *nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum, magistratum in Papiria ferre solitum.* KLOCH. Henr. Glareanus in suis ad Livium Annot. scribit, Moguntinum codicem non *Papiriam*, sed *suffragia* habere, et, interpretationem omittens, aït tantummodo, se vereri locum corruptum esse. Quam rem dum ipse perpenderem, in eam veniebam sententiam, ut Livium de Papiria lege verba facere existimarem: fuere siquidem plures Papiriae leges, puta *de consecratione, de refectione tribunorum plebis, de re nummaria, de triumviris capitalibus*, et postremo Papiria tabellaria *de suffragiis*, qua cautum, ut in jubendis legibus, aut antiquandis, populus tabella suffragium ferret; quae lex gratissima populo Romano fuit, ut tradit Cic. 3. de legib. [16.] de eadem idem dixit in Planciana [7.] quod frontem aperiret hominum, mentes tegeret, daretque eam libertatem, ut, quae vellent, facerent; et in 2. Agraria, vindicem tacitae libertatis; et in Corneliana, principium justissimae libertatis appellavit. Putabam itaque, sensum verborum Livii esse, neminem canditatum et Pollia Papiriam legem ferre solitum, hoc est, quando populus per tabellas occulta suffragia, ut lege Papiria cautum fuerat, daret, ad petitos honores promotum odio aliarum tribuum, quod sicuti ipsae omnes rogationem Flaviam de animadvertendo in Tusculanos antiquassent, sola Pollia censuisset, Tusculanorum puberes verberatos necari, conjuges liberosque sub corona lege belli venire. At quum Liviana dicta exactius perlegissem, dictionem illam *Papiriam* non ad legem, sed ad tribum referendam, manifeste deprehendi, sensumque genuinum esse, Papiriam tribum neminem fere postea ex Pollia tribu candidatum ad honores petitos promoveri passam, eo quod memor esset immanissimae senten-

1 XXXVIII. Insequenti anno, Q. Fabio, L. Fulvio consulibus, A. Cornelius Arvina dictator et M. Fabius Ambustus magister equitum, metu gravioris in Samnio belli (conducta enim pretio a finitimis juventus dicebatur) intentiore delectu habito, egre-

tiae a sola Pollia in Tusculanos suos latae. Tusculanos autem in tribu Papiria suffragia tulisse, probat Car. Sigonius ex hoc loco solo 2. de antiq. jur. Ital. 9. quod veritati consentaneum existimandum; si quidem eos cives Romanos factos, et legiones ab Tusculo deductas constat ex ipsomet Livio 6, [26, 8.] illiusque mos est, quum absolute profert, gentem aliquam civitate Romana donatam, et suffragium quoque obtinuisse tandem intelligere; sicuti e contra, si suffragandi jus una cum civitate non concessum, id exprimere, uti 8, [17, 12.] aït, Acerranis civitatem sine suffragio datam. Et rursus [c. 14, 10.] Formianos et Fundanos cives Romanos sine suffragio factos. et 9, [43, 24.] Anagninis civitatem sine suffragii latione datam, quod pariter confirmari potest ex Valer. Max. dictis 9, 10. M. DONATUS. Nemo obscurum Livii locum melius illustravit, quam Marc. Donatus. Pall. codd. vitiis obliti sunt, quorum pr. et tert. *nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum ferme datum, Papiriam ferre solitum.* Et ita fere sec. Andreaeque editio, nisi quod prius *ferme* omittant. Ceterum Campanus: *nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum: Papiriam mandatum ferre solitum.* GEBH. V. Brisson. 2. Form. p. 136. DUK. Quemadmodum Gebhardus in Pall. duobus invenit, mihi quoque obvium fuit in Leid. duobus, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 2. et Fragm. Hav. neque multum differunt Gaertn. et Haverk. nisi quod eorum prior *quemque* pro *quemquam* legat, posterior *ferme* omittat, et *solitam* pro *solitum* praeferat. *nec quemquam ferme ex spolia tribu candidatum ferme datum parium ferres solium* habet Klock. *nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papiriam datum ferre solitum* Florent. Et ita erat in Hearnii Oxon. N. nisi quod una voce transposita praeferat *datum Papiriam*, et *Popiliam* pro *Papiriam* in margine legatur, quomodo fere in Valer. Max. suo tempore edi Sigonius monuit. *nec quemquam ferme solitum* erat in ejusdem Hearnii cod. B. reliquis omissis, quae etiam omittebantur in Portug. in quo tamen margini adscripta sunt. Ceterum utrum jam hoc tempore Tusculani jus suffragii habuerint, quemadmodum Marc. Donatus censuit, incertum est. Primo enim non ubique procedit, eos, quos Livius simpliciter jus civitatis accepisse refert, etiam jus suffragii nactos fuisse. Certe de Arpinatibus Trebulanisque aït Livius 10, 1, 2. *Eodem anno Arpinatibus Trebulanisque civitas data.* At de Arpinatibus postea refert 38, 36, 7. *De Formianis Fundanisque municipibus et Arpinatibus C. Valerius Tappus tribunus plebis promulgavit, uti iis suffragii latio (nam antea sine suffragio habuerant civitatem) esset.* Idem etiam de Tusculanis existimandum esse, eos nempe civitatem quidem habuisse, sed sine suffragio, indicare videtur Festus in v. *Municipium*, ubi inter eos, qui *participes fuerunt omnium rerum ad munus fun-*

gium exercitum adversus Samnites duxerunt. Castra 2 in hostico incuriose ita posita, tamquam procul abesset hostis: quum subito advenere Samnitium legiones tanta ferocia, ut vallum usque ad stationem Romanam inferrent. Nox jam adpetebat: id 3

gendum una cum Romanis civibus, praeterquam de suffragio ferendo aut magistratu capiendo, expresse etiam Tusculani numerantur. V. etiam Cl. Perizon. ad Valer. Max. 9, 10, 1. Non diu postea tamen Tusculani jus suffragii et magistratuum Romae capiendorum accepisse debuerunt, si quidem Ti. Coruncanius tantum quadraginta tribus annis post hunc annum Romae consulatum gesserit. Eum vero ex municipio Tusculo oriundum fuisse, docet Cic. pro Planc. 8. Adde, quae notat Jac. Perizon. in Animadv. Hist. c. 5. p. 198.

§. 1. *Q. Fabio*] *Rullianum* intelligit, ex triumpho Capit. hoc anno acto. SIG. Praenomen omittitur in Florent. Leid. 1. Lov. 2. 3. 4. Harlej. utroque, et Gaertn. Verum *M. Fabio* praefert Hearnii Oxon. L. 1. *M.* vel *C. Fabio*. N. in margine. Sed, nihil mutandum esse, fasti Triumph. a Sigonio laudati probant.

L. Fulvio] Fulvii cognomen *Curvus* ex Capitolino ejus triumpho. SIG. Pal. pr. *Fulino*; sec. *Flavio*; tert. *Fulirio*. GEBH. *Falvio* errore librarii scriptum est in Fragm. Hav. in similem cod. incidentes alii inde finxerunt *Flavio*: quod etiamnum praeter Pal. 2. praeferunt Harlej. 2. Portug. Klock. et Haverk. Verum hic etiam iidem fasti vulgatum tuentur. Ceterum inter duorum consulum nomina voculam *et* interponit Haverk. V. ad 2, 17, 1.

Et M. Fabius Ambustus magister equitum] Magister equitum erat *Ambustus*, *Rullianus* consul. *Ambustum Rulliani* patruelem fuisse reor, *M. Ambusti Pontificis Maximi* filium. SIG. Verum ex illo Fabiorum stemmate, quod ipse Sigonius supra dedit ad 4, 58, 6. non Rullianum consulem et Ambustum magistrum equitum, sed eorum patres patrueles fuisse sequitur. Pighius in annal. ad ann. CDXXXI. p. 346. utrumque *Marci filium Numerii nepotem* vocavit, sive eos fratres crediderit, sive avo eorum Numerio duos filios fuisse putarit, quorum quisque *Marci* praenomen habuerit, ex altero autem consulem, ex altero magistrum equitum natum, et ita patrueles fuisse. Verum de eo nihil certi statui potest. Vocula *et* deest in Fragm. Hav. Paullo ante vero *Sin A. Cornelius* Voss. 2. *Si A. Cornelius* Leid. 1. et Harlej. 1. *Si A. Cornelius* Gaertn. Sed quid addita vocula librarii indicasse voluerint, non video.

Conducta enim pretio a finitimis juventus dicebatur] *et conducta* Voss. 2. et Lovel. 3. Tum vox *juventus* deficit in Gaertn. pro quo *juventibus* habet Leid. 1. Mox *dilectu* Florent. Leid. 1. Lovel. 1. et Fragm. Hav. V. ad 37, 51, 7.

§. 2. *In hostico incuriose ita posita, tamquam procul abesset hostis*] Praepositionem *in* non agnoscunt Leid. 2. et Lovel. 1. Deinde *abesset hostis procul* Lovel. 4. *procul abessent hostes* Voss. 2. et Lovel. 3. Male. V. ad 5, 50, 2.

Vallum usque ad stationem Romanam inferrent] *bellum* Voss. 2.

prohibuit munimenta adoriri. nec dissimulabant, or-
4 ta luce postero die facturos. Dictator, ubi propio-
rem spe dimicationem vidit, ne militum virtuti dam-
no locus esset, ignibus crebris relictis, qui conspe-
ctum hostium frustrarentur, silentio legiones educit:
nec tamen fallere propter propinquitatem castro-

Lovel. 1. 3. Harlej. 2. Portug. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. ac B. [Veith.] Alibi etiam haec vocabula librarii commutarunt. Ita apud Lucan. 4, 659.

— — *en, veteris cernis vestigia valli.*

ubi Mstum Thuan. satis antiquum *veteris belli* a m. 1. praefert. (* v. ad 22, 60, 23.) Praeterea vocula *usque* deficit in Harlej. 2. [Veith.] Paullo ante *tum subito advenere*, pro *cum*, Haverk. V. ad Epit. Liv. 48. circa fin. *cum advenerunt* Gaertn.

§. 3. *Nox jam adpetebat*] Male Pall. duo *apparebat*. 10, 20. *Et jam lux appetebat*. c. 21. *Et jam appetebat tempus*. c. 42. *Appetens nox periculosa et suspecta omnia etiam victoribus faciebat*. 25, 2. *Comitiorum consularium jam appetebat tempus*. 27, 30. *Jam enim Nemeorum appetebat tempus, quae celebrari volebat praesentia sua*. 28, 10. *Cum comitiorum tempus appeteret*. V. 29, 10. initium. GEBH. *apparebat* etiam Voss. 2. Lovel. 3. 4. et Fragm. Hav. Sed recte Gebhardus vulgatum probavit. V. de hoc verbo infra ad 10, 20, 9. Solent autem haec verba confundere librarii. V. ad 37, 32, 14. *Jam nox* alio ordine est in Harlej. 2. *Noxium adpetebat* in Flor. Mox *monimenta* vel *monumenta*, pro *munimenta*, Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Harlej. 2. et Portug. Saepius scribas haec vocabula in membranis antiquis confudisse, supra vidimus ad 4, 10, 6.

Nec dissimulabant, orta luce, postero die facturos] Deleo voces *postero die*. KLOCK. Eaedem tamen constanter supersunt in omnibus scriptis. Soli tantum Voss. 2. et Lovel. 3. legunt *postera die*; quod nec ipsum probo. V. supra ad 1, 12, 1. Praeterea *facturum* Florent.

§. 4. *Ubi propiorem spe dimicationem vidit*] *propriorem spe* Florent. Voss. 1. ac Lovel. 1. V. supra ad 4, 17, 6. *propior spe* Lovel. 3. *p'orem spe*, id est *priorem*, Gaertn. V. ad 5, 15, 4. Idem etiam cod. *nisi*, pro *ubi*, praefert. Mox *militi virtutum*, pro *militum virtuti*, Harlej. 1.

Qui conspectum hostium frustrarentur] *frustarentur* Leid. 1. et multae vett. edd. Commutantur etiam haec verba apud Flor. 2, 2, 32. ubi v. quae viri docti notarunt.

Nec tamen fallere propter propinquitatem castrorum potuit] *nec tamen fallere propinquitatem* Leid. 1. omissa praepositione. Nihil mutandum. *fallere* hic est latere. V. ad 41, 2, 2.

§. 5. *Ita instituit agmini, ut, donec lucesceret, proelio abstineret*] Vocula *ita* non adparet in Portug. Deinde *inficit agmini* Leid. 2. *instituti agmini* Flor. *instituit agmini* Voss. 2. et Lovel. 3. sollem-

rum potuit. Eques extemplo insecutus ita institit 5
agmini, ut, donec lucesceret, proelio abstineret, ne pedestres quidem copiae ante lucem castris egressae. Eques, luce demum ausus incursare in ho- 6
stem, carpendo novissimos, premendoque iniquis ad transitum locis, agmen detinuit. interim pedes

ni scribarum errore. V. infra ad 28, 46, 11. Tum *donec luceret* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Sed *lucescere*, sive, ut ibi unus meorum legebat, *luciscere*, etiam supra in hac re utitur Livius 4, 28, 1. *Et jam lucescebat, omniaque sub oculis erant.* Praeterea *proelio abstinerent* Hearnii Oxon. L. 2. quo etiam ducit lectio Klock. *proelio abstineretur.* Haec enim lectionis varietas inde orta esse potuit, quod librarius pro *abstinerēt*, id est, *abstinerent*, scriptum crediderit *abstinereī*, id est, *abstineretur*. V. infra ad 38, 40, 1. Locutio autem *eques abstinerent* Livio familiaris est, qui *miles*, *pedes*, *eques*, *hostis* simfliaque plura pro conlectivis habet. V. ad 35, 26, 9. Ita codices praeferunt 35, 11, 7. *Discinctus et inermis eques, praeterquam quod jacula secum portant.* et 37, 41, 11. *Eques insequendo tumultum ac pavorem equis camelisque et ipsis simul consternatis augebant.* ubi vulgo *portat* et *augebat* nunc editur. Neque obstare debet, quod mox alia forma praecesserit *institit*. Nam, et id Livio familiare esse, antea probavimus ad 4, 16, 8.

Nec pedestres quidem copiae] Vet. lib. *ne pedestres quidem.* Samnitium autem copias intelligit. SIG. Praeter Lovel. 2. et Haverk. omnes fere, quibus utor, codd. Sigonio consentiunt. V. ad 1, 10, 3.

§. 6. *Eques luce demum ausus incursare in hostem*] *Eques ausus luce demum incursare* transpositis vocibus Florent. Deinde *incursare hostem* omissa praepositione Frag. Hav. quomodo alibi Livium locutum esse, supra vidimus ad 6, 36, 1. Hic tamen potior est auctoritas aliorum omnium, qui eamdem constanter servant. Nam ita etiam Livius loqui solet. 3, 70, 4. *In aversam incursando aciem ancipiti terrore dissipasset hostes.* 5, 36, 7. *Ducem Gallorum, ferociter in ipsa signa Etruscorum incursantem, occidit.* 6, 21, 9. *Quorum in fines incursatum erat.* 25, 35, 8. *Nunc ab tergo, nunc in latera incursantes.* 34, 19, 2. *Incursantes in stationes eorum.* 39, 2, 5. *In agrum Pisanum Bononiensemque ita incursaverant.* (* 22, 28, 14. 26, 25, 7.)

Premendoque iniquis ad transitum locis agmen detinuit] *premendo iniquis*, sine copula *que*, Harlej. Portug. et Haverk. Deinde *retinuit* idem Haverk. Solent verba illa commutari. V. supra ad Epit. Liv. 3. Sed vulgatum hic verius; quod morari, longissime tenere notat. Liv. 27, 12, 2. *Obtestatus per literas Marcellum, ut quam acerrimo bello detineret Hannibalem.* 36, 39, 7. *Qui jam tertium ibi annum dubio detineretur bello.* V. Broekhus. ad Tibulli 1. Eleg. 1, 40. et ad Propert. 3. Eleg. 1, 41. Adde Cel. Burm. ad Quinctil. Declam. 362. ubi etiam *detinere*, pro *retinere*, viri docti reponendum docuerunt.

equitem adsecutus; et totis jam copiis Samnis ur-
7 guebat. Tum dictator, postquam sine magno incommodo progredi non poterat, eum ipsum, in quo constiterat, locum castris dimetari jussit. id vero, circumfuso undique equitatu, ut vallum pete-

§. 7. *Eum ipsum, in quo constiterat, locum castris communiri jussit*] Vetus lectio est *locum castris dimetari*. GELEN. Vet. lib. *communiri jussit*. SIG. Gelenius, nescio an e libris, (quod crediderim) an ab ingenio, legere jubet *locum castris dimetari*. Ad quod alludunt Pall. duo meliores *locum castris dimicari*. GEBH. *communiri* quidem Sigonius ex suo: sed potiores apud me, quibus vir nec ingenio nec doctrina vulgari Gelenius usus, exhibentes *dimetari*: quum praesertim invenissemus ipsi *dimicari*. 44, [36, 6.] *Imperat, metarentur frontem castrorum*. Ibidemque [c. 37, 1.] *Postquam metata castra impedimentaque collocata animadvertit*. Caesar 2. Gall. [19.] *Opere dimenso castra munire coeperunt*. Cicero 2. de Nat. Deor. [43.] *Atque ita dimetata signa sunt, ut in tantis descriptionibus divina solertia appareat*. J. FR. GRON. *communiri* ex meis tantum servant suspectae fidei codd. Harlej. 2. Portug. et Haverk. ut et Hearnii Oxon. L. 1. et B. *dimicari* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. Fragm. Hav. et Oxon. C. *dimittari* Lovel. 1. a m. 1. *imetari* Klock. *dimetare* Florent. *dimetari* Voss. 1. Leid. 2. Lovel. 1. a m. 2. et Harlej. 1. *communiri* ex margine ac glossa natum videtur; cujus loco *dimetari* verum est. Infra 44, 7, 2. *Secundis castris pervenit ad Dium; metarique sub ipso templo jussit. metari castra* passim apud scriptores obcurrit.

Id vero, circumfuso undique equitatu, ut vallum peteretur, opusque inciperet, fieri non poterat] Sensus est: Dictator, ubi ultra progredi se non sine summo incommodo posse vidit, locum castris communiri jussit: quum autem hostium equitatus circumfusus esset, ne id quidem fieri poterat, ut vallum poneretur, et opus inciperet. In quibusdam enim libris est, pro *peteretur*, *poneretur*. SIG. Sigonius *poneretur*. Id quod nobis occurrit nusquam. Sed scribendum, *ut vallus peteretur*: vel *ut vallum peterent, opusque inciperet*. Ut lignatum irent, vallos caederent ac pararent, quemadmodum alibi loquitur. J. FR. GRON. Conjectura Gronovii non aliam rationem habere potest, quam quod putabat non Latine dici *hoc vallum* pro *hic vallus*: de quo ipse etiam dubitabam ad Flori 2, 18, 10. Nunc, nisi hic variant libri, sententiam muto. *inciperet*, pro inchoaretur, defendi potest. Terent. Eun. 4, 4, 58. *Jam tum inceperat turba inter eos*. Cic. 5. in Verr. 8. *Quum rosam videret, tum incipere ver arbitrabatur*. Liv. 9, 32, 5. *Exspectantes, ut ab adversariis clamor et pugna inciperet*. DUK. *poneretur* neque mihi in ullo vel scripto, vel edito obviam fuit. Et certe vulgatum probum est. Liv. 3, 27, 4. *Vicino militi, dum is arma pararet, vallumque peteret, cibaria coquere jussit. Sic juventus discurrit ad vallum petendum*. Quid autem *vallus* et *vallum* differant, v. Gronov. 3. Obs. 18. *Vallus* autem memoratur etiam apud Liv. 33, 5, 9. *Romanus leves et bifurcos plerosque, et trium aut, cum plurimum, quatuor ramorum*

retur, opusque inciperet, fieri non poterat. Itaque, 8
ubi neque eundi, neque manendi copiam esse videt, instruit aciem, inpedimentis ex agmine remotis. instruunt contra et hostes, et animis et viribus pares. auxerat id maxime animos, quod, igna- 9

vallos caedit. et apud auct. Epit. Liv. 57. *Militem triginta dierum frumentum ad septenos vallos ferre cogebat.* Constanter tamen hoc loco scripti et editi *vallum peteretur.* quomodo etiam locutus est Florus 2, 18. *Ferre plenius vallum, qui arma nescirent.* (* Contra *vallus* Auctor B. Alex. c. 2.) Si quid tamen mutandum, posterior Gronovii emendatio magis placeret. Ita enim omnis mutatio tantum constabit in notis compendiariae scripturae vel confusis *peterei* pro *peteret*, vel omissis *inciperet* pro *inciperet*. Ceterum *opus quod inciperet* Voss. 2. Lovel. 3. Harlej. 2. Gaertn. et Fragm. Hav. Sed illae quoque notae, quibus *que* et *quod* per compendium scribuntur, saepe in Mstis permutantur. V. ad 2, 41, 8. Deinde *non fieri poterat* Lovel. 2. At a Voss. 2. tria haec vocabula exsulant.

§. 8. *Itaque quum neque eundi, neque manendi copiam esse videt*] Vetus lectio sincerior *Itaque ubi.* GELEN. Ita etiam omnes mei; neque scripturae differentiam ex Oxoniensibus Hearne notavit, nisi ex solo N. qui praefert *Itaque ut neque.* Sed saepe *ut* et *ubi* commutari solent. Vide infra ad 24, 15, 1. Deinde *esse vidit* Haverk. et Lovel. 2. *videt esse* Lovel. 4. Mox *instituit aciem* Florent. et Lovel. 4. Sed *instruere* in hac re sollemne verbum est. V. ad 3, 60, 3. et ad c. 8, 8. idque hic verum esse *instruunt contra et hostes*, quod sequitur, satis probat. Solent autem verba *instituere* et *instruere* a librariis confundi. V. ad 4, 4, 4. Adde supra 5, 43, 2. 7, 31, 2. Mox voces *aciem, inpedimentis ex agmine remotis, instruunt* deficiunt in Lovel. 3. Sed exciderunt culpa librarii ob repetitum *instruere.* V. ad 9, 11, 11. *ex acie*, pro *ex agmine*, habent editi ante Aldum. Sed scripti Aldo *ex agmine* restituenti consentiunt, nisi quod *examine* sit in Fragm. Hav. a m. 1.

Instruuntur contra et hostes, et animis et viribus pares] Vetus lectio sincerior *instruunt contra.* GELEN. Ita et omnes mei. V. infra ad 39, 22, 8. Praeterea *τὸ et* primo loco deest in Leid. 1. secundo autem in Voss. 1. Leid. 2. Lov. 1. Portug. et Haverk. V. supra ad 2, 44, 3.

§. 9. *Auxerat id maxime animos*] Pal. sec. *auxerant.* Forte legendum *auxerant id maxime animi.* GEBH. Non unam ob caussam Gebhardi conjectura displicet. Primo enim quum non tantum Gebhardi reliqui, sed et omnes aliorum, ut et quos ego adhibui, codices vulgatum tueantur, uni huic Msto, cujus pessimam fidem passim ipse traduxit, artius inhaerere audax et temerarium existimo. Deinde non aliis locis Livius *τὸ augere παθητικῶς* adhibuit, quamvis forte scriptores dentur, qui eo modo usi fuerint. V. supra ad 3, 6, 2. neque in aliis verbis id facere Livius veritus sit. V. ad 1, 17, 6. Denique *augere animum* vel *animos* saepius apud nostrum obvium est. Exempla v. apud Gronov. ad 7, 7, 4. Adde, quae infra notantur ad 21, 53, 2.

ri loco iniquo, non hosti, cessum, velut fugientes ac territos terribiles ipsi secuti fuerant. Id aliquamdiu aequavit pugnam, jam pridem desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati. At, hercule, illo die ab hora diei tertia ad octavam ita anceps dicitur

Ignari loco iniquo, non hosti, cessum] Sigonius malit *gnari*, aut *non ignari*, hoc sensu: auxerat Samnitium animos, quod non ignari se loco iniquo, non cessisse Romano hosti, nunc Romanos velut territos ipsi terribiles erant persecuti. Perperam, me judice. Nihil mutandum; nec *hostis* intelligitur Romanus, sed Samnis. Id, aït, superbos et plenos fiduciae Samnites fecerat, quod Romanis nuper nocte vasa colligentibus profectisque ab tergo institerant, quasi fugientibus et territis ipsi terrentes. At Romani loco iniquo decesserant hoc regressu, non cesserant hosti Samniti, qui verae causae ignarus, tanquam ignavia aut rerum desperatione id factum fuisset, interpretabatur. 7, [13, 4.] *Sicubi loco cessum, si terga data hosti*. J. FR. GRON. Ita quidem, ut Gronovius aït, Sigonius conjecit in prima editione Scholiorum. Sed postea in repetitis curis scholion illud plane omisit, eoque conjecturam intempestivam ipse damnasse videtur. Mox *secuti fuerunt*, pro *fuerant*, Portug.

§. 10. *Et, hercule, illo die*] Vetus lectio sincerior *At, hercule*. GELEN. Vet. lib. *Et, hercule*. SIG. *Et, hercule* Voss. duo. Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. duo, Portug. Klock. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. L. 2. B. et C. Saepius hae particulae in Mstis commutantur. V. infra ad 36, 35, 7. Gelenii tamen lectio, quam servant Florent. (certe ex eo in excerptis nihil notatum video) et edd. ante Aldum, verior videtur, ut ita particula *At* referatur ad proxime praecedens *jam pridem desueto Samnite clamorem Romani exercitus pati*. Vox *die* deficit in Lovel. 3. Paullo ante vero *jam quidem desueto* legit Klock. V. ad 44, 36, 9. Deinde *clamorem Romanum exercitus* Portug. a m. 1. qui error natus fuisse videtur ex epitome scribendi *Ro. exercitus*. Aliud exemplum infra est 9, 9, 5. Plura v. ad 10, 10, 2.

Ab hora diei tertia ad octavam ita anceps dicitur certamen stetisse] Numquid ad hunc locum exigenda sunt illa 10, 34. *Ab hora quarta diei ad octavam ferme horam pugnatum*. et 44, 37. *Nocte proxima ab hora secunda usque ad quartam horam noctis?* An et haec dicta credemus, ut 6, 1. *Ab condita urbe Roma ad captam eandem urbem?* JAC. GRON. Neque illa loca ad hunc exigenda sunt, neque hic ad illa: quum neque hic neque ibi quidquam sit, quod vel sensum verborum implicet, vel Latine loquentium consuetudini adversetur. DUK. *usque ad octavam* Lovel. 4. Sed particulam *usque*, quam reliqui scripti et editi omnes nesciunt, ex glossa interpretis adscitam puto. Nam *ad*, pro usque ad, eodem modo est in primo et ultimo Livii loco, a Gronovio hic laudato. Et ita 3, 22, 8. *Quum ad id spectator pugnae adstitisset*. c. 28, 7. *Pugnatum cum*

tur certamen stetisse, ut neque clamor, ut primo
semel concursu est sublatus, iteratus sit; neque si-
gna promota loco, retrove recepta; neque recur-
sum ab ulla sit parte. In suo quisque gradu ob- 11
nixi, urguentes scutis, sine respiratione ac respe-
ctu pugnabant. fremitus aequalis, tenorque idem

consule ad lucem est. 42, 21, 1. *Consules ad id tempus in provincias non exierant.* V. ad Epit. Liv. 102. Tum *dicitur anceps certamen* Lov. 2. Insuper *fuisse* Voss. 2. Lovel. 3. et Hearnii Oxon. L. 1. Sed et hoc interpretis commentum est. (* 29, 2, 15.) Curtius 7, 4. *Quum pugnam segnem utrimque aequis viribus stare vidisset.*

Ut neque clamor, ut primo semel concursu est sublatus, iteratus sit] *nisi primo semel concursu est sublatus* Harlej. 2. *ut primo semel concursum est, sublatus* Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 3. 4. Harlej. 1. Gaertn. Fragm. Hav. et edd. ante Vascosanum, qui primus *concursu est sublatus* edidit, consentientibus reliquis scriptis, nisi quod *τὸ est* deest in Portug. et Haverk.

Retrove recepta, neque recursum ab ulla sit parte] *rectove recepta* Lovel. 3. *iteratove recepta* Fragm. Hav. *iteratove accepta* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. Tum *ab illa sit parte* Leid. 2. V. infra ad 25, 11, 3.

§. 11. *In suo quisque gradu, obnixi, urgentes scutis, sine respiratione ac respectu pugnabant*] *in suo quisquis gradu* Florent. Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. et Gaertn. *obnixius urgentes* Lovel. 1. Leid. 2. et Portug. a m. 2. *obnoxius, urgentes* Portug. a m. 1. Haverk. Voss. 1. et Harlej. 2. *obnoxii urgentes* Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 3. 4. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav. *obnoxiis urgentes* Klock. V. supra ad 6, 12, 8. Deinde *sine respiratione, sine respectu pugnabant* Voss. 2. ut mox hoc cap. *Procul ab armatis sine praesidio, sine munimento stare.* 7, 2, 4. *Sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu.* ubi alia vide. Aliis tamen adversantibus uni huic codici credere admodum anceps puto. Voces *ac respectu* desunt in Lovel. 2. Sed *sine respectu pugnare*, ut *sine respectu fugere* 32, 12, 7. *Rex primo effuse ac sine respectu fugit.*

Tenorque idem pugnae in defatigationem ultimam aut noctem spectabat] Forte *ad noctem spectabatur.* J. FR. GRON. *tonorque* Port. *ternorque* Leid. 2. *tremorque* Lovel. 2. De voce *tenor* supra v. ad 4, 37, 9. Tum *fatigationem ultimam* Voss. 2. *indefatigationem ultimam*, inperite divisis vocibus, Leid. 1. Lovel. 2. 3. et Fragm. Hav. *inde fugationem ultimam* Harlej. 2. Port. et Haverk. Deinde *aut necem* Neap. Latinii. Denique *spectabant* Lov. 2. Harlej. 2. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 2. B. ac C. ut duobus singularibus *fremitus tenorque* addatur verbum plurale; de quo v. ad 1, 31, 7. Sed et alterum, ut eis verbum singulare jungatur, Livio non insolitum est. V. ad 37, 29, 6. Eam autem lectionem quum tueantur certiores codd. illi etiam controversiam non moveo. *inspectabat* Leid. 2. Sed prima syllaba nata est ex vocis praecedentis litera finali. V. ad 5, 23,

pugnae in defatigationem ultimam aut noctem spe-
12 ctabat. Jam viris vires, jam ferro sua vis, jam consilia ducibus deerant: quum subito Samnitium equites, quum, turma una longius provecta, accepiſſent, inpedimenta Romanorum procul ab armatis sine praesidio, sine munimento ſtare, aviditate
13 praedae inpetum faciunt. Quod ubi dictatori trepidus nuncius adtulit; *Sine modo*, inquit, *sese praeda praepediant.* alii deinde super alios, diripi pas-
14 sim ferrique fortunas militum, vociferabantur. Tum

6. *spabat*, sive *sperabat*, Lovel. 4. V. ad 34, 27, 3.

§. 12. *Jam ferro sua vis, jam consilia ducibus deerant*] Vox *sua* deficit in Lovel. 4. Deinde *jam ducibus consilia* edd. ante Frobenianam anni 1535. quasi hunc ordinem verborum servare deberet Livius, quod praeceſſerat eodem modo *viris vires*, *ferro vis*. At Frobenio mutanti favent omnes scripti.

Turma una longius provecta] *turba una* Voſſ. 1. V. infra ad 25, 16, 15. Tum *longius profecta* Gaertn. et edd. Frobenii anni 1535. eamque secutae aliae usque ad Modium, qui recte iterum *provecta* reſtituit. De verbo *provehi* hoc sensu supra vidimus ad hujus lib. c. 7, 7. Solent autem saepe haec vocabula commutari. V. ad 21, 2, 4. *provecta eſſet* Harlej. 2. et Haverk. Paullo ante τὸ *subito* non adparet in Harlej. 1.

§. 13. *Sine modo, inquit, sese praeda praepediant*] Vocem *modo* non agnoscit Hearnii Oxon. B. Deinde *ut se praeda praepediant* non modo idem codex, sed et Harlej. 2. Portug. et Haverk. *eſſe praedam, praepediant* Voſſ. 2. Leid. 1. Lovel. 2. et Harlej. 1. *se praeda praepediant* edd. ante Frobenianam anni 1535. *eſſe, praeda praepediant* Lovel. 3. et Gaertn. V. ad 40, 26, 5. *sine modo, inquit, praeda eos praepediat* Lovel. 4.

Diripi paſſim ferrique fortunas militum vociferabantur] Vox *passim* exsulat a Lovel. 4. *diripi passim agique* praefert Klock. Utraque verba *ferre* et *agere* in direptionibus usitata sunt, ac saepe conjunguntur. V. infra ad 33, 13, 10. Eſt tamen in illis differentia. *aguntur* enim pecora, mancipia, captivi; *feruntur* reliqua. V. Cortium ad Sall. Jugurth. 20, 8. Quum autem milites in caſtris degentes vix habeant, quae *agi*, sed quaedam, quae *ferri* poſſunt, vulgatum, quod in scriptis aliis ut et editis conſtanter supereſt, verius eſſe patet. Deinde *fortunasque militum* Leid. 1. Gaertner. et Fragm. Hav. Tum *vociferantur* Portug. Gaertn. Haverk. et apud Hearnium Oxon. B. *vociferabant* Lovel. 4. Eadem forma *vociferare* pro *vociferari* in Mſtis supra erat 7, 12, 14. infra 10, 28; 12. et c. 35, 13. Exiſtimo tamen, librarium hoc loco perperam neglexiſſe notam literae *t* suprascriptam, qua terminatio paſſivi *ur* indicata fuit. V. infra ad 10, 10, 1. Ratio eſt non modo, quia alii omnes codd. verbum hoc forma paſſi-

pp. 323–332 are transposed.

vidit, tum adpellare, tum adhortari milites, tribunos principesque ordinum nominatim ad iterandam
secum pugnam vocare. Novato clamore, signa in- 5
feruntur: et, quidquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant. Eques ipse jam
primis erat in conspectu: et Cornelius, respiciens 6
ad manipulos militum, quod manu, quod voce poterat, monstrabat, vexilla se suorum parmasque
cernere equitum. Quod ubi auditum simulque vi- 7

nov. cui ordinem verborum inmutanti favent scripti mei.

Respectantes hostium antesignanos] *res petentes* Fragm. Hav. *respectans* Haverk. Praeterea *antesignarios* Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. Gaertn. et Fragm. Hav. V. supra ad 4, 47, 2. Mox *signa* deficit in Gaertn. *adoriri* autem pro *adhortari* est in Leid. 2.

§. 5. *Et quocumque progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant*] Elegantior vetusta lectio *et quicquid progrediebantur.* GELEN. Dictum, ut Propertio 2. Eleg. 23, 37.

Hoc utinam spatiere loco, quodcumque vagabis.

Custoditque hanc lectionem sola Campani editio. Pall. duo *in quocumque progrediebantur.* sec. *et quacunque progrediebantur.* Andreae vero recensio *et quocunque ingrediebantur.* GEBH. *et quocumque progrediebantur* Voss. 2. Harlej. 2. Fragm. Hav. et Hearnii Oxon. N. L. 1. ac C. Similiter etiam edidit Aldus et reliqui recentiores usque ad Gelenium. *et quocumque ingrediebantur* edd. vetustissimae usque ad Aldum. *in quocumque progrediebantur* Lov. 3. *et quicumque progrediebantur* Gaertn. [Veith.] *et quocumque gradiebantur* Portug. Haverk. et Hearnii cod. B. Reliqui cum Gelenio *et quidquid progrediebantur*; quod eo modo dictum est, ut supra 7, 32, 6. *Quidquid ab urbe longius proferrent arma.* ubi v. Gronov. Praeterea *magis* exsulat ab Fragm. Hav. *magisque* ab Harlej. 2. [Veith.] Male. Similiter enim Liv. eodem loco: *Magis magisque in inbelles gentes eos prodire.* Terent. Eun. 3, 3, 1.

Profecto quanto magis magisque cogito.

V. Muret. 6. Var. lect. 14. Bosium ad Cic. 16. ad Att. Ep. 3. et Graev. ad Cic. de Senect. 4. Mox *primus*, pro *primis*, Voss. 2. Leid. 2. Lovel. 2. 3. 4. Harlej. 2. Florent. Port. Gaertn. Haverk. Fragm. Hav. et ed. Mediol. anni 1505. quam Ascensius annis 1513. et 1516. perperam secutus est. In sequentibus etiam praepositio *in* non adparet in Gaertn.

§. 6. *Vexilla se suorum parmasque cernere equitum*] *ut ex illa se suorum* Leid. 1. et Lovel. 4. *ut vexilla sui suorumque respicerent equitum* Lovel. 2. *vexilla se suorum equitum parmasque cernere* Leid. 2. *vexilla se suorumque parmasque cerneret equitum* Harlej. 2. *cerneret* etiam praefert Lovel. 4.

sum est, adeo repente laboris, per diem pene totum tolerati, vulnerumque obliti sunt, ut haud secus, quam si tum integri e castris signum pugnae
8 accepissent, concitaverint se in hostem. nec ultra Samnis tolerare terrorem equitum, peditumque vim potuit: partim in medio caesi, partim in fu-
9 gam dissipati sunt. Pedes restantes ac circumventos cecidit: ab equite fugientium strages est facta;

§. 7. *Laboris per diem pene totum tolerati*] Pall. pr. et tert. *laboris, quem per diem pene totum tulerant*. GEBH. Ita et Voss. 2. et Lovel. 3. [Veith.] *laboris, quod per diem pene totum tulerant* Fragm. Hav. *tulerant*, pro *tolerati*, etiam Lovel. 2. et 4. *tulerat* Leid. 1. et Harlej. 2. Praeterea *diem totum pene* idem Lovel. 4. *diem pene totum* Haverk. Sed v. infra ad 27, 13, 1. Paullo ante *auditum simul visumque est* Leid. 1. Lov. 4. Harlej. 1. Klock. et Fragm. Hav. *auditur simul visumque est* Harlej. 2.

Concitaverint se in hostem] Pronomen *se* male omittitur in Lovel. 4. Supra 7, 33, 14. *Accensi ira concitant se in hostem*. In verbis praecedentibus *integri castris*, pro *e castris*, Haverk. *e castris integri* Lovel. 4.

§. 8. *Partim in medio caesi, partim in fugam dissipati sunt*] Pal. sec. *partim fuga dissipati*. Vetustissimae editiones binae *in fuga*. GEBH. *partim fuga dissipati* Portug. et Haverk. *partem in fuga dissipati* Gaertn. et praeter edd. Gebhardo memoratas etiam reliquae omnes ante Frobenium, qui demum anno 1535. recte *in fugam* substituit. Infra 10, 14, 21. *Quia passim in fugam dissipati sunt*. Ceterum verbum *sunt* non exstat in Lovel. 2. et Portug.

§. 9. *Pedestres restantes ac circumventos caedunt: ab equite* etc.] Scriptura vetus habet *Pedes restantes ac circumventos cecidit, ab equite* etc. GELEN. Vix credo τὸ *ac* esse Livii, qui scripserat, *Pedes restantes circumventos cecidit*. V. quae dicemus ad 10, 35, 9. 9, [2, 7.] *Jacet inter eos satis patens clausus in medio campus herbidus aquosusque*. J. FR. GRONOV. Omnes quidem codd. *cecidit* exhibent, nisi quod verbum hoc desit in uno Lovel. 4. Eam autem veram scripturam esse, etiam ex alio errore in Leid. 2. et Harlej. 1. commisso patet, quorum librarii verba sequentia, *ab equite fugientium strages est facta: inter quos et ipse imperator cecidit*, omiserunt: quod factum est ob similitudinem vocis *cecidit*. Si enim *caedunt* scriptum fuisset, ita non aberrassent. Nihilominus *Pedestres* servant, quasi conspiratione facta, Voss. duo, Leid. duo, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Klock. Haverk. et Fragm. Hav. *Pedesres* Florent. Sed recte *Pedes* Gelenius probavit; quod, nisi excerpta fallunt, fuit in solis Harlej. 2. et Gaertn. Ceterum, si libri juberent, cum Gronovio voculam *ac* ejiciendam cense-

magistro equitum adcito, *Vides tu, inquit, M. Fabi,*
ab hostium equite omissam pugnam? haerent inpediti in-
pedimentis nostris. Adgredere, quod inter praedandum 15
omni multitudini evenit, dissipatos: raros equis insiden-
tes, raros, quibus ferrum in manu sit, invenies: equos-
que dum praeda onerant, caede inermes, cruentamque
illis praedam redde. Mihi legiones peditumque pugna 16
curae erunt: penes te equestre sit decus.

XXXIX. Equitum acies, qualis quae esse in- 1
structissima potest, invecta in dissipatos inpeditos-

va praeferant, verum etiam quia Livius verba deponentia, ut Grammatici vocant, numquam forma activa usurpare solitus fuit. V. quae supra notavi ad 1, 17, 2. et 7, 36, 10.

§. 14. *Vides tu, inquit, M. Fabi, ab hostium equite omissam pugnam*] *Vides, inquit,* omisso pronomine *tu*, Lovel. 2. et Haverk. Verum id in simili locutione *Videsne tu* Livius addere solet. Exempla supra v. ad 1, 39, 3. Deinde *Magister Fabi* Voss. 2. et Lovel. 3. *Marcelle Fabi* Gaertn. Adeo etiam in vulgatissimis et qualibet pagina obviis errare soliti sunt scribae. Tum *ab hostium equitatu* Leid. 2. et Lovel. 1. quod ex interpretis expositione in contextum inrepsit, quum forte in margine adnotatum fuisset, *eques* hic pro equitatu usurpari; quomodo saepe eam vocem sumi, supra dictum est ad 2, 20, 12. Paullo ante *Tunc magistro equitum* Leid. 1. V. ad 2, 12, 15.

Haerent inpediti inpedimentis nostris. Adgredere] *Itaque inpeditos inpedimentis nostris adgredere* Harlej. 2. et apud Hearnium Oxon. L. 2. [Veith.] *haerent. Inpeditos inpedimentis nostris adgredere* Gaertner. *haerent inpediti inpedimentis nostris. Adgredere vi* Hearnii Oxon. C. Infra 10, 36, 13. *Objacente sarcinarum cumulo haesere inpediti.* 38, 49, 10. *Haerentem ad inpedimenta nostra exercitum barbarorum circumvenerunt.*

§. 15. *Quod inter praedandum omni multitudini evenit*] *quod interpretandum* Leid. 1. Klock. et Haverk. Mox pro *raros* priori loco *ratos* habent Harlej. 2. et Gaertner. Ita etiam peccabatur supra hoc lib. c. 13, 9. Posteriori vero loco eadem vox exsulabat ab Harl. 2.

Equosque dum praeda onerant] *et quosque dum praeda onerant* Florent. Voss. 1. Leid. 1. et Fragm. Hav. *quosque dum praeda onerat* Portug. et Haverk. *et quosque dum praeda onerat* Voss. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. 2. *et quos dum praeda onerat* Gaertn. *et quosque dum praeda onerent* Leid. 2. *et quosque, dum praeda onerantur, caede inermes* Lovel. 4.

§. 16. *Mihi legiones peditumque pugna curae erunt*] *peditumque pugna mihi curae erit* Lovel. 4. quasi singularis requireretur, quod proximum nomen eo casu ponatur; quum tamen Livius saepe verbum ad remotius retulerit. V. infra ad 37, 5, 3.

§. 1. *Qualis quae esse instructis-*

2 que hostes, caede omnia replet. inter sarcinas
omissas repente, objacentes pedibus fugientium con-
sternatorumque equorum, neque pugnae, neque fu-
3 gae satis potentes, caeduntur. Tum, deleto prope
equitatu hostium, M. Fabius, circumductis paullu-
4 lum alis, ab tergo pedestrem aciem adoritur. cla-
mor inde novus accidens et Samnitium terruit ani-
mos; et dictator, ubi respectantes hostium ante-
signanos, turbataque signa, et fluctuantem aciem

sima potest, invecta] *qualis quae esset invecta*, ceteris omissis, sed sine sensu, Lovel. 3. Mox *repleta*, pro *replet*, Fragm. Hav. et Lov. 2.

§. 2. *Inter sarcinas omissas repente objacentes pedibus*] Vocem *omissas* inlustrat Cel. Burm. ad Phaedr. 1. Fab. 13, 10. *adjacentes* autem legunt Harlej. 2. Portug. et Fragm. Hav. solito scribarum lapsu. V. supra ad 2, 65, 4. 10, 36, 13. *Objacente sarcinarum cumulo haesere impediti.* In verbis sequentibus *caedunt*, pro *caeduntur*, Haverk. V. ad 10, 10, 1.

§. 3. *Circumductis paullum alis ab tergo pedestrem aciem adoritur*] Pall. tres rectius *paullulum*. GEBH. Lipsius 2. de Milit. Rom. Dial. 7. scribit, se non negare, *alam* commune (equitibus Romanis et sociorum) nomen esse; sed apud veteres perraro de Romanis dici: et unum adfert locum ex Livii 29, 1, 11. ubi *ala* de his dicatur. Verum est, plerumque de equitibus sociorum apud veteres dici. Tamen rursus Liv. 2, 49, 11. *Invecta subito ab latere Romana equitum ala.* Et hoc loco *alas* de Romanis accipit ipse Lipsius 4. de Milit. Rom. Dial. 6. quos hic designari, liquet ex fine capitis superioris. DUK. *paullulum* etiam praeferunt non tantum edd. Parm. Ald. eamque secutae aliae usque ad Gruterianas, Gronovianae deinde et recentissimae reliquae, sed etiam plerique scripti, exceptis tantum Florent. Fragm. Hav. et forte Klock. unde nihil notatur, qui *paulum* ostentant. Alibi saepe has voces commutarunt librarii. V. infra ad 36, 9, 8. Quum tamen verisimilius videatur, scribas geminationem literarum neglexisse, quam eas perperam iterasse; a Gebhardo probatam et a Gronovio in contextum receptam lectionem servavi. Tota illa vox deficit in Hearnii L. 2. Praeterea *aliis* pro *alis* Leid. 1. Lovel. 2. 3. 4. a m. 1. Harlej. 1. Portug. Gaertn. Haverk. et Fragm. Hav. Tum *a tergo* Gaertn. et editi ante Aldum. Paullo ante *exercitu hostium*, pro *equitatu*, Portug. et Haverk. *hostium* vero deficit in Gaertn.

§. 4. *Clamor inde novus accedens*] Imo *accidens*. Hoc erratum et aliis locis aliquoties obcurrit. GELEN. Recte ita emendat Gelenius: neque aliter est in Mstis, nisi quod sollemni scribarum peccato *accedens* sit in Voss. 2. Port. Gaertn. et Hearnii Oxon. N. ac B. De hoc errore infra v. ad 21, 10, 12. Praeterea *Inde clamor novus* Lovel. 2. In verbis sequentibus *animos terruit* edd. ante Jac. Gro-

ut censuerunt, missi, et corpus Brutuli exanime:
ipse morte voluntaria ignominiae se ac supplicio
subtraxit. Placuit cum corpore bona quoque ejus 15
dedi. nihil tamen earum rerum, praeter captivos,
ac si qua cognita ex praeda sunt, acceptum est:
ceterarum rerum irrita fuit deditio. dictator ex
senatusconsulto triumphavit. Hoc bellum a con- 16
sulibus bellatum, quidam auctores sunt, eos-
que de Samnitibus triumphasse: Fabium etiam in

ctuum similitudinem frequens est. V. ad 22, 28, 10. Hinc factum *secundum jussa restituerentur* in Lovel. 3.

§. 14. *Feciales Romam, ut censuerunt, missi, et corpus Brutuli exanime*] *Feciales Romani* Harlej. 2. et Haverk. Tum *ut censuerant* Portug. et Haverk. *Feciles Romam censuerunt dedendum corpus* Lovel. 2. *missi dedendum corpus* Harlej. 2. [Veith.] Mox *ipse enim morte*, addita media voce, Lovel. 4. Sed alibi saepe similes particulae fulciendae orationi Livianae a librariis insertae sunt. V. infra ad 10, 39, 4.

§. 15. *Nihil tamen earum rerum, praeter captivos, ac si qua cognita ex praeda sunt, acceptum est*] *nec hoc tamen earum rerum* Voss. 2. et Lovel. 3. Hinc *et si qua cognita* Portug. et Haverk. cum edd. quae Frobeniana anni 1535. antiquiores sunt. Tum *sunt* deficit in Portug. Haverk. et Fragm. Hav. Deinde *exceptum est* Portug. a m. 1. *acceptavere* Lovel. 4. *accepta*, exsulante voce *est*, Voss. 2. Lov. 2. 3. Gaertn. Fragm. Hav. et edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Paullo ante voces *Placuit cum corpore bona quoque ejus dedi* non adparent in Haverk. *bona ejus quoque dedi* alio ordine praeferunt edd. ante eamdem Frobenianam.

Sed ceterarum rerum irrita fuit deditio] *sed* redundat. GELEN. Id est, non acceptae res caeterae, quae dedebantur, nec ex eo pax consequuta est. SIG. Illud *sed* superest in Voss. 2. Lovel. 2. 3. Harlej. 2. Gaertn. Portug. Haverk. Fragm. Hav. et Hearnii Oxoniensibus, quod optimi recte ignorant. V. supra ad 6, 32, 8. Insuper *ceterum rerum* Haverk.

Ex senatusconsulto triumphavit] *ex senatusconsultu* Portug. Sed v. quae ante notata sunt ad 5, 13, 5. Voces *ex senatusconsulto* non adparent in Voss. 2. Leid. utroque, Lovel. 1. 2. 3. 4. Harlej. 1. Gaertn. et Fragm. Hav.

§. 16. *Hoc bellum a consulibus bellatum, quidam auctores sunt*] Inter caeteros sunt Capitolini scriptores, qui *Q. Fabium*, *L. Fulvium*, hujus anni consules, de Samnitibus triumphasse, non *dictatorem A. Cornelium*, tradunt. SIG. *Hoc bello a consulibus bellatum* edd. ante Aldum. *ab consulibus* Portug. et Haverk. Insuper *debellatum* Lovel. 4. Portug. et Hearnii Oxon. B. V. infra ad Epit. Liv. 37.

Fabium etiam in Apuliam processisse] Hinc apud eum, qui scripsit de viris Illustribus [Aurel.

Apulliam processisse, atque inde magnas praedas egisse.

1 XL. Nec discrepat, quin dictator eo anno A.
2 Cornelius fuerit. id ambigitur, belline gerendi caussa creatus sit; an ut esset, qui ludis Romanis, quia

Vict. 32.] scriptum est, Q. Fabium consulem primum de Apulis et Lucerinis triumphasse. Quod idem exstat etiam in Capitolino triumpho. SIG. *Fabium et locum in Apuliam* Lovel. 3. *Fabium in Apuliam etiam* Haverk. *Fabium in Apulia etiam* Portug. Deinde *processe* Voss. 1. a m. 1. *praecessisse* Portug. *pertransisse* Leid. 2. et Lovel. 1.

§. 1. *Nec discrepant, quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit*] Pro *Nec discrepant* manuscripta exemplaria habent *Nec discrepat*, et quidem paulo Latinius. GELEN. Ita etiam non tantum omnes codd. mei, verum etiam edd. Rom. anni 1472. ac Parm. Supra 3, 31, 8. *Quum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet.* ubi recte ita legendum Rhenanus monuit. V. quae ad eum locum notavi. Praeterea *M. Cornelius* Voss. 2. Lovel. 3. 4. Harlej. 2. et Fragm. Hav. a m. 1. *A. M. Cornelius*, utraque lectione simul exhibita, Voss. 1. Leid. 1. Lovel. 1. a m. 1. et Lovel. 2. Vulgatum verius est; nam Κορνήλιος Αὖλος etiam vocatur Zonarae 7. Ann. 24.

§. 2. *Quia L. Plautius praetor gravi morbo inplicitus erat*] Reponenda vox ex omnibus Mstis codd. atque editionibus *gravi morbo forte implicitus erat.* GEBH. Vocem illam *forte* prima omiserat ed. Francof. anni 1578. indeque omnes usque ad Gronovium, qui eamdem iterum restituit. Et recte. Est enim in omnibus etiam meis codd. Ceterum *quod L. Plautius* Fragm. Hav. V. ad 38, 36, 4. Ultima vox *erat* deficit in Leid. 2. et Lovel. 1. Insuper in verbis proxime praecedentibus *ut esset aliquis, qui ludis* praefert Portug. in margine. At insertum illud *aliquis*, quod in nullo alio codice obviam fuit, sine dubio librarii vel interpretis est emblema. *Sunt qui, erant qui, fuerunt qui*, et similia Livio nostro aliisque frequentissima sunt. V. exempla, quamvis alterius rei probandae caussa, congesta ad Livii 42, 66, 9.

Signum mittendis quadrigis daret] Inter caeteras causas dictatoris creandi haec etiam fuit, ludorum Romanorum causa, quod est, ut signum mittendis quadrigis daret. Signum autem dedisse dictatorem et praetorem, hic locus docet, consulem 45, [1, 6.] SIG. Adiri possunt Columna ad Ennium p. 22. Torrentius ad Suet. Ner. 22. Rubenius 1. Elect. 30. Panvinius de ludis Circens. 1, 14. et Bulengerus de Circo c. 16. DUK.

§. 3. *Functusque eo haud sane memorandi imperii ministerio*] Legerem *magisterio*. V. interpretes Suetonii. T. FABER. Videtur intelligere illa, quae viri docti notarunt ad Suet. Aug. 2. unde etiam patet, librarios voces *ministerium* et *magisterium* commutare solitos fuisse. At nihil hic muto. *Ministerium* enim hoc loco notat publicam curationem, sive illam operam, quam magistratus reipublicae edunt. Supra 4, 8, 6. *Magis necessariam, quam speciosi mi-*

inter quos et ipse imperator cecidit. Hoc demum 10
proelium Samnitium res ita infregit, ut omnibus
conciliis fremerent, *minime id quidem mirum esse,*
si inpio bello, et contra foedus suscepto, infestioribus
merito Diis quam hominibus, nihil prospere agerent.
expiandum id bellum magna mercede, luendumque esse.
Id referre tantum, utrum supplicia noxio paucorum, 11
an omnium innoxio praebeant sanguine: audebantque

rem; ita enim Livium loqui solere, aliis exemplis ad locum, quem Gronov. indicavit, probabo. Nunc tamen, quum omnes scripti eam constanter tueantur, ei controversiam movere non audeo.

§. 10. *Hoc demum proelium Samnitium res ita infregit, ut omnibus conciliis fremerent*] *Hoc demum proelio* Voss. 2. et Fragm. Hav. Deinde *ut in omnibus conciliis ita fremerent* Portug. Haverk. et Hearnii Oxon. B. *ut omnibus consiliis fremerent* Lovel. 3. Sed indicatur communis respublica conjunctorum totius Samnii populorum; quod *concilium*, non *consilium*, adpellandum esse, Gronovius docuit infra ad 44, 2, 5. *infremerent* est in Fragm. Hav. *firmarent* in ed. Rom. anni 1472. Male. Supra 3, 56, 7. *Deos tandem esse, et non neglegere humana, fremunt.* 4, 18, 3. *Militibus castra urbemque se obpugnaturos frementibus.* 6, 6, 18. *Erecti gaudio fremunt, nec dictatore umquam opus fore reipublicae, si tales viros in magistratu habeat.* 8, 13, 1. *Pedum armis virisque et omni vi expugnandum ac delendum, senatus fremit.* 10, 14, 19. *Pro se quisque miles, adesse alterum consulem, adesse legiones, gaudio alacres fremunt.*

Inpio bello et contra foedus suscepto] Hoc aït, quia paullo ante [c. 37, 2.] dixerat: *Samnites inducias annuas ab urbe retulerunt, nec earum ipsarum sancta fides fuit.* etc. Itaque subdit [hoc cap.] *Brutulus Papius haud dubie erat proximarum induciarum ruptor.* SIG. Mox *Deis*, pro *Diis*, Voss. 2. Leid. 1. Lovel. 2. 3. Gaertn. et Fragm. Hav. Neque aliud voluit librarius Florent. qui prius per errorem scripserat *denis*. Sed mediam literam mox crasit.

§. 11. *Utrum supplicia noxia paucorum, an omnium innoxio praebeant sanguine*] Ita ediderunt uterque Gronovius, sed, ut videtur, operarum errore; quem tamen etiam religiose Clericus servavit, quum inter errata mentionem ejus factam esse non invenisset. Non tantum enim omnes priores editiones et scripti, sed et ipsa ratio, docent, legendum esse *noxio paucorum, an omnium innoxio*. Noxius enim paucorum sanguis innoxio omnium obponitur. Soli Harlej. duo perperam dederunt *supplicio noxio;* at verba *noxia paucorum an omnium* desunt in Haverk. Ceterum prior particula dubitandi *utrum* exsulat a Portug. et Hearnii Oxon. B. quae quidem omitti potest. V. supra ad 2, 8, 8. et ad 8, 7, 8. Hic tamen consensus aliorum om-

12 jam quidam nominare auctores armorum. Unum maxime nomen per consensum clamantium Brutuli Papii exaudiebatur. vir nobilis potensque erat, haud dubie proximarum induciarum ruptor. De eo
13 coacti referre praetores decretum fecerunt, *Ut Brutulus Papius Romanis dederetur, et cum eo praeda omnis Romana, captivique ut Romam mitterentur; quaeque res per feciales ex foedere repetitae essent, se-*
14 *cundum jus fasque restituerentur.* Feciales Romam,

nium codd. admonet, ne quid temere innovetur.

Audebantque jam quidam nominare auctores armorum] Copula *que* deficit in Leid. 2. Deinde *quidem* legunt Leid. 1. et edd. ante Aldum. V. infra ad 39, 17, 6. Insuper vocem *armorum* neglexit scriba Harlej. 2.

§. 12. *Unum maxime nomen per consensum clamantium Brutuli Papii exaudiebatur*] Papia gens Italica fuit. Itaque bello Italico *Papius Mutilus* inter ejus belli duces insignis est. Appianus, alii. SIG. *Brutili Papi* Voss. 1. et Leid. 2. *Brutuli Papi* Voss. 2. Leid. 1. Harlej. 1. et Fragm. Hav. *Brutuli Papri* Florent. *Brutili Papii* Lovel. 4. a m. 2. *Brutilii Papii* Hearnii Oxon. L. 2. C. et Harlej. 2. *Bructulii Papii* Lovel. 2. Primum nomen deficit in Lovel. 1. Mox etiam §. seq. *Brutilus*, *Brutilius*, vel *Brutillus* codd. quidam, unus etiam Florent. *Papus* praeferunt; at hoc loco *Brutuli Papyrii*, et mox *Brutulus Papyrius* editiones Aldina antiquiores. Vir Cel. J. Gottl. Heineccius ad l. Jul. et Pap. Popp. pro *Brutuli* scribendum putat *Mutili* 1, 4. p. 59. ubi gentem *Papiam*, ejusque familiam *Mutilorum*, quae apud Sammites floruisset, multis inlustrat. Praeterea vox *nomen* neglegentia librarii omittitur in Harlej. 2. Insuper *exaudiebant* Portug. a m. 1. V. ad 38, 40, 1.

Vir nobilis potensque erat, haud dubie proximarum induciarum ruptor] *nobilis potensque erat vir* Voss. 2. Deinde *proximarum ruptor induciarum* Portug. et Haverk. *raptor* est in Fragm. Hav. Pari modo *raptus* et *ruptus* frequenter in Mstis confundi, docuit Doct. Arntzen. ad Auct. de Orig. gent. Rom. 18. *raptim* et *ruptim* infra 9, 35, 3.

§. 13. *Dederetur, et cum eo praeda omnis Romana, captivique ut Romam mitterentur*] *dedetur* Leid. 1. et Fragm. Hav. V. ad 2, 56, 7. Tum *et ut praeda omnis Romana captivique Romam mitterentur* Harlej. 2. *et cum eo omnis praeda Romana* Portug. et Haverk. Τὸ *ut* deficit etiam in Leid. 2. et edd. ante Frobenianam anni 1535.

Quaeque res per feciales ex foedere repetitae essent, secundum jus fasque restituerentur] *quaequae res* Lovel. 4. Tum voces *ex foedere* non adparent in Harlej. 2. Hinc *secundum jussasque restituerentur* Leid. 1. perperam duabus vocibus coalescentibus, et litera *f* in *ſ* commutata, quod ob du-

An den Buchbinder.

Nebenstehender Haupttitel mufs abgeschnitten und Tomus Quartus Pars Prior vorangebunden werden.

L. Plautius praetor gravi morbo forte inplicitus
erat, signum mittendis quadrigis daret; functusque 3
eo haud sane memorandi imperii ministerio, se di-
ctatura abdicaret. nec facile est, aut rem rei, aut
auctorem auctori praeferre. Vitiatam memoriam 4

nisterii (nempe censurae) *procurationem intuentes*. Val. Max. 4, 3, 9. *De publico scilicet ministerio* (de legatis agitur) *nihil cuiquam, praeter laudem administrati officii, accedere debere judicantes*. c. 7, 3. *L. Rheginus*, (tribunus plebis erat) *si ad debitam publico ministerio sinceritatem exigatur, posteritatis convicio lacerandus*. 8, 13, 1. de M. Valerio Corvo, qui plures magistratus gessit; *Suffecitque integris viribus corporis non solum speciosissimis reipublicae ministeriis*. V. Popmam ad Velleji Pat. 2, 45, 4. Fabri conjectura etiam Doujatio displicuit. Ceterum *fructusque haud sane memorando imperii ministerio* Portug. *memorandi ministerio imperii* Lovel. 3.

§. 4. *Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor*] Hunc locum a Cicerone accepisse videtur in Bruto [16.] *Nisi quem nonnullae mortuorum laudationes forte delectant. Et, hercule, hae quidem exstant. Ipsae enim familiae sua quasi ornamenta ac monumenta servabant, et ad usum, si quis ejusdem generis occidisset, et ad memoriam laudum domesticarum, et ad illustrandam nobilitatem suam. quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum facta est mendosior. Multa enim scripta sunt in eis, quae facta non sunt, falsi triumphi, plures consulatus, genera etiam falsa, et a plebe transitiones, cum homines humiliores in alienum ejusdem nominis infunderentur genus*. SIG. Muretus legebat *laudationibus*. Habet pro se usum scriptorum Latinorum, Livii ipsius aliis locis, Ciceronis, Taciti, Suetonii, et aliorum: et disertam auctoritatem Senecae Epist. 102. *Aliud est laus, aliud laudatio. Haec et vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem, cujus officium oratione constat*. Ibidem disputat, laudem etiam esse taciti bene sentientis, et bonum virum apud se laudantis. Sed hoc nimis quam subtile et philosophicum est, et de tacita hujusmodi laude non male dicas, quod de occulta musica Graeci. Grammatici pinguiore Minerva rem tractant, ex quorum sententia, *laudatio est rerum gestarum relatio, laus secunda existimatio* (non tacite apud se bene de alio sentientis, sed sensum animi cum aliis communicantis) *recte factorum*. Ita auctor libelli inter grammaticos veteres, qui Cornelii Frontonis nomen praefert. Itaque quia *laus* a laudatione oritur, etiam pro laudatione interdum dici videtur. Cicero 2. de Orat. 84. laudationem fori distinguit a laudatione funebri, et hanc ad *orationis laudem* minime adcommodatam esse dicit: ubi *laus orationis* est laudatio forensis, qua oratores in causis agendis utebantur. Et quod eodem loco *laudationes scriptitare* dicit, id Suetonio Calig. 20. est *laudes componere*, et Phaedro 4. fab. 20. *laudem scribere*. Ex his locis Suetonii et Phaedri vulgatam Livii scripturam adversus Muretum tuetur Gudius ad Phaedrum. De re, quam hic tangit Livius, v. Perizonium Animadv. Hist. c. 6. p. 207. et Span-

funebribus laudibus reor, falsisque imaginum titulis, dum familia ad se quaeque famam rerum gestarum honorumque fallente mendacio trahunt. Inde certe et singulorum gesta, et publica monumenta rerum confusa. nec quisquam aequalis temporibus illis scriptor exstat, quo satis certo auctore stetur.

hem. differt. 10. de praestant. et usu numism. p. 8. poster. ed. DUK. Pares querelas de falsis imaginum titulis v. infra apud Livium 22, 31, 11. Ceterum *funeribus laudibus* Voss. 1. Lovel. 1. 4. et Fragm. Hav. *familiaribus laudibus* Harlej. 2. Portug. Gaertn. et Haverk. [Veith.] Sed vocem *funebribus* omittunt Hearnii Oxon. N. B. et C. In vocem *laudibus* conspirant omnes codices.

Dum familia ad se quaeque famam rerum gestarum etc. *trahunt*] *familiae* Harlej. 2. Haverk. et Hearnii Oxon. C. quorum librarii veriti fuisse videntur, ne soloecum foret *familia quaeque trahunt*; a quo eodem metu etiam profluxit interpolatio in Portug. obvia, ubi a m. 2. *trahunt* mutatum erat in *trahit*. Verum, Livium τῷ *quisque* plurale verbum saepissima junxisse, supra vidimus ad 2, 22, 7. Deinde vox *famam* male omittitur in Portug. vox *gestarum* in Hearnii Oxon. B. copula *que* in Lovel. 3. Denique *fallenti mendacio*, pro *fallente*, legit Florent.

§. 5. *Quo satis certo auctori stetur*] Libri omnes *auctore*. GEBH. *auctori* operarum errore comparuit in ed. Paris. anni 1573. inde in reliquis usque ad Gruter. qui anno 1628. *auctore* in ultima edit. recte restituit. V. supra ad 7, 6, 6. Hae autem voces cum praecedenti *exstat* desunt in Harlej. 1.